2 vols
500

PLATONIS

DIALOGI

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI

PARTIS SECUNDAE VOLUMEN SECUNDUM.

BEROLINI
IMPENSIS GE. REIMERI
LONDINI APUD I. BLACK ET FIL.
TH. BOOSEY ET F. H. BOTHE
OXONIAE APUD I. PARKER
1817.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ, ΚΡΑΤΥΛΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

HERMOGENES, CRATYLUS, SOCRATES.

Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει τῷδε ἀνακοινωσώμεθα τὸν 383
λόγον;

ΚΡ. Εἴ σοι δοκεῖ.

ΕΡΜ. Κρατύλος φησὶν ὅδε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκυῖαν, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα ὃ ἄν τινες ξυνθέμενοι καλεῖν καλῶσι, τῆς αὑτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλά ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων πεφυκέναι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασιν. ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγὼ εἰ αὐτῷ Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ· ὁ δὲ ὁμολογεῖ αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι. Τί δαὶ Σωκράτει; ἔφην ἐγώ. Σωκράτης, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πᾶσιν, ὅ περ καλοῦμεν ὄνομα ἕκαστον, τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα; Ὁ δέ, Οὔκουν σοί γε, ἦ δ' ὅς, ὄνομα Ἑρμογένης, οὐδὲ ἂν πάντες καλῶσιν ἄνθρωποι. Καὶ ἐμοῦ ἐρω-

Visne sermonem nostrum cum hoc Socrate conferamus? *Crat.* Volo equidem, si tibi videtur. *Herm.* Cratylus hic, o Socrates, rebus singulis ait natura inesse rectam nominis rationem: neque id esse nomen, quod quidam ex constitutione vocant, dum vocis ipsorum particulam quandam pronuntiant: verum rectam rationem aliquam nominum et Graecis et Barbaris eandem cunctis innatam. Percontor itaque ipsum, num revera Cratylus sit eius nomen. ipse fatetur. Socrati vero quod nomen? inquam. Socrates ait. Nonne singulis hominibus, inquam, id est nomen, quo quemque vocamus? Ille, Non tibi tamen, ait, Hermogenes nomen est, neque etiam si omnes homines te ita vocarint.

384 τῶντος καὶ προθυμουμένου εἰδέναι ὅ τί ποτε λέγει, οὔτε ἀποσαφεῖ οὐδὲν εἰρωνεύεταί τε πρός με, προσποιούμενός τι αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διανοεῖσθαι, ὡς εἰδὼς περὶ αὐτοῦ ὃ εἰ βούλοιτο σαφῶς εἰπεῖν, ποιήσειεν ἂν καὶ ἐμὲ ὁμολογεῖν καὶ λέγειν ἅ περ αὐτὸς λέγει. εἰ οὖν πῃ ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. μᾶλλον δὲ αὐτῷ σοι ὅπῃ δοκεῖ ἔχειν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, ἔτι ἂν ἥδιον πυθοίμην, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν.

ΣΩ. Ὦ παῖ Ἱππονίκου Ἑρμόγενες, παλαιὰ παροιμία ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν· καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἀκηκόη παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα πῇ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων. συζητεῖν μέντοι ἕτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ. ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, ὥς περ ὑπο-

Dum vero obsecro, ut sciscitanti mihi quidnam dicat aperiat, nihil prorsus declarat: sed ironia quadam utens mecum simulat sese aliquid versare animo, quasi nonnihil hac de re intelligat, quod si vellet exprimere, cogeret me insuper assentiri, eademque dicere quae ipse praedicat. Quamobrem libenter ex te audirem, si qua ratione Cratyli vaticinium potes coniicere. libentius tamen sententiam tuam de nominum rectitudine, si tibi placet, audirem. *So.* O Hipponici fili Hermogenes, veteri proverbio fertur, Pulchra esse cognitu difficilia. Atqui et nominum intelligentia haud parva res est. Equidem si ex Prodico quandoque audissem illam quinquaginta drachmarum demonstrationem, in cuius traditione perceptio ista consistit, ut ipse testatur: nihil prohiberet quin tu statim nominum rectitudinem intelligeres. eam porro nunquam audivi, sed drachmae unius disciplinam duntaxat accepi. Quare quid in his verum sit, nescio: investigare autem tecum simul et cum Cratylo paratus sum. Quod autem dicit tibi non esse revera nomen Hermogenes, quod a lucro dicitur, mordere te su-

πτεύω αὐτὸν σκώπτειν· οἴεται γάρ ἴσως σε χρημάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἑκάστοτε. ἀλλ' ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰδέναι μὲν τὰ τοιαῦτα χαλεπόν, εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας χρὴ σκοπεῖν εἴτε ὡς σὺ λέγεις ἔχει εἴτε ὡς Κρατύλος.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, πολλάκις δὴ καὶ τούτῳ διαλεχθεὶς καὶ ἄλλοις πολλοῖς, οὐ δύναμαι πεισθῆναι ὡς ἄλλη τις ὀρθότης ὀνόματος ἢ ξυνθήκη καὶ ὁμολογία. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὅ τι ἄν τίς τῳ θῆται ὄνομα, τοῦτο εἶναι καὶ τὸ ὀρθόν· καὶ ἂν αὖθίς γε ἕτερον μεταθῆται, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι καλῇ, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου, ὥς περ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, [οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερον κειμένου.] οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδὲν οὐδενί, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν ἐθισάντων τε καὶ καλούντων. εἰ δέ πῃ ἄλλῃ ἔχει, ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον παρὰ Κρατύλου ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν.

ΣΩ. Ἴσως μέντοι τι λέγεις, ὦ Ἑρμόγενες· σκεψώμεθα δέ. ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον, τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα;

spicor; quasi pecuniarum avidus sis et impos voti. Verum, ut modo dicebam, difficilia haec cognitu sunt. oportet autem rationes utrinque in medium adducendo perquirere, utrum ita sit, ut dicis ipse, an potius, ut Cratylus ait. *Herm.* Enimvero, o Socrates, licet frequenter cum hoc ceterisque permultis iam disputaverim, nondum tamen persuaderi mihi potest, aliam esse nominis rectitudinem quam conventionem ipsam consensionemque. Mihi quidem videtur, quodcunque nomen quis cuique imponit, id esse rectum. Ac si rursus commutat aliudque imponit, nihilominus quam primum, quod illi succedit, nomen rectum existere: quemadmodum servis nomina commutare solemus: nulli quippe rei natura nomen inesse, sed lege et usu illorum qui sic vocare consneverunt. Quod quidem si aliter se habet, paratus sum non a Cratylo tantum, verum etiam a quovis alio discere atque audire. *So.* Forte aliquid dicis, Hermogenes: consideremus itaque. Quodcunque imponit quis cuique nomen vocatque, id illi nomen esse asseris?

385 ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ ἂν ἰδιώτης καλῇ καὶ ἂν πόλις;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Τί οὖν ἂν ἐγὼ καλῶ ὁτιοῦν τῶν ὄντων; οἷον ὃ νῦν καλοῦμεν ἄνθρωπον, ἐὰν ἐγὼ τοῦτο ἵππον προσαγορεύω, ὃ δὲ νῦν ἵππον, ἄνθρωπον, ἔσται δημοσίᾳ μὲν ὄνομα ἄνθρωπος τῷ αὐτῷ, ἰδίᾳ δὲ ἵππος; καὶ ἰδίᾳ μὲν αὖ ἄνθρωπος, δημοσίᾳ δὲ ἵππος; οὕτω λέγεις;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Φέρε δή μοι τόδε εἰπέ. καλεῖς τι ἀληθῆ λέγειν καὶ ψευδῆ;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν λόγος ἀληθής, ὁ δὲ ψευδής;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος ὃς ἂν τὰ ὄντα λέγῃ ὡς ἔστιν, ἀληθής· ὃς δ' ἂν ὡς οὐκ ἔστι, ψευδής;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα τοῦτο, λόγῳ λέγειν τὰ ὄντα τε καὶ μή;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ λόγος δ' ἐστὶν ὁ ἀληθὴς πότερον ὅλος μὲν ἀληθής, τὰ μόρια δ' αὐτοῦ οὐκ ἀληθῆ;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρια.

Herm. Mihi sane ita videtur. *So.* Et sive privatus vocet, sive civitas? *Herm.* Assero. *So.* Quid vero, si ipse rem aliquam vocem, veluti si quem nunc hominem vocamus, ego equum nominem; quemve equum, hominem? publice quidem erit eidem homo nomen, privatim equus; et privatim rursus homo, publice equus. ita loqueris? *Herm.* Ita videtur. *So.* Dic iterum, num aliquid nuncupes vera loqui, aliquid loqui falsa? *Herm.* Equidem. *So.* Nonne illa quidem vera erit oratio, haec autem oratio falsa? *Herm.* Ita prorsus. *So.* Illa vero oratio, quae existentia dicit ut existunt, vera est; quae ut non existunt, falsa? *Herm.* Certe. *So.* Est autem hoc, oratione ea quae sunt et quae non sunt dicere? *Herm.* Id ipsum. *So.* Oratio quae vera est, utrum tota quidem est vera, partes non verae? *Herm.* Immo et partes verae.

ΣΩ. Πότερον δὲ τὰ μὲν μεγάλα μόρια ἀληθῆ, τὰ δὲ σμικρὰ οὔ; ἢ πάντα;

ΕΡΜ. Πάντα οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅ τι λέγεις λόγου σμικρότερον μόριον ἄλλο ἢ ὄνομα;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο σμικρότατον.

ΣΩ. Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα τὸ τοῦ ἀληθοῦς λόγου λέγεται;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἀληθές γε, ὡς φῄς.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦς μόριον οὐ ψεῦδος;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα ὄνομα ψευδὲς καὶ ἀληθὲς λέγειν, εἴ περ καὶ λόγον;

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ὃ ἂν ἄρα ἕκαστος φῇ τῳ ὄνομα εἶναι, τοῦτο ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἦ καὶ ὁπόσα ἂν φῇ τις ἑκάστῳ ὀνόματα εἶναι, τοσαῦτα ἔσται; καὶ τότε ὁπόταν φῇ;

ΕΡΜ. Οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ἄλλην ὀρθότητα ἢ ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἕτερον εἶναι καλεῖν ἑκάστῳ ὄνομα, ὃ ἐγὼ ἐθέμην, σοὶ δὲ ἕτερον, ὃ ἂν σύ.

So. Utrum partes magnae verae, exiguae vero particulae falsae: an verae sunt omnes? *Herm.* Omnes arbitror. *So.* Habes orationis partem aliquam minorem nomine? *Herm.* Nequaquam: haec enim pars minima. *So.* Et nomen quidem hoc pars orationis verae? *Herm.* Procul dubio. *So.* Pars utique vera, ut ais ipse. *Herm.* Vera. *So.* Pars autem falsi falsa. *Herm.* Aio. *So.* Licet ergo nomen verum et nomen falsum dicere, siquidem et orationem. *Herm.* Quid prohibet? *So.* Quod quisque cuique nomen esse ait, id et cuique nomen est? *Herm.* Id ipsum. *So.* An etiam quotcunque quis nomina cuique tribuit, totidem erunt? ac etiam quandocunque tribuit? *Herm.* Haud equidem habeo, Socrates, aliquam praeter hanc nominis rectitudinem, ut videlicet liceat mihi quidem alio rem vocare, quod ipse imposui, nomine: tibi autem alio, quod tu imposuisti. ita

οὕτω δὲ καὶ ταῖς πόλεσιν ὁρῶ ἰδίᾳ ἑκάσταις ἐνίοτ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κείμενα ὀνόματα, καὶ Ἕλλησι παρὰ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καὶ Ἕλλησι παρὰ βαρβάρους.

ΣΩ. Φέρε δὴ ἴδωμεν, ὦ Ἑρμόγενες, πότερον καὶ τὰ ὄντα οὕτως ἔχειν σοι φαίνεται, ἰδίᾳ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἑκάστῳ, ὥς περ Πρωταγόρας ἔλεγε λέγων
386 πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον, ὡς ἄρα οἷα μὲν ἂν ἐμοὶ φαίνηται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μέν ἐστιν ἐμοί, οἷα δ' ἂν σοί, τοιαῦτα δ' αὖ σοί· ἢ ἔχειν δοκεῖ σοι αὐτὰ αὑτῶν τινὰ βεβαιότητα τῆς οὐσίας.

ΕΡΜ. Ἤδη ποτὲ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἀπορῶν καὶ ἐνταῦθα ἐξηνέχθην, εἰς ἅ περ Πρωταγόρας λέγει· οὐ πάνυ τι μέντοι μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Τί δαί; ἐς τόδε ἤδη ἐξηνέχθης, ὥστε μὴ πάνυ σοι δοκεῖν εἶναί τινα ἄνθρωπον πονηρόν;

ΕΡΜ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ πολλάκις δὴ αὐτὸ πέπονθα, ὥς τέ μοι δοκεῖν πάνυ πονηροὺς εἶναί τινας ἀνθρώπους, καὶ μάλα συχνούς.

ΣΩ. Τί δαί; πάνυ χρηστοὶ οὔ πώ σοι ἔδοξαν εἶναι ἄνθρωποι;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα ὀλίγοι.

equidem in civitatibus video eorundem propria quaedam haberi nomina, et Graecis ad alios Graecos, et Graecis ad Barbaros. *So.* Animadvertamus, Hermogenes, utrum res ipsae ita se habere tibi videantur, ut propria rerum apud unumquemque essentia sit, quemadmodum Protagoras tradidit, rerum omnium dicens hominem esse mensuram, ita ut qualia mihi quaeque videntur, talia et mihi sint: item qualia tibi, et tibi talia? an potius quaedam esse putes, quae essentiae suae quandam habeant firmitatem. *Herm.* Quandoque, o Socrates, dubitans ad haec deductus sum, quae tradit Protagoras, ita tamen esse haud satis mihi persuadeo. *So.* Nunquid et ad hoc aliquando es deductus, ut tibi nequaquam videretur aliquem esse hominem omnino malum? *Herm.* Non, per Iovem. immo saepenumero ita sum affectus, ut existimarem homines nonnullos omnino malos esse, et quidem plurimos. *So.* Prorsus autem boni nulli adhuc tibi visi sunt? *Herm.* Admodum pauci.

ΣΩ. Ἔδοξαν δ' οὖν;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Πῶς οὖν τοῦτο τίθεσαι; ἆρ' ὧδε, τοὺς μὲν πάνυ χρηστοὺς πάνυ φρονίμους, τοὺς δὲ πάνυ πονηροὺς πάνυ ἄφρονας;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

ΣΩ. Οἷόν τε οὖν ἐστίν, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, τὸ οἷα ἂν δοκῇ ἑκάστῳ τοιαῦτα καὶ εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν φρονίμους εἶναι, τοὺς δὲ ἄφρονας;

ΕΡΜ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Καὶ ταῦτά γε, ὡς ἐγῷμαι, σοὶ πάνυ δοκεῖ, φρονήσεως οὔσης καὶ ἀφροσύνης μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν. οὐδὲν γὰρ ἄν που τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμώτερος εἴη, εἴ περ ἃ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ ἑκάστῳ ἀληθῆ ἔσται.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γε, οἶμαι, σοὶ δοκεῖ πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως εἶεν οἱ μὲν χρηστοί, οἱ δὲ πονηροί, εἰ ὁμοίως ἅπασι καὶ ἀεὶ ἀρετή τε καὶ κακία εἴη.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήτε πᾶσι πάντα ἐστὶν ὁμοίως

So. Visi ergo sunt aliqui? *Herm.* Aliqui. *So.* Qua ratione hoc iudicas? hacne? omnino quidem bonos esse, omnino prudentes: prorsus vero pravos et imprudentes omnino? *Herm.* Mihi sane ita videtur. *So.* Si Protagoras vera dixit, estque haec ipsa veritas, ut qualiacunque singulis quaeque videntur, talia sint: fierine potest, ut alii hominum prudentes sint, imprudentes alii? *Herm.* Nequaquam. *So.* Atqui haec, ut arbitror, tibi omnino videntur: cum videlicet prudentia quaedam et imprudentia sit, Protagoram haud omnino vera loqui posse. neque enim alter altero revera prudentior erit, si quae cuique videntur, cuique vera erunt. *Herm.* Ita est. *So.* At neque Euthydemo assentiris, ut arbitror, dicenti omnia omnibus esse similiter ac semper. neque enim alii boni, alii mali essent, si semper et aeque omnibus et virtus inesset et pravitas. *Herm.* Vera loqueris. *So.* Ergo si neque omnia omnibus insunt semper

ἅμα καὶ ἀεί, μήτε ἑκάστῳ ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστί, δῆλον δὴ ὅτι αὐτὰ αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντά τινα βέβαιόν ἐστι τὰ πράγματα, οὐ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ὑφ' ἡμῶν, ἑλκόμενα ἄνω καὶ κάτω τῷ ἡμετέρῳ φαντάσματι, ἀλλὰ καθ' αὑτὰ πρὸς τὴν αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντα ᾗ περ πέφυκεν.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Πότερον οὖν αὐτὰ μὲν ἂν εἴη οὕτω πεφυκότα, αἱ δὲ πράξεις αὐτῶν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον; ἢ οὐ καὶ αὗται ἕν τι εἶδος τῶν ὄντων εἰσίν, αἱ πράξεις;

ΕΡΜ. Πάνυ γε καὶ αὗται.

387 ΣΩ. Κατὰ τὴν αὑτῶν ἄρα φύσιν καὶ αἱ πράξεις πράττονται, οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν δόξαν. οἷον ἐάν τι ἐπιχειρήσωμεν ἡμεῖς τῶν ὄντων τέμνειν, πότερον ἡμῖν τμητέον ἕκαστον ὡς ἂν ἡμεῖς βουλώμεθα καὶ ᾧ ἂν βουληθῶμεν, ἢ ἐὰν μὲν κατὰ τὴν φύσιν βουληθῶμεν ἕκαστον τέμνειν τοῦ τέμνειν τε καὶ τέμνεσθαι καὶ ᾧ πέφυκε, τεμοῦμέν τε καὶ πλέον τι ἡμῖν ἔσται καὶ ὀρθῶς πράξομεν τοῦτο, ἐὰν δὲ παρὰ φύσιν, ἐξαμαρτησόμεθά τε καὶ οὐδὲν πράξομεν;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

atque similiter, neque cuique proprium unumquodque: constat, res ipsas esse quae essentiam quandam firmam in ipsis habent: neque quoad nos, neque a nobis per imaginationem sursum deorsumque distractae, sed secundum se ipsas quoad ipsarum essentiam, ut natura institutae sunt, permanentes. *Herm.* Idem mihi quoque videtur, o Socrates. *So.* Utrum res ipsae ita natura consistunt, actiones autem illarum non ita, sed aliter? an et actiones ipsae una quaedam rerum species sunt? *Herm.* Et ipsae omnino. *So.* Ergo actiones ipsae secundum naturam suam, non secundum opinionem nostram, fiunt. Quemadmodum, si nos rem quampiam dividere statuamus, utrum dividenda a nobis res quaeque, ut nos volumus et quo volumus? an potius, si unumquodque dividamus secundum naturam, qua dividere et dividi oportet, itemque eo quo secundum naturam divisio fieri debet, dividemus utique recte et aliquid proficiemus ac recte istud agemus? sin autem praeter naturam, aberrabimus nihilque proficiemus? *Herm.* Mihi quidem ita videtur.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐὰν κάειν τι ἐπιχειρήσωμεν, οὐ κατὰ πᾶσαν δόξαν δεῖ κάειν ἀλλὰ κατὰ τὴν ὀρθήν; αὕτη δ' ἐστὶν ᾗ ἐπεφύκει ἕκαστον κάεσθαί τε καὶ κάειν καὶ ᾧ ἐπεφύκει;

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα οὕτως;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὸ λέγειν μία τις τῶν πράξεών ἐστιν;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Πότερον οὖν ᾗ ἄν τῳ δοκῇ λεκτέον εἶναι, ταύτῃ λέγων ὀρθῶς λέξει, ἢ ἐὰν μὲν ᾗ πέφυκε τὰ πράγματα λέγειν τε καὶ λέγεσθαι καὶ ᾧ, ταύτῃ καὶ τούτῳ λέγῃ, πλέον τέ τι ποιήσει καὶ ἐρεῖ, ἐὰν δὲ μή, ἐξαμαρτήσεταί τε καὶ οὐδὲν ποιήσει;

ΕΡΜ. Οὕτω μοι δοκεῖ ὡς λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦ λέγειν μόριον τὸ ὀνομάζειν· ὀνομάζοντες γάρ που λέγουσι τοὺς λόγους;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὀνομάζειν πρᾶξίς τίς ἐστιν, εἴπερ καὶ τὸ λέγειν πρᾶξίς τις ἦν περὶ τὰ πράγματα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Αἱ δὲ πράξεις ἐφάνησαν ἡμῖν οὐ πρὸς ἡμᾶς οὖσαι, ἀλλ' αὐτῶν τινὰ ἰδίαν φύσιν ἔχουσαι;

So. Atque etiam si comburere aliquid aggrediamur, non secundum omnem opinionem comburere oportet, sed secundum opinionem rectam. haec autem est, qua ratione naturaliter quodque comburi debet atque comburere, et quo debet. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Nonne eadem de ceteris ratio? *Herm.* Eadem. *So.* An non et dicere una quaedam operationum est? *Herm.* Est plane. *So.* Utrum recte dicet ille, qui, ut sibi dicendum videtur, ita dicat? an potius quisquis ita dicat, ut natura ipsa rerum dicere dicique requirit? et quo natura exigit, eo et dicat, aliquid dicendo proficiet: sin aliter, aberravit nihilque efficiet? *Herm.* Ita equidem, ut ais, existimo. *So.* An non dicendi pars est nominare? atque denominantes quodammodo sermones dicunt? *Herm.* Omnino. *So.* Et nominare actio quaedam est? quandoquidem et dicere actio quaedam circa res est. *Herm.* Prorsus. *So.* Actiones autem nobis apparuerunt haud ad nos respicere, sed propriam quandam sui habere naturam.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὀνομαστέον ᾗ πέφυκε τὰ πράγματα ὀνομάζειν τε καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ ᾧ, ἀλλ' οὐχ ᾗ ἂν ἡμεῖς βουληθῶμεν, εἴ πέρ τι τοῖς ἔμπροσθεν μέλλει ὁμολογούμενον εἶναι; καὶ οὕτω μὲν ἂν πλέον τι ποιοῖμεν καὶ ὀνομάζοιμεν, ἄλλως δὲ οὔ;

ΕΡΜ. Φαίνεταί μοι.

ΣΩ. Φέρε δή, ὃ ἔδει τέμνειν, ἔδει τῳ, φαμέν, τέμνειν;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ὃ ἔδει κερκίζειν, ἔδει τῳ κερκίζειν; καὶ ὃ ἔδει τρυπᾷν, ἔδει τῳ τρυπᾷν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ ὃ ἔδει δὴ ὀνομάζειν, ἔδει τῳ ὀνομάζειν;

388 ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Τί δὲ ἦν ἐκεῖνο ᾧ ἔδει τρυπᾷν;

ΕΡΜ. Τρύπανον.

ΣΩ. Τί δὲ ᾧ κερκίζειν;

ΕΡΜ. Κερκίς;

ΣΩ. Τί δὲ ᾧ ὀνομάζειν;

ΕΡΜ. Ὄνομα.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. ὄργανον ἄρα τί ἐστι καὶ τὸ ὄνομα;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Εἰ οὖν ἐγὼ ἐροίμην Τί ἦν ὄργανον ἡ κερκίς; οὐχ ᾧ κερκίζομεν;

Herm. Est ita. *So.* Nominandum itaque ea ratione, qua rerum ipsarum natura nominare ac nominari postulat, et quo postulat: non autem pro nostrae voluntatis arbitrio; si standum est in his quae dicta sunt. *Herm.* Sic est. *Crat.* Atque ita aliquid peragemus nominabimusque, aliter vero nequaquam. *Herm.* Apparet. *So.* Quod incidendum est, aliquo incidendum? *Herm.* Aliquo. *So.* Et quod texendum, aliquo certe texendum? quodve perforandum, aliquo perforandum? *Herm.* Plane. *So.* Item quod nominandum, aliquo nominandum? *Herm.* Sic oportet. *So.* Quid illud, quo aliquid perforare oportet? *Herm.* Terebrum. *So.* Quid quo texere? *Herm.* Radius pectenque. *So.* Quid quo nominare? *Herm.* Nomen. *So.* Bene loqueris: ideoque instrumentum aliquod nomen est. *Herm.* Est. *So.* Si quaererem, quod instrumentum est radius pectenque, responderes quo teximus?

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Κερκίζοντες δὲ τί δρῶμεν; οὐ τὴν κρόκην καὶ τοὺς στήμονας συγκεχυμένους διακρίνομεν;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τρυπάνου ἕξεις οὕτως εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔχεις δὴ καὶ περὶ ὀνόματος οὕτως εἰπεῖν; ὀργάνῳ ὄντι τῷ ὀνόματι ὀνομάζοντες τί ποιοῦμεν;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω λέγειν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν διδάσκομέν τι ἀλλήλους καὶ τὰ πράγματα διακρίνομεν ᾗ ἔχει;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὄνομα ἄρα διδασκαλικόν τί ἐστιν ὄργανον καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας, ὥσπερ κερκὶς ὑφάσματος.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ὑφαντικὸν δέ γε ἡ κερκίς;

ΕΡΜ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Ὑφαντικὸς μὲν ἄρα κερκίδι καλῶς χρήσεται· καλῶς δ' ἐστὶν ὑφαντικῶς· διδασκαλικὸς δὲ ὀνόματι * καλῶς· καλῶς δ' ἐστὶ διδασκαλικῶς.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τῷ τίνος οὖν ἔργῳ ὁ ὑφάντης καλῶς χρήσεται, ὅταν τῇ κερκίδι χρῆται;

Herm. Non aliud. *So.* Texentes vero quid facimus? an non subtegmen et stamina confusa discernimus? *Herm.* Isthuc ipsum. *So.* Idem de terebro ac ceteris respondebis? *Herm.* Idem. *So.* Potes et circa nomen similiter declarare. quid facimus, dum nomine ipso, quod instrumentum est, aliquid nominamus? *Herm.* Nequeo. *So.* Nunquid docemus invicem aliquid, ac res ut sunt, discernimus? *Herm.* Nempe. *So.* Nomen itaque instrumentum docens est essentiamque discernens, ut pecten et radius ipse telae. *Herm.* Sic est dicendum. *So.* Radius porro textorium est instrumentum. *Herm.* Quidni? *So.* Textor itaque radio ac pectine recte utetur. recte, inquam, secundum texendi rationem. Ille vero qui docet, nomine utetur; et recte. recte videlicet secundum docendi propriam rationem. *Herm.* Certe. *So.* Cuius artificis opere bene utetur textor, quando radio pectineque utetur?

ΕΡΜ. Τῷ τοῦ τέκτονος.

ΣΩ. Πᾶς δὲ τέκτων ἐστὶν ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Τῷ τίνος δὲ ἔργῳ ὁ τρυπητὴς καλῶς χρήσεται, ὅταν τῷ τρυπάνῳ χρῆται;

ΕΡΜ. Τῷ τοῦ χαλκέως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πᾶς χαλκεὺς ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Εἶεν. τῷ δὲ τίνος ἔργῳ ὁ διδασκαλικὸς χρήσεται, ὅταν τῷ ὀνόματι χρῆται;

ΕΡΜ. Οὐδὲ τοῦτ' ἔχω.

ΣΩ. Οὐδὲ τοῦτό γ' ἔχεις εἰπεῖν, τίς παραδίδωσιν ἡμῖν τὰ ὀνόματα οἷς χρώμεθα;

ΕΡΜ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἆρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ παραδιδοὺς αὐτά;

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικός, ὅταν ὀνόματι χρῆται;

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Νομοθέτης δέ σοι δοκεῖ πᾶς εἶναι ἀνὴρ ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα παντὸς ἀνδρός, ὦ Ἑρμόγενες, ὄνομα θέσθαι ἐστίν, ἀλλά τινος ὀνοματουργοῦ. οὗτος δ' ἐστίν,

Herm. Fabri lignarii. *So.* Quisquene lignarius faber, an potius qui artem habet? *Herm.* Qui habet artem. *So.* Cuius item opere recte perforator utetur? *Herm.* Aerarii fabri. *So.* Num quisque est faber aerarius? an potius qui habet artem? *Herm.* Qui artem. *So.* Age ergo, dic, cuius opere ipse doctor utatur, quotiens nomine utitur. *Herm.* Nescio. *So.* Assignare et hoc nescis? quis nobis tradit nomina quibus utimur? *Herm.* Ignoro et hoc. *So.* Nonne lex tibi videtur nobis nomina statuisse? *Herm.* Videtur. *So.* Ergo legislatoris utetur opere doctor, quando nomine ipso utetur. *Herm.* Opinor. *So.* Conditor legis quilibet tibi aeque videtur, an qui arte est praeditus? *Herm.* Arte praeditus. *So.* Quare non cuiuscunque viri est, Hermogenes, nomen imponere, verum cuiusdam nominum auctoris. hic

ὡς ἔοικεν, ὁ νομοθέτης, ὃς δὴ τῶν δημιουργῶν σπα- 389
νιώτατος ἐν ἀνθρώποις γίγνεται.

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἴθι δή, ἐπίσκεψαι, ποῖ βλέπων ὁ νομοθέτης τὰ ὀνόματα τίθεται; ἐκ τῶν ἔμπροσθεν δὲ ἀνάσκεψαι. ποῖ βλέπων ὁ τέκτων τὴν κερκίδα ποιεῖ; ἆρ' οὐ πρὸς τοιοῦτόν τι ὃ πεφύκει κερκίζειν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί δαί; ἂν καταγῇ αὐτῷ ἡ κερκὶς ποιοῦντι, πότερον πάλιν ποιήσει ἄλλην πρὸς τὴν κατεαγυῖαν βλέπων ἢ πρὸς ἐκεῖνο τὸ εἶδος πρὸς ὅπερ καὶ ἣν κατέαξεν ἐποίει;

ΕΡΜ. Πρὸς ἐκεῖνο, ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκεῖνο δικαιότατ' ἂν αὐτὸ ὃ ἔστι κερκὶς καλέσαιμεν;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὰν δέῃ λεπτῷ ἱματίῳ ἢ παχεῖ ἢ λινῷ ἢ ἐρεῷ ἢ ὁποιῳοῦν τινὶ κερκίδα ποιεῖν, πάσας μὲν δεῖ τὸ τῆς κερκίδος ἔχειν εἶδος, οἵα δ' ἑκάστῳ καλλίστη ἐπεφύκει, ταύτην ἀποδιδόναι τὴν φύσιν εἰς τὸ ἔργον ἕκαστον;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ ὀργάνων ὁ αὐτὸς

autem etiam, ut videtur, nominum institutor: qui rarior omni artifice inter homines reperitur. *Herm.* Apparet. *So.* Animadverte, obsecro, quo respiciens nominum institutor nomina rebus imponit: immo superiorum exempla diiudica. quo respiciens faber radium pectenque conficit? nonne ad tale aliquid, quod ad texendum natura sit aptum? *Herm.* Prorsus. *So.* Si opere in ipso radius iste frangatur, utrum alium iterum fabricabit ad fracti istius imaginem? an potius ad speciem ipsam respiciet, ad cuius exemplar radium, qui fractus est, fecerat? *Herm.* Ad ipsam, ut arbitror, speciem. *So.* Nonne speciem ipsam merito ipsius radii rationem ipsumque radium maxime nominabimus? *Herm.* Opinor. *So.* Si quando oportet conficiendae vesti tenui vel crassiori lineae sive laneae, sive cuivis alteri, radium apparare, radios singulos oportet speciem radii ipsius habere: qualis vero cuique naturaliter est accommodatissimus, talem ad opus peragendum, ut natura postulat, adhibere? *Herm.* Oportet sane. *So.* Eadem de ceteris instrumentis

τρόπος· τὸ φύσει ἑκάστῳ πεφυκὸς ὄργανον ἐξευρόντα δεῖ ἀποδοῦναι εἰς ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἂν ποιῇ τὸ ἔργον, οὐχ οἷον ἂν αὐτὸς βουληθῇ ἀλλ' οἷον ἐπεφύκει. τὸ γὰρ φύσει ἑκάστῳ, ὡς ἔοικε, τρύπανον πεφυκὸς εἰς τὸν σίδηρον δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τὴν φύσει κερκίδα ἑκάστῳ πεφυκυῖαν εἰς ξύλον.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Φύσει γὰρ ἦν ἑκάστῳ εἴδει ὑφάσματος, ὡς ἔοικεν, ἑκάστη κερκίς, καὶ τἆλλα οὕτως.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ βέλτιστε, καὶ τὸ ἑκάστῳ φύσει πεφυκὸς ὄνομα τὸν νομοθέτην ἐκεῖνον εἰς τοὺς φθόγγους καὶ τὰς συλλαβὰς δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι, καὶ βλέποντα πρὸς αὐτὸ ἐκεῖνο ὃ ἔστιν ὄνομα, πάντα τὰ ὀνόματα ποιεῖν τε καὶ τίθεσθαι, εἰ μέλλει κύριος εἶναι ὀνομάτων θέτης; εἰ δὲ μὴ εἰς τὰς αὐτὰς συλλαβὰς ἕκαστος ὁ νομοθέτης τίθησιν, οὐδὲν δεῖ τοῦτο ἀγνοεῖν. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν αὐτὸν σίδηρον ἅπας χαλκεὺς τίθησι, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα ποιῶν τὸ αὐτὸ ὄργανον· ἀλλ' ὅμως, ἕως ἂν τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἀποδιδῷ, ἐάν τε

est ratio. nam quod natura cuique congruit, instrumentum adinveniendum est, atque id illi attribuendum, ex quo efficit, non qualecunque vult qui fabricat, sed quale natura ipsa exigit. Terebrum namque cuique accommodatum scire oportet in ferro perficere. *Herm.* Patet. *So.* Radium quin etiam singulis competentem in ligno. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Quippe ipsa ratione naturae alius radius telae alteri competit: et in aliis eodem modo. *Herm.* Sane. *So.* Oportet quoque, vir optime, ut ille nominum institutor nomen natura rebus singulis aptum in vocibus et syllabis exprimat, ad idque respiciens quod ipsum nomen est, singula nomina fingat atque attribuat, si re vera nominum auctor est futurus. quod si non iisdem syllabis quisque nominum conditor nomen exprimit, animadvertendum est, quod neque fabri omnes aerarii eodem in ferro id aciunt, quotiens eiusdem gratia idem fabricant instrumentum. verum quatenus eandem ideam attribuunt, licet in alio et alio ferro,

ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ, ὅμως ὀρθῶς ἔχει τὸ ὄργανον, ἐάν τε ἐνθάδε ἐάν τε ἐν βαρβάροις τις ποιῇ. ἢ γάρ; 390

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις καὶ τὸν νομοθέτην τόν τε ἐνθάδε καὶ τὸν ἐν τοῖς βαρβάροις, ἕως ἂν τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς, οὐδὲν χείρω νομοθέτην εἶναι τὸν ἐνθάδε ἢ τὸν ὁπουοῦν ἄλλοθι;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τίς οὖν ὁ γνωσόμενος εἰ τὸ προσῆκον εἶδος κερκίδος ἐν ὁποιῳοῦν ξύλῳ κεῖται; ὁ ποιήσας, ὁ τέκτων, ἢ ὁ χρησόμενος, ὁ ὑφάντης;

ΕΡΜ. Εἰκὸς μὲν μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, τὸν χρησόμενον.

ΣΩ. Τίς οὖν ὁ τῷ τοῦ λυροποιοῦ ἔργῳ χρησόμενος; ἆρ' οὐχ οὗτος ὃς ἐπίσταιτο ἂν ἐργαζομένῳ κάλλιστα ἐπιστατεῖν καὶ εἰργασμένον γνοίη εἴτ' εὖ εἴργασται εἴτε μή;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τίς;

ΕΡΜ. Ὁ κιθαριστής.

ΣΩ. Τίς δαὶ ὁ τῷ τοῦ ναυπηγοῦ;

ΕΡΜ. Κυβερνήτης.

ΣΩ. Τίς δαὶ τῷ τοῦ νομοθέτου ἔργῳ ἐπιστατή-

eatenus recte se habet instrumentum, sive hic sive apud barbaros fabricent, nonne? *Herm.* Maxime. *So.* Nonne et eodem modo censebis, donec institutor nominum, qui apud nos est et qui apud barbaros, nominis speciem cuique competentem tribuerit in quibuslibet syllabis, nihilo deteriorem esse unum altero in nominibus imponendis? *Herm.* Equidem. *So.* Quis cogniturus est, utrum conveniens radii species cuicunque ligno sit impressa? num faber, qui efficit? an textor usurus? *Herm.* Probabile est, o Socrates, magis eum qui est usurus, cognoscere. *So.* Quis lyrae fabricatoris opere utitur? nonne ille qui fabricantem instruere potest et opus rectene an contra factum sit, iudicare? *Herm.* Omnino. *So.* Quis ergo? *Herm.* Citharista. *So.* Quis autem opere structoris navium? *Herm.* Gubernator. *So.* Quis item nominum conditoris operi optime prae-

σειέ τ' ἂν κάλλιστα καὶ εἰργασμένον κρίνειε καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις; ἆρ' οὐχ ὅς περ χρήσεται;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁ ἐρωτᾷν ἐπιστάμενος οὗτός ἐστιν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἀποκρίνεσθαι;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τὸν δὲ ἐρωτᾷν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο.

ΣΩ. Τέκτονος μὲν ἄρα ἔργον ἐστὶ ποιῆσαι πηδάλιον ἐπιστατοῦντος κυβερνήτου, εἰ μέλλει καλὸν εἶναι πηδάλιον.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Νομοθέτου δέ γε, ὡς ἔοικεν, ὄνομα, ἐπιστάτην ἔχοντος διαλεκτικὸν ἄνδρα, εἰ μέλλει καλῶς ὀνόματα θήσεσθαι.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Κινδυνεύει ἄρα, ὦ Ἑρμόγενες, εἶναι οὐ φαῦλον, ὡς σὺ οἴει, ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. καὶ Κρατύλος ἀληθῆ λέγει λέγων φύσει τὰ ὀνόματα εἶναι τοῖς πράγμασι καὶ

sidebit et expletum diiudicabit, et apud Graecos et apud Barbaros? nonne et qui utetur? *Herm.* Is certe. *So.* An non is est qui interrogare scit? *Herm.* Iste. *So.* Idem quoque respondere? *Herm.* Nempe. *So.* Eum vero qui interrogare scit atque respondere, alium vocas quam dialecticum? *Herm.* Dialecticum profecto. *So.* Fabri itaque opus est temonem facere gubernatore praecipiente, si bonus futurus est temo. *Herm.* Apparet. *So.* Nominum quoque auctoris, nomen, monente dialectico viro, si modo recte ponenda sunt nomina. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Apparet ergo, Hermogenes, haud leve quiddam, ut ipse censes, nominis impositionem esse, neque id esse imperitorum et quorumvis hominum opus. Nempe Cratylus vera loquitur, cum nomina dicit natura rebus competere, neque

οὐ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον τὸν ἀποβλέποντα εἰς τὸ τῇ φύσει ὄνομα ὂν ἑκάστῳ, καὶ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ εἶδος τιθέναι εἴς τε τὰ γράμματα καὶ τὰς συλλαβάς.

ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ὅπως χρὴ πρὸς ἃ λέγεις ἐναντιοῦσθαι. ἴσως μέντοι οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν οὕτως ἐξαίφνης πεισθῆναι, ἀλλὰ δοκῶ μοι ὧδε ἂν μᾶλ- 391
λον πεισθήσεσθαί σοι, εἴ μοι δείξειας ἥν τινα φῂς εἶναι τὴν φύσει ὀρθότητα ὀνόματος.

ΣΩ. Ἐγὼ μέν, ὦ μακάριε Ἑρμόγενες, οὐδεμίαν λέγω, ἀλλ' ἐπελάθου γε ὧν ὀλίγον πρότερον ἔλεγον, ὅτι οὐκ εἰδείην ἀλλὰ σκεψοίμην μετὰ σοῦ. νῦν δὲ σκοπουμένοις ἡμῖν, ἐμοί τε καὶ σοί, τοσοῦτον μὲν ἤδη φαίνεται παρὰ τὰ πρότερα, φύσει τέ τινα ὀρθότητα ἔχον εἶναι τὸ ὄνομα καὶ οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπίστασθαι καλῶς αὐτὸ πράγματι ὁτῳοῦν θέσθαι. ἢ οὔ;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο χρὴ ζητεῖν, εἴ περ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι, ἥ τίς ποτ' αὖ ἐστὶν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴν ἐπιθυμῶ γε εἰδέναι.

ΣΩ. Σκόπει τοίνυν.

ΕΡΜ. Πῶς οὖν χρὴ σκοπεῖν;

unumquemque esse nominum auctorem, sed illum duntaxat, qui ad nomen respicit, quod natura cuique convenit, potestque eius speciem literis syllabisque inserere. *Herm.* Nescio, Socrates, qua ratione his quae dixisti, sit repugnandum. forte vero non facile est subito sic persuaderi. videor autem mihi hunc in modum tibi potius assensurus, si ostenderis, quam dicas esse natura rectam nominis rationem. *So.* Equidem, o beate Hermogenes, adhuc nullam dico. ferme namque e memoria excidit quod dixeram supra, me videlicet hoc ignorare, verum una tecum perquirere. Nunc autem mihi et tibi simul investigantibus hoc duntaxat praeter superiora compertum est, rectitudinem aliquam natura nomen habere, neque virum quemlibet scire ipsum rebus accommodare. nonne? *Herm.* Valde. *So.* Considerandum restat, si nosse desideras, quaenam ipsius sit nominis rectitudo, id est ratio recta. *Herm.* Desidero equidem. *So.* Animadverte igitur. *Herm.* Qua via investigandum mones?

ΣΩ. Ὀρθοτάτη μὲν τῆς σκέψεως, ὦ ἑταῖρε, μετὰ τῶν ἐπισταμένων, χρήματα ἐκείνοις τελοῦντα καὶ χάριτας κατατιθέμενον. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ σοφισταί, οἷς περ καὶ ὁ ἀδελφός σου Καλλίας πολλὰ τελέσας χρήματα σοφὸς δοκεῖ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγκρατὴς εἶ τῶν πατρῴων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου.

ΕΡΜ. Ἄτοπος μέντ' ἂν εἴη μου, ὦ Σώκρατες, ἡ δέησις, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀληθείᾳ ῥηθέντα ἀγαπῴην ὥς του ἄξια.

ΣΩ. Ἀλλὰ εἰ μὴ αὖ σε ταῦτα ἀρέσκει, παρ' Ὁμήρου χρὴ μανθάνειν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ποιητῶν.

ΕΡΜ. Καὶ τί λέγει, ὦ Σώκρατες, Ὅμηρος περὶ ὀνομάτων; καὶ ποῦ;

ΣΩ. Πολλαχοῦ· μέγιστα δὲ καὶ κάλλιστα ἐν οἷς διορίζει ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἅ τε οἱ ἄνθρωποι ὀνόματα καλοῦσι καὶ οἱ θεοί. ἢ οὐκ οἴει αὐτὸν μέγα τι καὶ θαυμάσιον λέγειν ἐν τούτοις περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος; δῆλον γὰρ δὴ ὅτι οἵ γε θεοὶ αὐτὰ καλοῦσι πρὸς ὀρθότητα, ἅ περ ἐστὶ φύσει ὀνόματα. ἢ σὺ οὐκ οἴει;

So. Rectissima est, o amice, consideratio, ab his qui sciunt, haec perquirere, oblatis pecuniis et gratiis insuper actis. hi vero sophistae sunt; quibus frater tuus Callias multis erogatis pecuniis, sapiens evasisse videtur. Postquam vero in res paternas ius non habes, reliquum est ut fratrem supplex exores, te doceat nominum rectitudinem, quam a Protagora didicit. *Herm.* Quam absurda haec esset petitio, Socrates, si cum illam Protagorae veritatem nullo modo recipiam, ea quae ex veritate illa dicuntur, alicuius pretii aestimarem. *So.* At vero si tibi ista non placent, ab Homero ceterisque poëtis est discendum. *Herm.* Quid de nominibus et ubi Homerus, o Socrates, tradit? *So.* Passim multa: maxima vero et pulcherrima sunt illa, in quibus distinguit circa eadem quae nomina homines et quae dii ipsi inducunt. an non censes ipsum in his magnificum aliquid et mirandum de recta ratione nominum tradere? constat enim, deos nominibus illis ad rectitudinem ipsam uti, quae natura consistunt. an non putas?

ΕΡΜ. Εὖ οἶδα μὲν οὖν ἔγωγε, εἴ περ καλοῦσιν, ὅτι ὀρθῶς καλοῦσιν. ἀλλὰ ποῖα ταῦτα λέγεις;

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα ὅτι περὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν τῇ Τροίᾳ, ὃς ἐμονομάχει τῷ Ἡφαίστῳ, ὃν Ξάνθον, φησί, καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί οὖν δή; οὐκ οἴει τοῦτο σεμνόν τι εἶναι,
γνῶναι ὅπῃ ποτὲ ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν Ξάν- 392
θον καλεῖν μᾶλλον ἢ Σκάμανδρον; εἰ δὲ βούλει, περὶ
τῆς ὄρνιθος ἣν λέγει ὅτι

χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν,

φαῦλον ἡγεῖ τὰ μάθημα, ὅσῳ ὀρθότερόν ἐστι καλεῖσθαι χαλκὶς κυμίνδιδος τῷ αὐτῷ ὀρνέῳ; ἢ τὴν Βατίειάν τε καὶ Μυρίνην, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τούτου τοῦ ποιητοῦ καὶ ἄλλων; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω ἐστὶν ἢ κατ᾽ ἐμέ τε καὶ σὲ ἐξευρεῖν· ὁ δὲ Σκαμάνδριός τε καὶ ὁ Ἀστυάναξ ἀνθρωπινώτερον διασκέψασθαι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ῥᾷον, ἅ φησιν ὀνόματα εἶναι τῷ τοῦ Ἕκτορος υἱεῖ, τίνα ποτὲ λέγει τὴν ὀρθότητα αὐτῶν. οἶσθα γὰρ δή που ταῦτα τὰ ἔπη ἐν οἷς ἔνεστιν ἃ ἐγὼ λέγω.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πότερον οὖν οἴει Ὅμηρον ὀρθότερον ἡγεῖ-

Herm. Certe equidem scio, si qua dii vocant, recte eos admodum nominare. verum quaenam ista? *So.* An ignoras quod de Troiano flumine, quod singulari certamine cum Vulcano pugnavit, inquit? *Quod Xanthum dii vocant, viri Scamandrum.* *Herm.* Scio. *So.* An non censes magnificum quiddam cognitu esse hoc, qua ratione rectius sit, flumen illud Xanthum quam Scamandrum nominare? Item, si vis, animadverte et istud, quod avem eandem dicit Chalcidem quidem a diis, Cymindin vero ab hominibus nominari. Levem cognitionem hanc putas, ut sciatur, quanto rectius sit eandem avem Chalcidem quam Cymindin nuncupare, vel Batieam atque Myrinen, aliaque permulta, et apud hunc poëtam et apud alios talia? Verum istarum rerum inventio acutius ingenium quam nostrum exigit. Scamandrus autem et Astyanax quid significent, humano ingenio, ut mihi videtur, comprehendi potest, et facile percipi potest, quam rectitudinem esse Homerus velit in his nominibus, quibus Hectoris filium nuncupat. Scis ea carmina quibus insunt, quae dico? *Herm.* Omnino. *So.* Utrum istorum nominum putas Home-

σθαι τῶν ὀνομάτων κεῖσθαι τῷ παιδί, τὸν Ἀστυάνακτα ἢ τὸν Σκαμάνδριον;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω λέγειν.

ΣΩ. Ὧδε δὴ σκόπει. εἴ τις ἔροιτό σε Πότερον οἴει ὀρθότερον καλεῖν τὰ ὀνόματα τοὺς φρονιμωτέρους ἢ τοὺς ἀφρονεστέρους;

ΕΡΜ. Δῆλον δὴ ὅτι τοὺς φρονιμωτέρους φαίην ἄν.

ΣΩ. Πότερον οὖν αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς πόλεσι φρονιμώτεραί σοι δοκοῦσιν εἶναι ἢ οἱ ἄνδρες, ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν γένος;

ΕΡΜ. Οἱ ἄνδρες.

ΣΩ. Οὐκοῦν οἶσθα ὅτι Ὅμηρος τὸ παιδίον τὸ τοῦ Ἕκτορος ὑπὸ τῶν Τρώων φησὶ καλεῖσθαι Ἀστυάνακτα, Σκαμάνδριον δὲ δῆλον ὅτι ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἐπειδή οἵ γε ἄνδρες αὐτὸν Ἀστυάνακτα ἐκάλουν.

ΕΡΜ. Ἔοικέ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ Ὅμηρος τοὺς Τρῶας σοφωτέρους ἡγεῖτο ἢ τὰς γυναῖκας αὐτῶν;

ΕΡΜ. Οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸν Ἀστυάνακτα ἄρα ὀρθότερον ᾤετο κεῖσθαι τῷ παιδὶ ἢ τὸν Σκαμάνδριον;

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Σκοπῶμεν δὴ διὰ τί ποτε. ἢ αὐτὸς ἡμῖν κάλλιστα ὑφηγεῖται τὸ διότι; φησὶ γάρ

rum existimasse convenire magis puero, Astyanactane an Scamandrum? *Herm.* Ignoro. *So.* Sic autem considera. si quis te interrogaret, utrum putes sapientiores rectius nomina rebus imponere, an minus sapientes, responderes utique sapientiores. *Herm.* Sic certe. *So.* Utrum mulieres in urbibus sapientiores esse tibi videntur, an viri? quantum ad genus attinet. *Herm.* Viri. *So.* Nescis quod inquit Homerus, Hectoris filium a Troianis Astyanacta, a mulieribus Scamandrum nuncupatum? quandoquidem viri illum Astyanacta vocare consueverunt. *Herm.* Videtur. *So.* Nonne Homerus Troianos viros sapientiores quam mulieres eorum existimavit? *Herm.* Arbitror equidem. *So.* Astyanacta igitur rectius quam Scamandrum nominatum esse censuit. *Herm.* Apparet. *So.* Animadvertamus, quam ipse denominationis huius causam affert.

οἷος γάρ σφιν ἔρυτο πόλιν καὶ τείχεα μακρά.

διὰ ταῦτα δή, ὡς ἔοικεν, ὀρθῶς ἔχει καλεῖν τὸν τοῦ σωτῆρος υἱὸν Ἀστυάνακτα τούτου ὃ ἔσωζεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὥς φησιν Ὅμηρος.

ΕΡΜ. Φαίνεταί μοι.

ΣΩ. Τί δή ποτε; οὐ γάρ πω οὐδ' αὐτὸς ἔγωγε μανθάνω, ὦ Ἑρμόγενες· σὺ δὲ μανθάνεις;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα, ὦ 'γαθέ, καὶ τῷ Ἕκτορι αὐτὸς 393
ἔθετο τὸ ὄνομα Ὅμηρος;

ΕΡΜ. Τί δή;

ΣΩ. Ὅτι μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο παραπλήσιόν τι εἶναι τῷ Ἀστυάνακτι, καὶ ἔοικεν Ἑλληνικοῖς ταῦτα τὰ ὀνόματα. ὁ γὰρ ἄναξ καὶ ὁ ἕκτωρ σχεδόν τι ταὐτὸν σημαίνει, βασιλικὰ ἀμφότερα εἶναι τὰ ὀνόματα. οὗ γὰρ ἄν τις ἄναξ ᾖ, καὶ ἕκτωρ δή πού ἐστι τούτου· δῆλον γὰρ ὅτι κρατεῖ τε αὐτοῦ καὶ κέκτηται καὶ ἔχει αὐτό. ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν, ἀλλὰ λανθάνω καὶ ἐμαυτὸν οἰόμενός τινος ὥς περ ἴχνους ἐφάπτεσθαι τῆς Ὁμήρου δόξης περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐ σύ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς, ἀλλὰ ἴσως του ἐφάπτει.

Solus enim, inquit, *civitatem ipsis tutatus est amplaque moenia.* Quapropter decet, ut videtur, protectoris filium nominare Astyanacta, id est regem urbis; urbis, inquam, eius, quam pater suus servavit, ut inquit Homerus. *Herm.* Idem mihi quoque videtur. *So.* Quod autem hoc maxime? porro et ipse nondum satis intelligo, o Hermogenes. tu vero percipis? *Herm.* Non per Iovem. *So.* Atqui et Hectori, o bone vir, nomen ipse Homerus imposuit. *Herm.* Quamobrem? *So.* Quoniam mihi videtur id nomen Hector Astyanacti esse quamproximum: ferme enim idem significant; putantque Graeci utraque haec nomina regia esse. cuiuscunque enim quis anax, id est rex existit, eiusdem est et hector, id est possessor. constat enim, dominari illi possidereque et habere. An forte nihil tibi dicere videor: meque fallit opinio, qua Homeri sententiam circa nominum rectitudinem ceu per vestigia quaedam attingere confidebam? *Herm.* Nullo modo, ut arbitror. forte enim nonnihil attingis.

ΣΩ. Δίκαιόν γέ τοί ἐστιν, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τὸν λέοντος ἔκγονον λέοντα καλεῖν καὶ τὸν ἵππου ἔκγονον ἵππον. οὔ τι λέγω ἐὰν ὥς περ τέρας γίνηται ἐξ ἵππου ἄλλο τι ἢ ἵππος, ἀλλὰ ὃ ἂν ᾖ τοῦ γένους ἔκγονον τὴν φύσιν, τοῦτο λέγω· ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει ἵππος παρὰ φύσιν τέκῃ μόσχον, οὐ πῶλον κλητέον ἀλλὰ μόσχον· οὐδ' ἂν ἐξ ἀνθρώπου, οἶμαι, μὴ τὸ ἀνθρώπου ἔκγονον γένηται, ἀλλ' ἐὰν τὸ ἔκγονον, ἄνθρωπος κλητέος. καὶ τὰ δένδρα ὡσαύτως καὶ τἆλλα ἅπαντα. ἢ οὐ ξυνδοκεῖ;

ΕΡΜ. Ξυνδοκεῖ.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις· φύλαττε γάρ με μή πῃ παρακρούσωμαί σε. κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν λόγον κἂν ἐκ βασιλέως γίγνηταί τι ἔκγονον, βασιλεὺς κλητέος. εἰ δὲ ἐν ἑτέραις συλλαβαῖς ἢ ἐν ἑτέραις τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐδὲν πρᾶγμα. οὐδ' εἰ πρόςκειταί τι γράμμα ἢ ἀφῄρηται, οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο, ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος δηλουμένη ἐν τῷ ὀνόματι.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Οὐδὲν ποικίλον, ἀλλ' ὥς περ τῶν στοιχείων οἶσθα ὅτι ὀνόματα λέγομεν, ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, πλὴν τεττάρων, τοῦ εἶ καὶ τοῦ ῦ καὶ τοῦ οὖ καὶ

So. Decet, ut mihi videtur, leonis filium leonem similiter nominare, equi filium equum. haud certe dico, si quid tanquam monstrum ex equo nascatur, aliud quiddam quam equus: sed cuius generis secundum naturam est, quod nascitur, hoc dico. Si enim bovis secundum naturam filius equum gignit, non vitulus qui nascitur, sed pullus equinus est nuncupandus, et si equus praeter naturam gignit vitulum, non pullus equinus dicendus est iste, sed vitulus. Neque etiam si ex homine alia proles quam humana producitur, quod nascitur homo vocari debet. idemque est de arboribus deque ceteris omnibus iudicandum. Probas haec? *Herm.* Probo equidem. *So.* Observa me, ne quid defraudem. eadem quippe ratione, si quis ex rege nascitur, rex est nominandus. in aliis vero et aliis syllabis idem significari, nihil interest: neque refert, sive addatur litera aliqua, sive etiam subtrahatur, donec essentia rei significatae in ipso nomine dominatur. *Herm.* Qui istuc ais? *So.* Nihil varium diversumque dico: verum ita ut in elementis fieri cernis. scis enim, quod elementorum nomina dicimus, ipsa vero elementa nequaquam, quatuor dumtaxat exceptis,

τοῦ ω. τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσί τε καὶ ἀφώνοις οἶσθα ὅτι περιτιθέντες ἄλλα γράμματα λέγομεν, ὀνόματα ποιοῦντες. ἀλλ' ἕως ἂν αὐτοῦ δηλουμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνο τὸ ὄνομα καλεῖν, ὃ αὐτὸ ἡμῖν δηλώσει. οἷον τὸ βῆτα. ὁρᾷς ὅτι τοῦ ἦτα καὶ τοῦ ταῦ καὶ τοῦ ἄλφα προςτεθέντων οὐδὲν ἐλύπησεν, ὥςτε μὴ οὐχὶ τὴν ἐκείνου τοῦ στοιχείου φύσιν δηλῶσαι ὅλῳ τῷ ὀνόματι οὗ ἐβούλετο ὁ νομοθέτης. οὕτως ἠπιστήθη καλῶς θέσθαι τοῖς γράμμασι τὰ ὀνόματα.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ βασιλέως ὁ αὐτὸς λόγος; ἔσται γάρ ποτ' ἐκ βασιλέως βασιλεύς, καὶ ἐξ ἀγαθοῦ ἀγαθός, 394
καὶ ἐκ καλοῦ καλός, καὶ τἆλλα πάντα οὕτως, ἐξ ἑκάστου γένους ἕτερον τοιοῦτον ἔκγονον, ἐὰν μὴ τέρας γίγνηται. κλητέον δὴ ταὐτὰ ὀνόματα. ποικίλλειν δὲ ἔξεστι ταῖς συλλαβαῖς, ὥςτε δόξαι ἂν τῷ ἰδιωτικῶς ἔχοντι ἕτερα εἶναι ἀλλήλων τὰ αὐτὰ ὄντα, ὥς περ ἡμῖν τὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα, χρώμασιν ἢ ὀσμαῖς πεποικιλμένα, ἄλλα φαίνεται ταὐτὰ ὄντα, τῷ δέ γε ἰατρῷ, ἅτε τὴν δύναμιν τῶν φαρμάκων σκοπουμένῳ, τὰ αὐτὰ φαίνεται, καὶ οὐκ ἐκπλήττεται ὑπὸ τῶν προςόντων.

scilicet e, y, omicron, omega. ceteris autem tam vocalibus quam non vocalibus alias addentes literas, nomina constituimus, atque ita proferimus. verum quousque elementi ipsius vim declaratam inscrimus, convenit, nomen illud vocare ipsum quod nobis significet elementum, ut in vita apparet, ubi additis i, t, a nihil obstitit, quin integro nomine natura elementi illius ostenderetur, cuius nominum auctor voluit: usque adeo scite literis nomina praebuit. *Herm.* Vera mihi loqui videris. *So.* Nonne eadem de rege ratio erit? erit utique ex rege rex, ex bono bonus, ex pulchro pulcher, et in ceteris omnibus similiter ex quolibet genere alterum quiddam tale, nisi monstrum fiat, eademque dicenda nomina. Variare autem licet per syllabas, ut videantur homini rudi, quae sunt eadem, esse diversa. quemadmodum pharmaca medicorum coloribus et odoribus variata saepe, cum eadem sint, nobis diversa videntur: medico autem, vim pharmacorum consideranti, eadem iudicantur, neque eum additamenta perturbant.

οὕτω δὲ ἴσως καὶ ὁ ἐπιστάμενος περὶ ὀνομάτων τὴν δύναμιν αὐτῶν σκοπεῖ, καὶ οὐκ ἐκπλήττεται εἴ τι πρόσκειται γράμμα ἢ μετάκειται ἢ ἀφῄρηται, ἢ καὶ ἐν ἄλλοις παντάπασι γράμμασίν ἐστιν ἡ τοῦ ὀνόματος δύναμις. ὥς περ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, Ἀστυάναξ τε καὶ Ἕκτωρ οὐδὲν τῶν αὐτῶν γραμμάτων ἔχει πλὴν τοῦ ταῦ, ἀλλ' ὅμως ταὐτὸν σημαίνει. καὶ Ἀρχέπολίς γε τῶν μὲν γραμμάτων τί ἐπικοινωνεῖ; δηλοῖ δὲ ὅμως τὸ αὐτό. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ οὐδὲν ἀλλ' ἢ βασιλέα σημαίνει· καὶ ἄλλα γε αὖ στρατηγόν, οἷον Ἆγις καὶ Πολέμαρχος καὶ Εὐπόλεμος· καὶ ἰατρικά γε ἕτερα, Ἰατροκλῆς καὶ Ἀκεσίμβροτος. καὶ ἕτερα ἂν ἴσως συχνὰ εὕροιμεν ταῖς μὲν συλλαβαῖς καὶ τοῖς γράμμασι διαφωνοῦντα, τῇ δὲ δυνάμει ταὐτὸν φθεγγόμενα. φαίνεται οὕτως ἢ οὔ;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τοῖς μὲν δὴ κατὰ φύσιν γιγνομένοις ταὐτὰ ἀποδοτέον ὀνόματα;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί δαὶ τοῖς παρὰ φύσιν, οἳ ἂν ἐν τέρατος εἴδει γένωνται; οἷον ὅταν ἐξ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ θεο-

Similiter forte, qui est in nominibus eruditus, vim illorum considerat, neque eius turbatur iudicium, si qua litera addita est vel transmutata vel dempta, vel in aliis literis ac multis eadem vis nominis reperitur. ut ea nomina, quae supra diximus, Astyanax et Hector, literas omnino diversas praeter t solum habent, idem tamen significant. item quod Archepolis, id est princeps civitatis dicitur, quam literarum communionem cum duobus superioribus habet? idem nihilominus infert. multaque sunt alia, quae nihil aliud quam regem significant. multa praeterea sunt, quae exercitus ducem significant, ut Agis, Polemarchus, Eupolemus. alia item quae medicinae professorem declarant, ut Iatrocles Acesimbrotusque. aliaque permulta reperiri possunt, syllabis et literis discordantia, vi autem significationis penitus consonantia. Sicne et ipse putas, an aliter? *Herm.* Sic certe. *So.* His profecto, quae secundum naturam fiunt, eadem tribuenda sunt nomina. *Herm.* Omnino. *So.* Quotiens vero praeter naturam homines aliqui fiunt in quadam specie monstri, velut cum ex bono pioque viro impius gene-

σεβοῦς ἀσεβὴς γίγνηται, ἆρ' οὐχ ὥς περ ἐν τοῖς ἔμπροσθε, κἂν ἵππος βοὸς ἔκγονον τέκῃ, οὐ τοῦ τεκόντος δή που ἔδει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν ἀλλὰ τοῦ γένους οὗ εἴη;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τῷ ἐκ τοῦ εὐσεβοῦς ἄρα γενομένῳ ἀσεβεῖ τὸ τοῦ γένους ὄνομα ἀποδοτέον;

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐ Θεόφιλον, ὡς ἔοικεν, οὐδὲ Μνησίθεον οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ' ὅ τι τἀναντία τούτοις σημαίνει, ἐάν περ τῆς ὀρθότητος τυγχάνῃ τὰ ὀνόματα.

ΕΡΜ. Παντός γε μᾶλλον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὡς πέρ γε καὶ ὁ Ὀρέστης, ὦ Ἑρμόγενες, κινδυνεύει ὀρθῶς ἔχειν, εἴ τέ τις τύχη ἔθετο αὐτῷ τὸ ὄνομα εἴτε καὶ ποιητής τις, τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἄγριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὀρεινὸν ἐνδεικνύμενος τῷ ὀνόματι.

ΕΡΜ. Φαίνεται οὕτως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἔοικε δέ γε καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατὰ φύσιν 394
τὸ ὄνομα εἶναι.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Κινδυνεύει γὰρ τοιοῦτός τις εἶναι ὁ Ἀγα-

ratur, qui genitus est, non genitoris nomen sortiri debet, sed eius in quo ipse est generis: quemadmodum supra diximus, si equus bovis prolem generet, non equum eius filium, sed bovem denominandum. *Herm.* Sic est. *So.* Homini igitur impio ex pio genito non parentis, sed generis nomen attribuendum. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Neque igitur Theophilum, id est Dei amicum, neque Mnesitheum, id est Dei memorem, vel talem aliquem huiusmodi vocare filium talem decet, sed contraria significantibus nominibus appellare: si modo recte nomina instituta esse debent. *Herm.* Sic prorsus agendum, o Socrates. *So.* Profecto Oresti nomen recte, o Hermogenes, videtur impositum, sive aliqua sors illi nomen dedit, sive poëta quidam, ferinam eius naturam agrestemque et montanam nomine eo significans. *Herm.* Sic apparet, Socrates. *So.* Videtur et patri eius secundum naturam nomen esse. *Herm.* Apparet. *So.* Apparet utique talis esse Agamemnon, ut sibi la-

μέμνων, οἷος, ἃ ἂν δόξειεν αὐτῷ διαπονεῖσθαι καὶ καρτερεῖν, τέλος ἐπιτιθεὶς τοῖς δόξασι δι' ἀρετήν. σημεῖον δ' αὐτοῦ ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ τοῦ πλήθους τε καὶ καρτερίας. ὅτι οὖν ἀγαστὸς κατὰ τὴν ἐπιμονὴν οὗτος ὁ ἀνήρ, ἐνσημαίνει τὸ ὄνομα ὁ Ἀγαμέμνων. Ἴσως δὲ καὶ ὁ Ἀτρεὺς ὀρθῶς ἔχει. ὅ τε γὰρ τοῦ Χρυσίππου αὐτῷ φόνος καὶ ἃ πρὸς τὸν Θυέστην ὡς ὠμὰ διεπράττετο, πάντα ταῦτα ζημιώδη καὶ ἀτηρὰ πρὸς ἀρετήν. ἡ οὖν τοῦ ὀνόματος ἐπωνυμία σμικρὸν παρακλίνει καὶ ἐπικεκάλυπται, ὥςτε μὴ πᾶσι δηλοῦν τὴν φύσιν τοῦ ἀνδρός· τοῖς δ' ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων ἱκανῶς δηλοῖ ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς. καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀτειρὲς καὶ κατὰ τὸ ἄτρεστον καὶ κατὰ τὸ ἀτηρόν, πανταχῇ ὀρθῶς αὐτῷ τὸ ὄνομα κεῖται. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ Πέλοπι τὸ ὄνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι· σημαίνει γὰρ τοῦτο τοὔνομα τὸν τὰ ἐγγὺς ὁρῶντα ἄξιον εἶναι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Οἷόν που καὶ κατ' ἐκείνου λέγεται τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ τοῦ Μυρτίλου φόνῳ, οὐδὲν οἷόν τε γενέσθαι προνοηθῆναι οὐδὲ προϊδεῖν τῶν πόῤῥω τῶν εἰς τὸ πᾶν γένος, ὅσης αὐτὸ δυςτυχίας ἐνεπίμπλη, τὸ ἐγγὺς μόνον ὁρῶν καὶ τὸ παραχρῆμα — τοῦτο δ' ἐστὶ

borandum censeat tolerandumque et in iis quae decrevit per virtutem perseverandum. Argumentum vero tolerantiae suae apud Troiam tanto cum exercitu perduratio praebuit. Quod igitur mirabilis perseverantia vir hic fuerit, nomen significat Agamemnon, quasi agastos, id est mirabilis, epimoni, id est perseverantia. Forte vero et Atreus recte est nominatus. nex enim Chrysippi et crudelitas adversus Thyesten noxium perniciosumque illum demonstrant. Unde cognominatio parumper declinat et clam innuit, ut non quibuslibet naturam huius viri declaret: his autem qui nominum periti sunt, satis Atrei significatio patet. dicitur enim secundum ateres, atrepton, ateron, quasi indomitus, inexorabilis, noxius contumeliosusque fuerit. Videtur et Pelopi nomen haud ab re tributum. Hominem quippe, quae prope sunt videntem, nomen istud congrue significat. *Herm.* Cur illi id convenit? *So.* Quoniam in Myrtili caede, ut fertur, providere nihil potuit, neque eminus prospicere quanta toti generi ex hoc calamitas immineret: quae enim ante pedes erant, et ad praesentia tantum respiciebat; hoc

πέλας — ἡνίκα προεθυμεῖτο λαβεῖν παντὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἱπποδαμείας γάμον. Τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι, εἰ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα.

ΕΡΜ. Τὰ ποῖα ταῦτα;

ΣΩ. Ἅ τέ που ἔτι ζῶντι δυςτυχήματα ἐγένετο πολλὰ καὶ δεινά, ὧν καὶ τέλος ἡ πατρὶς αὐτοῦ ὅλη ἀνετράπετο· καὶ τελευτήσαντι ἐν Ἅιδου ἡ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου ταντάλεια θαυμαστὴ ὡς ξύμφωνος τῷ ὀνόματι. καὶ ἀτεχνῶς ἔοικεν, ὥς περ ἂν εἴ τις βουλόμενος ταλάντατον ὀνομάσαι, ἀποκρυπτόμενος ὀνομάσειε καὶ εἴποι ἀντ' ἐκείνου Τάνταλον. τοιοῦτόν τι καὶ τούτῳ τὸ ὄνομα ἔοικεν ἐκπορίσαι ἡ τύχη τῆς φήμης. Φαίνεται δὲ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ λεγομένῳ τῷ Διὶ παγκάλως τὸ ὄνομα κεῖσθαι, ἔστι δὲ οὐ ῥᾴδιον 396 κατανοῆσαι. ἀτεχνῶς γάρ ἐστιν οἷον λόγος τὸ τοῦ Διὸς ὄνομα, διελόντες δὲ αὐτὸ διχῇ οἱ μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει, οἱ δὲ τῷ ἑτέρῳ χρώμεθα. οἱ μὲν γὰρ Ζῆνα, οἱ δὲ Δία καλοῦσι. συντιθέμενα δ' εἰς ἓν δηλοῖ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ, ὃ δὴ προςήκειν φαμὲν ὀνόματι οἵῳ τε εἶναι ἀπεργάζεσθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅς τίς

autem est prope aspicere: quod et fecit, cum Hippodamiae coniugium omni conatu inire contendit. unde Pelopi nomen a pelas, id est prope, et opsis, quod ad visionem pertinet. Tantalo quin etiam nomen natura ipsa videtur impositum, si vera sunt, quae circumferuntur. *Herm.* Quaenam ista? *So.* Quod viventi adhuc illi adversa plurima et gravia contigerunt, tandemque patria eius omnis subversa est. defuncto praeterea saxum in caput imminet, sors certe durissima. haec prorsus cum nomine congruunt: perinde ac si quis nominare talantaton, id est infelicissimum voluisset, sed paulo locutus obscurius, pro Talantato Tantalum posuisset. Tale utique nomen fortuna eius adversa ipso rumore gentium praebuisse videtur. Quin etiam patri eius Iovi recte nomen est inditum, neque tamen facile cognitu. Est enim velut oratio quaedam Iovis nomen: quod quidem bifariam partientes, partim una, partim altera parte utimur. quidam Zina, id est viventem et vitam, quidam Dia, id est per et causam per quam, vocant. quae partes una compositae naturam Dei ipsius ostendunt: quod maxime debet nomen efficere posse. Nulla enim nobis ceterisque omnibus

ἂν ἡμᾶς ἐξαπατήσειε. πολλὰ μὲν γὰρ αὐτῶν κεῖται κατὰ προγόνων ἐπωνυμίας, οὐδὲν προσῆκον ἐνίοις, ὥς περ κατ' ἀρχὰς ἐλέγομεν· πολλὰ δὲ ὥς περ εὐχόμενοι τίθενται, οἷον Εὐτυχίδην καὶ Σωσίαν καὶ Θεόφιλον καὶ ἄλλα πολλά. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα δοκεῖ μοι χρῆναι ἐᾶν· εἰκὸς δὲ μάλιστα ἡμᾶς εὑρεῖν τὰ ὀρθῶς κείμενα περὶ τὰ ἀεὶ ὄντα καὶ πεφυκότα. ἐσπουδάσθαι γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα πρέπει τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων· ἴσως δ' ἔνια αὐτῶν καὶ ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐτέθη.

ΕΡΜ. Δοκεῖς μοι καλῶς λέγειν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ δίκαιον ἀπὸ τῶν θεῶν ἄρχεσθαι, σκοπουμένους πῇ ποτὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ὄνομα οἱ θεοὶ ὀρθῶς ἐκλήθησαν;

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Τοιόνδε τοίνυν ἔγωγε ὑποπτεύω. φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕς περ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι· ὕστερον δὲ κατανοοῦν-

deciperent. horum namque multa secundum cognomenta maiorum posita sunt, et saepe nequaquam conveniunt, quemadmodum in principio diximus. Multa vero ad votum homines nomina tribuunt, ut Eutychidem, Sosiam, Theophilum, id est prosperum, servatorem, deo carum, aliaque permulta. Talia itaque praetermittenda censeo. decens enim consentaneumque maxime reperire nos, quae in rebus sempiternis et naturae ordine constitutis recte sunt posita. nam circa ista in condendis nominibus studuisse maxime decet. Forte vero ipsorum nonnulla diviniore quadam potentia quam humana sunt instituta. *Herm.* Praeclare mihi loqui videris, o Socrates. *So.* Nonne par est ab ipsis diis incipere, rationemque investigare qua dii thei vocati sunt? *Herm.* Nempe. *So.* Equidem ita coniicio. Videntur utique mihi Graecorum prisci deos solos putasse eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur, Solem, Lunam, Terram, Stellas, Coelum. Cum ergo haec omnia perpetuo in cursu esse conspicerent, ab hac natura thin, id est currendi, theus, id est deos, nominasse videntur: deinde et

τες τοὺς ἄλλους πάντας ἤδη τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν. ἔοικέ τι ὃ λέγω τῷ ἀληθεῖ ἢ οὐδέν;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν ἔοικεν.

ΣΩ. Τί οὖν ἂν μετὰ τοῦτο σκοποῖμεν;

ΕΡΜ. Δῆλον δὴ ὅτι δαίμονάς τε καὶ ἥρωας καὶ ἀνθρώπους.

ΣΩ. Δαίμονας; καὶ ὡς ἀληθῶς, ὦ Ἑρμόγενες, τί ἄν ποτε νοοῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες; σκέψαι ἄν τί σοι δόξω εἰπεῖν.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν τίνας φησὶν Ἡσίοδος εἶναι τοὺς δαίμονας;

ΕΡΜ. Οὐκ ἐννοῶ.

ΣΩ. Οὐδὲ ὅτι χρυσοῦν γένος τὸ πρῶτόν φησι γενέσθαι τῶν ἀνθρώπων;

ΕΡΜ. Οἶδα τοῦτό γε.

ΣΩ. Λέγει τοίνυν περὶ αὐτοῦ,

αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν,
οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ὑποχθόνιοι καλέονται, 398
ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

ΕΡΜ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Ὅτι οἶμαι ἐγὼ λέγειν αὐτὸν τὸ χρυσοῦν γένος οὐκ ἐκ χρυσοῦ πεφυκὸς ἀλλ' ἀγαθόν τε καὶ καλόν.

alios animadvertentes, omnes eodem nomine nuncupasse. Habet quod dico verisimile aliquid, necne? *Herm.* Habet certe. *So.* Quid posthac investigandum? Constat, de daemonibus heroibusque et hominibus quaerendum esse. *Herm.* De daemonibus primum. *So.* Procul dubio, Hermogenes. quid sibi vult daemonum nomen? animadverte num aliquid dicam. *Herm.* Dic modo. *So.* Scisne quos Hesiodus daemones esse inquit? *Herm.* Non. *So.* Neque etiam, quod aureum genus hominum inquit in principio exstitisse? *Herm.* Hoc equidem novi. *So.* Ait enim, ex hoc genere post praesentis vitae fata fieri daemones sanctos, terrestres, optimos, malorum expulsores et custodes hominum. *Herm.* Quid tum? *So.* Nempe arbitror vocare illum aureum genus non ex auro constitutum, sed bonum atque praeclarum.

τεκμήριόν δέ μοί ἐστιν, ὅτι καὶ ἡμᾶς φησὶ σιδηροῦν εἶναι γένος.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τῶν νῦν οἴει ἂν φάναι αὐτὸν εἴ τις ἀγαθός ἐστιν, ἐκείνου τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι;

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Οἱ δ' ἀγαθοὶ ἄλλο τι ἢ φρόνιμοι;

ΕΡΜ. Φρόνιμοι.

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὥς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας· ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα. λέγει οὖν καλῶς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοί, ὅσοι λέγουσιν ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει καὶ γίγνεται δαίμων κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν. ταύτῃ οὖν τίθεμαι κἀγὼ τὸν δαήμονα, πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι.

ΕΡΜ. Καὶ ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Σώκρατες, τούτου πάνυ σοι σύμψηφος εἶναι. Ὁ δὲ δὴ ἥρως τί ἂν εἴη;

ΣΩ. Τοῦτο δὲ οὐ πάνυ χαλεπὸν ἐννοῆσαι. σμικρὸν

quod inde coniicio. genus nostrum ferreum esse dicit. *Herm.* Vera narras. *So.* An non putas, si quis nunc ex nostris bonus sit, aurei hunc generis ab Hesiodo aestimari? *Herm.* Consentaneum est. *So.* Boni autem alii quam prudentes? *Herm.* Prudentes. *So.* Iccirco, ut arbitror, eos daemones praecipue nuncupat, quia sapientes demonesque, id est intelligentes. et ex nostra istud prisca lingua nomen existit. Quamobrem et is et ceteri poëtae permulti praeclare loquuntur, quicunque aiunt videlicet, postquam bonus aliquis vita functus est, maximam dignitatem praemiumque sortitur, fitque daemon, secundum sapientiae cognomentum. Ita et ipse assero, daimona, id est sapientem, omnem esse hominem, quicunque sit bonus, eumque daemonicum esse, id est sapientem et felicem, viventem atque defunctum, recteque daemonem nuncupari. *Herm.* Videor mihi, o Socrates, in hoc tecum maxime consentire. *So.* Heros autem quid significat? Id nequaquam inventu difficile.

γὰρ παρῆκται αὐτῶν τὸ ὄνομα, δηλοῦν τὴν ἐκ τοῦ ἔρωτος γένεσιν.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα ὅτι ἡμίθεοι οἱ ἥρωες;

ΕΡΜ. Τί οὖν;

ΣΩ. Πάντες δή που γεγόνασιν ἐρασθέντος ἢ θεοῦ θνητῆς ἢ θνητοῦ θεᾶς. ἐὰν οὖν σκοπῇς καὶ τοῦτο κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν, μᾶλλον εἴσει· δηλώσει γάρ σοι ὅτι παρὰ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, ὅθεν γεγόνασιν οἱ ἥρωες, σμικρὸν παρηγμένον ἐστὶν ὀνόματος χάριν. καὶ ἤτοι τοῦτο λέγει τοὺς ἥρωας, ἢ ὅτι σοφοὶ ἦσαν καὶ ῥήτορες δεινοὶ καὶ διαλεκτικοί, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες· τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἐστίν. ὅ περ οὖν ἄρτι ἐλέγομεν, ἐν τῇ Ἀττικῇ φωνῇ λεγόμενοι οἱ ἥρωες ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτητικοὶ συμβαίνουσιν, ὥστε ῥητόρων καὶ σοφιστῶν γένος γίγνεται τὸ ἡρωϊκὸν φῦλον. Ἀλλ' οὐ τοῦτο χαλεπόν ἐστιν ἐννοῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τί ποτε ἄνθρωποι καλοῦνται. σὺ ἔχεις εἰπεῖν;

ΕΡΜ. Πόθεν, ὦ 'γαθέ, ἔχω; οὐδ' εἴ τι οἷός τ' ἂν εἴην εὑρεῖν, οὐ συντείνω διὰ τὸ ἡγεῖσθαι σὲ μᾶλλον εὑρήσειν ἢ ἐμαυτόν.

paulo enim heroum nomen ab origine distat, indicans generationem illorum ab erotos, id est amore, manasse. *Herm.* Qua ratione id ais? *So.* An ignoras, semideos heroas esse? *Herm.* Quid tum? *So.* Omnes utique heroes vel ex amore deorum erga mulieres humanas vel amore virorum erga deas sunt geniti. Praeterea si hoc secundum priscam Atticorum linguam consideraveris, magis intelliges. reperies enim, quod paulisper mutatum est nominis gratia ex erotos, id est amore, unde sunt heroes geniti: quodve aut hinc heroum nomen est ductum, aut ex eo quod sapientes rhetoresque fuerunt, facundi videlicet et ad interrogandum disserendumque promptissimi. erin namque dicere est. Quare, ut modo dicebamus, Attica voce heroes rhetores quidam et disputatores et amatorii videntur. Unde rhetorum sophistarumque genus heroica proles existit. Verum non istud quidem difficile cognitu: immo illud obscurum, quam ob causam homines anthropi nominantur. habes ipse quid afferas? *Herm.* Unde id habeam, bone vir? quin si reperire quoquo modo possim, non contendo ex eo quod te melius faciliusque quam me reperturum sperem.

399 ΣΩ. Τῇ τοῦ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ πιστεύεις, ὡς ἔοικας.

ΕΡΜ. Δῆλα δή.

ΣΩ. Ὀρθῶς γε σὺ πιστεύων, ὡς καὶ νῦν γέ μοι φαίνομαι κομψῶς ἐννενοηκέναι, καὶ κινδυνεύσω, ἐὰν μὴ εὐλαβῶμαι, ἔτι τήμερον σοφώτερος τοῦ δέοντος γενέσθαι. σκόπει δὴ ὃ λέγω. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ τοιόνδε δεῖ ἐννοῆσαι περὶ ὀνομάτων, ὅτι πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' ἐξαιροῦμεν, παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζοντες, καὶ τὰς ὀξύτητας μεταβάλλομεν. οἷον Διὶ φίλος. τοῦτο ἵνα ἀντὶ ῥήματος ὄνομα ἡμῖν γένηται, τό τε ἕτερον αὐτόθεν ἰῶτα ἐξείλομεν καὶ ἀντὶ ὀξείας τῆς μέσης συλλαβῆς βαρεῖαν ἐφθεγξάμεθα. ἄλλων δὲ τοὐναντίον ἐμβάλλομεν γράμματα, τὰ δὲ βαρύτερα * ὀξύτερα φθεγγόμεθα.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τούτων τοίνυν ἓν καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων ὄνομα πέπονθεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἐκ γὰρ ῥήματος ὄνομα γέγονεν, ἑνὸς γράμματος τοῦ ἄλφα ἐξαιρεθέντος καὶ βαρυτέρας τῆς τελευτῆς γενομένης.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Ὧδε. σημαίνει τοῦτο τὸ ὄνομα ὁ ἄνθρωπος ὅτι τὰ μὲν ἄλλα θηρία ὧν ὁρᾷ οὐδὲν ἐπισκοπεῖ οὐδὲ

So. In Euthyphronis inspiratione confidere mihi videris. *Herm.* Absque dubio. *So.* Et merito quidem confidis. nam belle nimium mihi nunc videor cogitasse: ac periculum est, nisi caveam, ne hodie sapientior quam deceat videar evasisse. Attende ad ea, quae dicam. Hoc in primis circa nomina animadvertere decet, quod saepe literas addimus, saepe etiam demimus, pro arbitrio dum nominamus, et acuta saepenumero transmutamus: ut cum dicimus Dii philos, id est Iovi amicus. hoc ut pro verbo nomen nobis foret, alterum iota inde excerpsimus, et pro acuta syllaba media gravem pronuntiamus. in aliis quibusdam literas interserimus: et graviora proferimus. *Herm.* Vera refers. *So.* Hoc et in nomine hominis anthropo contingit, ut mihi quidem videtur. nam ex verbo nomen constitutum est, uno a excepto, graviorique fine effecto. *Herm.* Quomodo istud ais? *So.* Ita. hominis nomen illud significat, quod cetera quidem animalia, quae vident, non considerant

ἀναλογίζεται οὐδὲ ἀναθρεῖ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἅμα ἑώρακε — τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὄπωπε — καὶ ἀναθρεῖ καὶ λογίζεται τοῦτο ὃ ὄπωπεν. ἐντεῦθεν δὴ μόνον τῶν θηρίων ὀρθῶς ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος ὠνομάσθη, ἀναθρῶν ἃ ὄπωπεν.

ΕΡΜ. Τί οὖν; τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε, ὃ ἡδέως ἂν πυθοίμην;

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΕΡΜ. Ὥς περ τοίνυν μοι δοκεῖ τούτοις ἑξῆς εἶναί τι χρῆμα. ψυχὴν γάρ που καὶ σῶμα καλοῦμεν τοῦ ἀνθρώπου.

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΕΡΜ. Πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα διελεῖν, ὥς περ τὰ ἔμπροσθεν.

ΣΩ. Ψυχὴν λέγεις ἐπισκέψασθαι, ὡς εἰκότως τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνει, ἔπειτ' αὖ τὸ σῶμα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ὡς μὲν τοίνυν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν, οἶμαί τι τοιοῦτον νοεῖν τοὺς τὴν ψυχὴν ὀνομάσαντας, ὡς τοῦτο ἄρα ὅταν παρῇ τῷ σώματι, αἴτιόν ἐστι τοῦ ζῆν αὐτῷ, τὴν τοῦ ἀναπνεῖν δύναμιν παρέχον καὶ ἀναψῦχον, ἅμα δὲ ἐκλείποντος τοῦ ἀναψύχοντος τὸ σῶμα ἀπόλλυταί τε καὶ τελευτᾷ· ὅθεν δή μοι δοκοῦσιν αὐτὸ

neque animadvertunt neque contemplantur: homo autem et videt simul et contemplatur animadvertitque quod videt. Hinc merito solus ex omnibus animantibus homo anthropos est nuncupatus, quasi anathron, id est contemplans, quae opopen, id est vidit. Quid post haec quaeram? an videlicet quod libenter perciperem? *Herm.* Maxime. *So.* Succedere statim superioribus mihi videtur de anima et corpore consideratio. nam anima et corpus aliquid hominis sunt. *Herm.* Sine controversia. *So.* Conemur haec quemadmodum superiora distinguere. Quaerendum primo de anima putas, ut recte psychi nominata fuerit? deinde de corpore? *Herm.* Equidem. *So.* Ut igitur subito exprimam quod primum mihi nunc se offert, arbitror illos qui sic animam vocitarunt, hoc potissimum cogitasse, quod haec quotiens adest corpori, causa est illi vivendi, respirandi et refrigerandi vim exhibens: et cum primum desierit quod refrigerat, dissolvitur corpus et interit. unde

ψυχὴν καλέσαι. εἰ δὲ βούλει, ἔχε ἠρέμα· δοκῶ γάρ
400 μοί τι καθορᾶν πιθανώτερον τούτου τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα. τούτου μὲν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καταφρονήσαιεν ἂν καὶ ἡγήσαιντο φορτικὸν εἶναι· τόδε δὲ σκόπει ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ἀρέσῃ.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Τὴν φύσιν παντὸς τοῦ σώματος, ὥστε καὶ ζῆν καὶ περιιέναι, τί σοι δοκεῖ ἔχειν τε καὶ ὀχεῖν ἄλλο ἢ ψυχή;

ΕΡΜ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΣΩ. Τί δαί; καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν τε καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καλῶς ἄρα ἂν τὸ ὄνομα τοῦτο ἔχοι τῇ δυνάμει ταύτῃ, ἢ φύσιν ὀχεῖ καὶ ἔχει, φυσέχην ἐπονομάζειν. ἔξεστι δὲ καὶ ψυχὴν κομψευόμενον λέγειν.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ δοκεῖ γέ μοι τοῦτο ἐκείνου τεχνικώτερον εἶναι.

ΣΩ. Καὶ γάρ ἐστι· γελοῖον μέντοι φαίνεται ὡς ἀληθῶς ὀνομαζόμενον ὡς ἐτέθη.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο πῶς φῶμεν ἔχειν;

ΣΩ. Τὸ σῶμα λέγεις;

ΕΡΜ. Ναί.

psychim nominasse videntur: quasi anapsychon, id est respirando refrigerans. At vero, si placet, siste parumper. Videor mihi aliquid inspicere probabilius apud eos qui Euthyphronem sequuntur. nam istud quidem aspernarentur, ut arbitror, et durum quiddam esse censerent. sed vide, an hoc tibi sit placiturum. *Herm.* Dic modo. *So.* Quid aliud quam anima tibi videtur corpus continere, vehere, ut et vivat et gradiatur? *Herm.* Nil aliud. *So.* An non Anaxagorae credis, rerum naturam omnium mente quadam et anima exornari simul et contineri? *Herm.* Credo equidem. *So.* Par est igitur eam potentiam nominare physechin, quae physim, id est naturam, ochi et echi, id est vehit et continet. politius autem psychi profertur. *Herm.* Sic est omnino. Videturque mihi istud artificiosius esse. *So.* Est profecto. Ridiculum autem quid appareret, si ita ut positum fuit, nominaretur. *Herm.* Quod vero post hoc sequitur, corpus nonne soma nuncupas? Certe.

ΣΩ. Πολλαχῇ μοι δοκεῖ τοῦτό γε· ἂν μὲν καὶ σμικρόν τις παρακλίνῃ, καὶ πάνυ. καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχή, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥς περ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα.

ΕΡΜ. Ταῦτα μέν μοι δοκεῖ ἱκανῶς, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαι· περὶ δὲ τῶν θεῶν τῶν ὀνομάτων, οἷον καὶ περὶ τοῦ Διὸς νῦν δὴ ἔλεγες, ἔχοιμεν ἄν που κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπισκέψασθαι, κατὰ τίνα ποτὲ ὀρθότητα αὐτῶν τὰ ὀνόματα κεῖται;

ΣΩ. Ναὶ μὰ Δί' ἡμεῖς γε, ὦ Ἑρμόγενες, εἴ πέρ γε νοῦν ἔχοιμεν, ἕνα μὲν τὸν κάλλιστον τρόπον, ὅτι περὶ θεῶν οὐδὲν ἴσμεν, οὔτε περὶ αὐτῶν οὔτε περὶ τῶν ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καλοῦσι· δῆλον γὰρ ὅτι ἐκεῖνοί γε τἀληθῆ καλοῦσι. δεύτερος δ' αὖ

So. Atqui videtur mihi in hoc nomine paulisper ab origine declinari. nempe corpus hoc animae sima, id est sepulcrum, quidam esse tradunt: quasi ipsa praesenti in tempore sit sepulta: atque etiam quia anima per corpus simegni, id est significat, quaecunque significat, iccirco et sima iure vocari. Videntur mihi praeterea Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimum posuisse, quod anima in corpore hoc delictorum det poenas; et hoc circum septo valloque claudatur, velut in carcere quodam, ut sosite, id est servetur. esse itaque volunt hoc ita, ut nominatur, animae soma, servandi gratia claustrum, quoad debita quaeque expendat: neque literam aliquam adiiciendam putant. *Herm.* De his satis dictum, o Socrates, arbitror. verum de nominibus aliquorum deorum possemusne ita, ut de Iove actum est, considerare, secundum quam rectitudinem nomina sint imposita? *So.* Per Iovem, nos quidem si mentem haberemus, Hermogenes, praecipuum rectitudinis modum arbitraremur, fateri nihil nos de diis cognoscere, neque de ipsis inquam, neque de ipsorum nominibus quibus ipsi se vocant. constat enim, illos quidem veris se nominibus nuncupare. Secundum

τρόπος ὀρθότητος, ὥς περ ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐστὶν
ἡμῖν εὔχεσθαι, οἵ τινές τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνο-
μαζόμενοι, ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καλεῖν, ὡς ἄλλο
401 μηδὲν εἰδότας· καλῶς γὰρ δὴ ἔμοιγε δοκεῖ νενομί-
σθαι. εἰ οὖν βούλει, σκοπῶμεν ὥς περ προειπόντες
τοῖς θεοῖς ὅτι περὶ αὐτῶν οὐδὲν ἡμεῖς σκεψόμεθα —
οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν οἷοί τ' ἂν εἶναι σκοπεῖν — ἀλλὰ περὶ
τῶν ἀνθρώπων, ἥν τινά ποτε δόξαν ἔχοντες ἐτίθεντο
αὐτοῖς τὰ ὀνόματα· τοῦτο γὰρ ἀνεμέσητον.

ΕΡΜ. Ἀλλά μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, μετρίως λέγειν, καὶ οὕτω ποιῶμεν.

ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν ἀφ' Ἑστίας ἀρχώμεθα κατὰ τὸν νόμον;

ΕΡΜ. Δίκαιον γοῦν.

ΣΩ. Τί οὖν ἄν τις φαίη διανοούμενον τὸν ὀνομάσαντα Ἑστίαν ὀνομάσαι;

ΕΡΜ. Οὐ μὰ τὸν Δί' οὐδὲ τοῦτο οἶμαι ῥᾴδιον εἶναι.

ΣΩ. Κινδυνεύουσι γοῦν, ὦ 'γαθὲ Ἑρμόγενες, οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐ φαῦλοι εἶναι ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές.

ΕΡΜ. Τί δή;

ΣΩ. Καταφαίνεταί μοι ἡ θέσις τῶν ὀνομάτων

vero rectae denominationis modum existimo, ut quemadmodum lex in votis statuit precari deos, quomodocunque nominari his placet, ita et nos ipsos vocemus, tanquam nihil aliud cognoscentes. recte namque, ut mihi videtur, est decretum. Quare, si vis, ad hanc investigationem pergamus, primo quidem diis praefati, nos nihil de ipsis consideraturos: neque enim posse confidimus: sed de hominibus potius, qua potissimum opinione circa deos affecti nomina ipsis instituerunt. hoc enim a divina indignatione procul. *Herm.* Modeste loqui videris, o Socrates; atque ita prorsus agendum. *So.* Nonne a Vesta secundum legem incipiendum? *Herm.* Sic utique decet. *So.* Qua ratione Hestiam hanc nominatam dicemus? *Herm.* Per Iovem, haud facile istud inventu. *So.* Videntur, probe Hermogenes, primi nominum auctores non hebetes quidam fuisse, verum acuti sublimium rerum investigatores. *Herm.* Quamobrem? *So.* Talium quorundam hominum inventione nomina apparent

τοιούτων τινῶν ἀνθρώπων εἶναι. καὶ ἐάν τις τὰ ξενικὰ ὀνόματα ἀνασκοπῇ, οὐχ ἧττον ἀνευρίσκεται ὃ ἕκαστον βούλεται. οἷον καὶ ἐν τούτῳ ὃ ἡμεῖς οὐσίαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἳ ἐσίαν καλοῦσιν, οἳ δ᾽ αὖ ὠσίαν. πρῶτον μὲν οὖν κατὰ τὸ ἕτερον ὄνομα τούτων ἡ τῶν πραγμάτων οὐσία Ἑστία καλεῖσθαι ἔχει λόγον· καὶ ὅτι γε αὖ ἡμεῖς τὸ τῆς οὐσίας μετέχον Ἑστίαν φαμέν, καὶ κατὰ τοῦτο ὀρθῶς ἂν καλοῖτο Ἑστία· ἐοίκαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ παλαιὸν ἐσίαν καλεῖν τὴν οὐσίαν. ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὰς θυσίας ἄν τις ἐννοήσας ἡγήσαιτο οὕτω νοεῖν ταῦτα τοὺς τιθεμένους· τὸ γὰρ πρὸ πάντων θεῶν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ προθύειν εἰκὸς ἐκείνους οἵ τινες τὴν πάντων οὐσίαν Ἑστίαν ἐπωνόμασαν. ὅσοι δ᾽ αὖ ὠσίαν, σχεδόν τι αὖ οὗτοι καθ᾽ Ἡράκλειτον ἂν ἡγοῖντο τὰ ὄντα ἰέναι τε πάντα καὶ μένειν οὐδέν· τὸ οὖν αἴτιον καὶ τὸ ἀρχηγὸν αὐτῶν εἶναι τὸ ὠθοῦν, ὅθεν δὴ καλῶς ἔχειν αὐτὸ Ὠσίαν ὠνομάσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ὡς παρὰ μηδὲν εἰδότων εἰρήσθω· μετὰ δ᾽ Ἑστίαν δίκαιον Ῥέαν καὶ Κρόνον ἐπισκέψασθαι. καί τοι τό γε τοῦ Κρόνου ὄνομα ἤδη διήλθομεν. Ἴσως μέντοι οὐδὲν λέγω.

imposita. ac si quis peregrina consideret nomina, nihilominus quod sibi vult, unumquodque reperiet. quemadmodum hoc quod nos usiam, id est essentiam, nominamus, quidam hestiam nuncupant, alii osiam. Primo quidem secundum alterum nomen istorum, haud procul a ratione videtur, rerum essentiam hestiam vocari, et quia nos quod est essentiae particeps hestiam vocamus, ex hoc recte hestia posset denominari. Superiores nostri quondam usiam, id est essentiam, essiam vocabant. Quin etiam si quis sacrorum ritus animadvertit, existimabit sic eos putasse qui haec posuerunt. Etenim ante deos omnes Vestae sacra facere decet eos, qui essentiam omnium Vestam cognominarunt. qui item osiam nominarunt, hi ferme secundum Heraclitum censuerunt fluere omnia semper nihilque consistere. causam igitur et ipsorum originem ducem ipsum esse othun, id est quod impellit. quapropter merito ipsum osiam, id est impellentem causam, nominari. De his hactenus ita sit dictum, velut ab iis qui nihil intelligunt. Post Vestam autem de Rhea atque Saturno considerare convenit: quamquam de Saturni nomine in superioribus diximus. forte vero nihil dico.

ΕΡΜ. Τί δή, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὦ 'γαθέ, ἐννενόηκά τι σμῆνος σοφίας.

ΕΡΜ. Ποῖον δὴ τοῦτο;

402 ΣΩ. Γελοῖον μὲν πάνυ εἰπεῖν, οἶμαι μέντοι τινὰ πιθανότητα ἔχον.

ΕΡΜ. Τίνα ταύτην;

ΣΩ. Τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῶ καθορᾶν παλαί' ἄττα σοφὰ λέγοντα, ἀτεχνῶς τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας, ἃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγεν.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Λέγει που Ἡράκλειτος ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Τί οὖν δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον; ἆρα οἴει ἀπὸ ταὐτομάτου αὐτὸν ἀμφοτέροις ῥευμάτων ὀνόματα θέσθαι; ὥς περ αὖ Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησι καὶ μητέρα Τηθύν. οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίῤῥοος ἦρξε γάμοιο,
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Herm. Curnam, o Socrates? *So.* O bone vir, sapientiae quoddam examen animadverti. *Herm.* Quale istud? *So.* Ridiculum dictu. habet tamen nonnihil probabile. *Herm.* Quid ais, et quo pacto probabile? *So.* Inspicere mihi Heraclitum videor iampridem sapienter nonnulla de Saturno Rheaque tradentem, quae et Homerus dixerat. *Herm.* Qui istud ais? *So.* Ait enim Heraclitus fluere omnia nihilque manere: rerumque ipsarum progressum amnis fluxui comparans, haud fieri posse inquit, ut bis eandem in aquam te mergas. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* An videtur tibi ille ab Heraclito dissentire, qui aliorum deorum progenitoribus inseruit Rheam atque Saturnum? nunquid putas temere illum nomina istis imposuisse? Quin et Homerus Oceanum deorum originem instituit et Tethydem genitricem. idemque voluit, ut arbitror, et Hesiodus. ait praeterea Orpheus, Oceanum primum pulchrifluum coniugium inchoasse, qui cum Tethyde germana se sua commiscuit.

ταῦτ' οὖν σκόπει ὅτι καὶ ἀλλήλοις συμφωνεῖ καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει.

ΕΡΜ. Φαίνει τί μοι λέγειν, ὦ Σώκρατες· τὸ μέντοι τῆς Τηθύος οὐκ ἐννοῶ ὄνομα τί βούλεται.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ὀλίγου αὐτὸ λέγει ὅτι πηγῆς ὄνομα ἐπικεκρυμμένον ἐστί. τὸ γὰρ διαττώμενον καὶ τὸ ἠθούμενον πηγῆς ἀπείκασμά ἐστιν· ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ἡ Τηθὺς τὸ ὄνομα ξύγκειται.

ΕΡΜ. Τοῦτο μέν, ὦ Σώκρατες, κομψόν.

ΣΩ. Τί δ' οὐ μέλλω; Ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο; τὸν μὲν Δία εἴπομεν.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τοὺς ἀδελφοὺς δὴ αὐτοῦ λέγωμεν, τόν τε Ποσειδῶ καὶ τὸν Πλούτωνα καὶ τὸ ἕτερον ὄνομα ὃ ὀνομάζουσιν αὐτόν.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τὸ μὲν τοίνυν τοῦ Ποσειδῶνός μοι φαίνεται ὠνομάσθαι, τοῦ πρώτου ὀνομάσαντος, ὅτι αὐτὸν βαδίζοντα ἐπέσχεν ἡ τῆς θαλάττης φύσις καὶ οὐκέτι εἴασε προελθεῖν, ἀλλ' ὥς περ δεσμὸς τῶν ποδῶν αὐτῷ ἐγένετο. τὸν οὖν ἄρχοντα τῆς δυνάμεως ταύτης θεὸν ὠνόμασε Ποσειδῶνα, ὡς ποσίδεσμον ὄντα· τὸ

Vide, quam maxime haec invicem consonant, omniaque in opinionem Heracliti redeunt. *Herm.* Videris mihi aliquid dicere, Socrates. Tethydis autem nomen haud satis, quid sibi velit, intelligo. *So.* Hoc utique idem ferme significat: quoniam fontis nomen est reconditum. nam diattomenon et ethumenon, id est scaturiens et transiliens, fontis imaginem prae se ferunt, ex utrisque vero hisce nominibus nomen Tethydis est compositum. *Herm.* Hoc quidem bellissimum est, o Socrates. *So.* Quidni? verum quid deinceps? De Iove profecto diximus. *Herm.* Sic est. *So.* Fratres autem eius dicamus, Neptunum atque Plutonem, nomenque aliud quo ipsum vocant. *Herm.* Prorsus. *So.* Videtur Neptunus ab eo qui primum nominavit, iccirco Posidon vocatus fuisse, quia euntem ipsum maris natura detinuit neque progredi ultra permisit, sed quasi vincula pedibus ipsius iniecit. Maris itaque principem Posidona vocavit, quasi posi, id est pedibus, desmon, id est vinculum, habeat. e vero deco-

δὲ εἶ ἔγκειται ἴσως εὐπρεπείας ἕνεκα. τάχα δὲ οὐκ ἂν τοῦτο λέγοι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ σῖγμα δύο λάβδα τὸ πρῶτον ἐλέγετο, ὡς πολλὰ εἰδότος τοῦ θεοῦ. ἴσως δὲ ἀπὸ
403 τοῦ σείειν ὁ σείων ὠνόμασται· πρόσκειται δὲ τὸ πῖ καὶ τὸ δέλτα. Τὸ δὲ Πλούτωνος, τοῦτο μὲν κατὰ τὴν τοῦ πλούτου δόσιν, ὅτι ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίεται ὁ πλοῦτος, ἐπωνομάσθη· ὁ δὲ Ἅιδης, οἱ πολλοὶ μέν μοι δοκοῦσιν ὑπολαμβάνειν τὸ ἀειδὲς προσειρῆσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, καὶ φοβούμενοι τὸ ὄνομα Πλούτωνα καλοῦσιν αὐτόν.

ΕΡΜ. Σοὶ δὲ πῶς φαίνεται, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Πολλαχῇ ἔμοιγε δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι διημαρτηκέναι περὶ τούτου τοῦ θεοῦ τῆς δυνάμεως καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν οὐκ ἄξιον. ὅτι τε γάρ, ἐπειδὰν ἅπαξ τις ἡμῶν ἀποθάνῃ, ἀεὶ ἐκεῖ ἐστί, φοβοῦνται, καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ γυμνὴ τοῦ σώματος παρ' ἐκεῖνον ἀπέρχεται, καὶ τοῦτο πεφόβηνται· τὰ δ' ἐμοὶ δοκεῖ πάντα ἐς ταὐτόν τι συντείνειν, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ὄνομα.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ ἅ γέ μοι φαίνεται. εἰπὲ γάρ μοι, δεσμὸς ζώῳ ὁτῳοῦν, ὥστε μένειν ὁπουοῦν, πότερος ἰσχυρότερός ἐστιν, ἀνάγκη ἢ ἐπιθυμία;

ris gratia forte adiectum fuit. Forsitan non hoc sibi vult, sed pro s geminum l primo fuit appositum, quasi dicatur pollidon, id est multa noscens Deus. Fortassis ab eo quod dicitur siin, id est quatere, sion, id est quatiens est nominatus, cui p ac d fuit adiectum. Plutonem autem quasi plutu, id est divitiarum datorem dicimus, quoniam divitiae ex terrae visceribus eruuntur. Adim vero multitudo interpretatur quasi aidem, id est tristem tenebrosumve. atque hoc nomen horrentes Plutonem vocitant. *Herm.* Tu vero quid sentis, Socrates? *So.* Videntur mihi homines circa potentiam dei istius multifariam erravisse, eumque exhorruisse semper, cum minime deceat. Nam quisque ex hoc pertimescit, quod nemo postquam defunctus est, huc redit, quodve anima nudata corpore illuc abit. Ceterum haec omnia, et regnum et nomen huius dei, eodem tendere mihi videntur. *Herm.* Quo pacto? *So.* Dicam quod sentio. dic age: Utrum horum validius vinculum est ad quodvis animal alicubi detinendum, necessitasne an cupiditas?

ΕΡΜ. Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἡ ἐπιθυμία.

ΣΩ. Οἴει οὖν τὸν Ἅιδην οὐκ ἂν πολλοὺς ἐκφεύγειν, εἰ μὴ τῷ ἰσχυροτάτῳ δεσμῷ ἔδει τοὺς ἐκεῖσε ἰόντας;

ΕΡΜ. Δῆλα δή.

ΣΩ. Ἐπιθυμίᾳ ἄρα τινὶ αὐτούς, ὡς ἔοικε, δεῖ, εἴπερ τῷ μεγίστῳ δεσμῷ δεῖ, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπιθυμίαι αὖ πολλαί εἰσιν;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τῇ μεγίστῃ ἄρα ἐπιθυμίᾳ τῶν ἐπιθυμιῶν δεῖ αὐτούς, εἴ περ μέλλει τῷ μεγίστῳ δεσμῷ κατέχειν.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν τις μείζων ἐπιθυμία ἢ ὅταν τίς τῳ συνὼν οἴηται δι' ἐκεῖνον ἔσεσθαι ἀμείνων ἀνήρ;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐδ' ὁπωστιοῦν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Διὰ ταῦτ' ἄρα φῶμεν, ὦ Ἑρμόγενες, οὐδένα δεῦρο ἐθελῆσαι ἀπελθεῖν τῶν ἐκεῖθεν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς Σειρῆνας, ἀλλὰ κατακεκηλῆσθαι ἐκείνας τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· οὕτω καλούς τινας, ὡς ἔοικεν, ἐπίσταται λόγους λέγειν ὁ Ἅιδης, καὶ ἔστιν ὥς γε ἐκ τοῦ λόγου τούτου ὁ θεὸς οὗτος τέλεος σοφιστής τε καὶ μέγας εὐεργέτης τῶν παρ' αὐτῷ, ὅς γε καὶ τοῖς ἐνθάδε

Herm. Longe, o Socrates, praestat cupiditas. *So.* An non plurimi Adim quotidie subterfugerent, nisi fortissimo vinculo eos qui illuc descendunt, vinciret? *Herm.* Videlicet. *So.* Quare cupiditate quadam eos, ut videtur, potius quam necessitate devincit, si modo vinculo nectit fortissimo. *Herm.* Apparet. *So.* Nonne rursus multae cupiditates sunt? *Herm.* Multae. *So.* Ergo vehementissima omnium cupiditate nectit eos, si modo debet insolubili nodo connectere. *Herm.* Certe. *So.* Estne vehementior ulla cupiditas, quam ea qua quisque afficitur, dum alicuius consuetudine meliorem se virum sperat evadere? *Herm.* Nulla mehercle, Socrates. *So.* Hac de causa dicendum, Hermogenes, neminem huc illinc velle reverti, neque etiam Sirenes ipsas: immo et eas et ceteros omnes suavissimis Plutonis orationibus demulceri. Estque, ut ratio haec testatur, deus hic sophista procul dubio disertissimus, et ingentia confert his qui penes ipsum habitant beneficia: qui usque adeo divitiis affatim

τοσαῦτα ἀγαθὰ ἀνίησιν· οὕτω πολλὰ αὐτῷ τὰ περιόντα ἐκεῖ ἐστί, καὶ τὸν Πλούτωνα ἀπὸ τούτου ἔσχε τὸ ὄνομα. καὶ τὸ αὖ μὴ ἐθέλειν συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις ἔχουσι τὰ σώματα, ἀλλὰ τότε συγγίγνεσθαι ἐπειδὰν ἡ ψυχὴ καθαρὰ ᾖ πάντων τῶν περὶ τὸ σῶμα
404 κακῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, οὐ φιλόσοφον δοκεῖ σοι εἶναι καὶ εὖ ἐντεθυμημένον, ὅτι οὕτω μὲν ἂν κατέχοι αὐτοὺς δήσας τῇ περὶ ἀρετὴν ἐπιθυμίᾳ, ἔχοντας δὲ τὴν τοῦ σώματος πτόησιν καὶ μανίαν οὐδ' ἂν ὁ Κρόνος δύναιτο ὁ πατὴρ συγκατέχειν αὐτῷ ἐν τοῖς δεσμοῖς δήσας τοῖς αὐτοῦ λεγομένοις;

ΕΡΜ. Κινδυνεύεις τι λέγειν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ τό γε ὄνομα ὁ Ἅιδης, ὦ Ἑρμόγενες, πολλοῦ δεῖ ἀπὸ τοῦ ἀειδοῦς ἐπωνομάσθαι· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι, ἀπὸ τούτου ὑπὸ τοῦ νομοθέτου Ἅιδης ἐκλήθη.

ΕΡΜ. Εἶεν. τί δαὶ δὴ Δήμητράν τε καὶ Ἥραν καὶ Ἀπόλλω καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἥφαιστον καὶ Ἄρην καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, πῶς λέγομεν;

ΣΩ. Δημήτηρ μὲν φαίνεται κατὰ τὴν δόσιν τῆς ἐδωδῆς, διδοῦσα ὡς μήτηρ, Δημήτηρ κεκλῆσθαι,

abundat, ut tanta nobis bona suppeditet. unde et Pluton est nuncupatus. An non philosophi tibi videtur officium, quod nolit hominibus corpora habentibus adhaerere, sed tunc demum admittat eos, cum animus illorum est corporeis omnibus malis cupidinibusque purgatus? excogitavit nempe hic deus, hac ratione se animos maxime detenturum, si virtutis eos aviditate vinciret. eos autem, qui stupore et insania corporis sunt infecti, ne pater quidem Plutonis Saturnus ipse suis illis vinculis coërcere valeret secumque tenere. *Herm.* Nonnihil loqui videris, o Socrates. *So.* Longe abest, Hermogenes, ut nomen Hadis quasi aidis, id est triste tenebrosumve, sit dictum: immo ab eo trahitur, quod est idenae, id est nosse omnia pulchra. ex hoc itaque deus iste a nominum conditore Adis est nuncupatus. *Herm.* Esto. Quid praeterea dicimus de Cereris nomine Iunonisque, Apollinis et Minervae Vulcanique et Martis ceterorumque deorum? *So.* Ceres quidem Dimiter nuncupatur ab ipsa alimentorum largitione, quasi didusa miter, hoc est exhibens mater.

Ἥρα δὲ ὡς ἐρατή τις, ὥς περ οὖν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐρασθεὶς ἔχειν. ἴσως δὲ μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα Ἥραν ὠνόμασεν ἐπικρυπτόμενος, θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν· γνοίης δ᾽ ἄν, εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα. Φεῤῥέφαττα δέ, πολλοὶ μὲν καὶ τοῦτο φοβοῦνται τοὔνομα καὶ τὸν Ἀπόλλω, ὑπὸ ἀπειρίας, ὡς ἔοικεν, ὀνομάτων ὀρθότητος. καὶ γὰρ μεταβάλλοντες σκοποῦνται τὴν Φερσεφόνην, καὶ δεινὸν αὐτοῖς φαίνεται. τὸ δὲ μηνύει σοφὴν εἶναι τὴν θεόν. ἅτε γὰρ φερομένων τῶν πραγμάτων, τὸ ἐφαπτόμενον καὶ ἐπαφῶν καὶ δυνάμενον ἐπακολουθεῖν σοφία ἂν εἴη. Φερέπαφα οὖν διὰ τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἐπαφὴν τοῦ φερομένου ἡ θεὸς ἂν ὀρθῶς καλοῖτο, ἢ τοιοῦτόν τι· δι᾽ ὅ περ καὶ σύνεστιν αὐτῇ ὁ Ἅιδης σοφὸς ὤν, διότι τοιαύτη ἐστί. νῦν δὲ αὐτῆς ἐκκλίνουσι τουνομα, εὐστομίαν περὶ πλείονος ποιούμενοι τῆς ἀληθείας, ὥστε Φεῤῥέφατταν αὐτὴν καλεῖν. ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ τὸν Ἀπόλλω, ὅ περ λέγω, πολλοὶ πεφόβηνται περὶ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ὥς τι δεινὸν μηνύοντος. ἢ οὐκ ᾔσθησαι;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ ἀληθῆ λέγεις.

Era vero, id est Iuno, quasi erate, id est amabilis, propter amorem quo Iupiter in eam afficitur. Forte etiam sublime spectans qui hoc nomen instituit, aërem Eram denominavit, et obscure locutus est, ponens in fine principium: quod quidem patebit tibi, si nomen illud frequenter pronuntiaveris. Pherephattam, id est Proserpinam, et Apollinem nominare nonnulli verentur, propterea quod illis ignota est nominum rectitudo. enimvero permutantes Phersophonen ipsam considerant, graveque id illis apparet. hoc autem deae ipsius sapientiam indicat. sapientia utique est quae res fluentes attingit et assequi potest. Quamobrem Pherepapha merito dea haec nominaretur, propter sapientiam et epaphen, id est contactum, pheromenu, id est eius quod fertur, vel tale aliquid. Quocirca adhaeret illi sapiens ipse Pluton, quia ipsa talis est. Nunc autem nomen hoc declinant, pluris facientes prolationis gratiam quam veritatem, ut Pherephattam nominent. Idem quoque circa Apollinis nomen accidit. nam plerique id nomen exhorrent, quasi terribile aliquid prae se ferat. an nosti? *Herm.* Vera penitus loqueris.

ΣΩ. Τὸ δέ γ' ἔστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κάλλιστα κείμενον πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Ἐγὼ πειράσομαι φράσαι ὅ γ' ἐμοὶ φαίνεται.
405 οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι ἂν μᾶλλον ὄνομα ἥρμοσεν ἓν ὂν τέτταρσι δυνάμεσι ταῖς τοῦ θεοῦ, ὥςτε πασῶν ἐφάπτεσθαι καὶ δηλοῦν τρόπον τινὰ μουσικήν τε καὶ μαντικὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ τοξικήν.

ΕΡΜ. Λέγε δή· ἄτοπον γάρ τί μοι λέγεις τὸ ὄνομα εἶναι.

ΣΩ. Εὐάρμοστον μὲν οὖν, ἅτε μουσικοῦ ὄντος τοῦ θεοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ ἡ κάθαρσις καὶ οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν καὶ κατὰ τὴν μαντικὴν καὶ αἱ τοῖς ἰατρικοῖς φαρμάκοις καὶ αἱ τοῖς μαντικοῖς περιθειώσεις τε καὶ τὰ λουτρὰ τὰ ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ αἱ περιῤῥάνσεις, πάντα ἕν τι ταῦτα δύναιτ' ἄν, καθαρὸν παρέχειν τὸν ἄνθρωπον καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. ἢ οὔ;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ καθαίρων θεὸς καὶ ὁ ἀπολούων τε καὶ ἀπολύων τῶν τοιούτων κακῶν οὗτος ἂν εἴη;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Κατὰ μὲν τοίνυν τὰς ἀπολύσεις τε καὶ ἀπο-

So. Hoc autem, ut arbitror, huius dei potentiae maxime convenit. *Herm.* Qua ratione? *So.* Conabor sententiam meam exprimere. Nullum profecto nomen aliud unum quatuor huius dei potentiis reperiri convenientius potuisset, quod et comprehenderet omnes, et ipsius quodammodo declararet musicam, vaticinium, medicinam et sagittandi peritiam. *Herm.* Aperias iam. mirum quiddam nomen esse id ais. *So.* Congrue quidem compositum est consonatque, utpote quod ad deum pertinet musicum. Principio purgatio purificationesque et secundum medicinam et secundum vaticinium, item quae medicorum pharmacis peraguntur, ac vatum incantationes expiationesque, lavacra et aspersiones, unum hoc intendunt, purum hominem et corpore et anima reddere. nonne? *Herm.* Sic omnino. *So.* Nonne deus qui purgat, ipse erit apoluon et apolyon, id est abluens a malis solvensque: quod Apollon ipse significat? *Herm.* Absque dubio. *So.* Quatenus itaque diluit atque solvit, ut talium medicus,

λούσεις, ὡς ἰατρὸς ὢν τῶν τοιούτων, Ἀπολούων ἂν ὀρθῶς καλοῖτο· κατὰ δὲ τὴν μαντικὴν καὶ τὸ ἀληθές τε καὶ τὸ ἁπλοῦν (ταὐτὸν γάρ ἐστιν), ὥς περ οὖν οἱ Θετταλοὶ καλοῦσιν αὐτόν, ὀρθότατ' ἂν καλοῖτο· Ἅπλων γάρ φασι πάντες Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν. διὰ δὲ τὸ ἀεὶ βολῶν ἐγκρατὴς εἶναι τοξικῇ ἀεὶ βάλλων ἐστί. κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὥς περ τὸν ἀκόλουθόν τε καὶ τὴν ἄκοιτιν, ὅτι τὸ ἄλφα σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὁμοῦ πόλησιν καὶ περὶ τὸν οὐρανόν, οὓς δὴ πόλους καλοῦσι, καὶ τὴν περὶ τὴν ἐν τῇ ᾠδῇ ἁρμονίαν, ἣ δὴ συμφωνία καλεῖται, ὅτι ταῦτα πάντα, ὥς φασιν οἱ κομψοὶ περὶ μουσικὴν καὶ ἀστρονομίαν, ἁρμονίᾳ τινὶ πολεῖ ἅμα πάντα. ἐπιστατεῖ δὲ οὗτος ὁ θεὸς τῇ ἁρμονίᾳ, ὁμοπολῶν αὐτὰ πάντα καὶ κατὰ θεοὺς καὶ κατ' ἀνθρώπους. ὥς περ οὖν τὸν ὁμοκέλευθον καὶ ὁμόκοιτιν ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτιν ἐκαλέσαμεν, μεταβαλόντες ἀντὶ τοῦ οὖ ἄλφα, οὕτω καὶ Ἀπόλλωνα ἐκαλέσαμεν, ὃς ἦν ὁμοπολῶν, ἕτερον λάβδα ἐμβαλόντες, ὅτι ὁμώνυμον ἐγίγνετο τῷ χαλεπῷ ὀνόματι. ὅ περ καὶ νῦν ὑπο-

apolyon merito nuncupatur. Secundum vero divinationem verumque et aplum, id est simplex, quod idem est, recte more Thessalicorum nominare hunc possumus. hi nempe omnes deum hunc aplon vocant. Quatenus autem ai vallon, id est, semper iaculando arcu, vehemens est, ai vallon dici potest, hoc est perpetuus iaculator. Secundum vero musicam de hoc est cogitandum, quemadmodum de eo quod dicitur acoluthos et achitis, id est pedissequus, comes, et uxor: in quibus a, ut et in aliis multis, idem quod simul significat, in his quoque a et polleo significant versionem, quae simul et una peragitur, quam conversionem dicamus: per haec in coelis significatur conversio, quae per eos fit quos polos vocamus: et in cantu harmonia, quam dicimus symphoniam. quia in his, ut tradunt musicae et astronomiae periti, harmonia quadam simul omnia convertuntur. hic autem deus harmoniae praesidet homopolon, id est simul vertens haec omnia, et apud deos et apud homines. Quemadmodum igitur homocheleuton et homobatin, id est simul euntem et simul iacentem, vocavimus acoluthon et achitin, o in a permutantes: ita Apollinem nominavimus eum qui erat homopolon, altero l interiecto: quia aequivocum fuisset duro cum nomine. quod et his temporibus suspicati

πτεύοντές τινες διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς σκοπεῖσθαι τὴν δύναμιν τοῦ ὀνόματος, φοβοῦνται αὐτὸ ὡς σημαῖνον φθοράν τινα. τὸ δὲ πολὺ, ὥς περ ἄρτι ἐλέγετο, πα-
406 σῶν ἐφαπτόμενον κεῖται τῶν τοῦ θεοῦ δυνάμεων, ἁπλοῦ, ἀεὶ βάλλοντος, ἀπολούοντος, ὁμοπολοῦντος. Τὰς δὲ Μούσας τε καὶ ὅλως τὴν μουσικὴν ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζητήσεώς τε καὶ φιλοσοφίας τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπωνόμασε. Λητὼ δὲ ἀπὸ τῆς πραότητος τῆς θεοῦ, κατὰ τὸ ἐθελήμονα εἶναι ὧν ἄν τις δέηται. ἴσως δὲ ὡς οἱ ξένοι καλοῦσι· πολλοὶ γὰρ Ληθὼ καλοῦσιν· ἔοικεν οὖν πρὸς τὸ μὴ τραχὺ τοῦ ἤθους ἀλλ' ἥμερόν τε καὶ λεῖον Ληθὼ κεκλῆσθαι ὑπὸ τῶν τοῦτο καλούντων. Ἄρτεμις δὲ τὸ ἀρτεμὲς φαίνεται καὶ τὸ κόσμιον, διὰ τὴν τῆς παρθενίας ἐπιθυμίαν. ἴσως δὲ ἀρετῆς ἵστορα τὴν θεὸν ἐκάλεσεν ὁ καλέσας, τάχα δ' ἂν καὶ ὡς τὸν ἄροτον μισησάσης τὸν ἀνδρὸς ἐν γυναικί· ἢ διὰ τούτων τι ἢ διὰ πάντα ταῦτα τὸ ὄνομα τοῦτο ὁ τιθέμενος ἔθετο τῇ θεῷ.

ΕΡΜ. Τί δαὶ ὁ Διόνυσός τε καὶ ἡ Ἀφροδίτη;

ΣΩ. Μεγάλα, ὦ παῖ Ἱππονίκου, ἐρωτᾷς. ἀλλ' ἔστι

plerique ex eo quod non recte vim nominis huius animadvertunt, perinde hoc metuunt, ac si perniciem quandam significaret. sed re vera nomen istud omnes huius dei vires complectitur, quemadmodum supra diximus. significat enim simplicem, perpetuum iaculatorem, expiatorem et convertentem. Musarum vero et musicae nomen, ab eo quod dicitur mosthae, id est inquirere, indagationeque et studio sapientiae, tractum est. Leto, id est Latona, a mansuetudine dicitur, quia sit ethelemon, id est prompta et exposita et libens ad id quod petit quisque exhibendum. forte vero, ut peregrini vocant. multi namque Litho nominant. quod nomen tribuisse videntur, quia non rigida illi mens, sed mitis: ideo Litho, quasi lion ethos, id est mos lenis et mitis, ab illis cognominatur. Artemis, id est Diana, ex eo quod artemes, quasi integra modestaque sit, propter virginitatis electionem. Forsitan etiam quasi aretis histora, id est virtutis consciam, vocavit nominis institutor. Fortassis etiam dicta est Artemis, quasi aroton misisasis, id est quasi illa congressum oderit viri cum muliere. vel enim propter istorum aliquid vel propter omnia huiusmodi nomen est institutum. *Herm.* Quid vero Dionysius et Aphroditi? *So.* Magna petis, Hipponici fili. Atqui est nominum ratio his diis

γὰρ καὶ σπουδαίως εἰρημένος ὁ τρόπος τῶν ὀνομάτων τούτοις τοῖς θεοῖς καὶ παιδικῶς. τὸν μὲν οὖν σπουδαῖον ἄλλους τινὰς ἐρώτα, τὸν δὲ παιδικὸν οὐδὲν κωλύει διελθεῖν· φιλοπαίσμονες γὰρ καὶ οἱ θεοί. ὅ τε γὰρ Διόνυσος εἴη ἂν ὁ διδοὺς τὸν οἶνον, Διδοίνυσος ἐν παιδιᾷ καλούμενος. οἶνος δ᾽, ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς οὐκ ἔχοντας, οἰόνους δικαιότατ᾽ ἂν καλούμενος. περὶ δὲ Ἀφροδίτης οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ ἀντιλέγειν, ἀλλὰ ξυγχωρεῖν ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν Ἀφροδίτη ἐκλήθη.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ Ἀθηνᾶς Ἀθηναῖός γ᾽ ὤν, ὦ Σώκρατες, ἐπιλήσει, οὐδ᾽ Ἡφαίστου τε καὶ Ἄρεος.

ΣΩ. Οὐδὲ εἰκός γε.

ΕΡΜ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἕτερον ὄνομα αὐτῆς οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν διὸ κεῖται.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Παλλάδα που αὐτὴν καλοῦμεν.

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ὀρχήσεως ἡγούμενοι τεθῆναι ὀρθῶς ἄν, ὡς ἐγῷμαι, ἡγοίμεθα· τὸ γάρ που ἢ αὐτὸν ἢ τι ἄλλο μετεωρίζειν

impositorum gemina: seria videlicet et iocosa. Seriam quidem ab aliis quaere: iocosam autem nihil prohibet recensere. Iocosi sane et dii sunt: Dionysiusque est dus inon, id est vini dator, quasi Didinysos ioco quodam cognominatus. Vinum autem merito vocari potest ionus, quod efficiat ut bibentes plerique mente alienati, iesthae nun echin, id est mentem habere se putent. De Venere Hesiodo repugnare non decet, sed concedere, propter ipsam ex aphru, hoc est ex spuma, generationem Aphroditin vocari. *Herm.* At vero Minervam, o Socrates, Vulcanumque et Martem, cum sis Atheniensis, silentio non praeteribis. *So.* Haudquaquam decet. *Herm.* Non certe. *So.* Alterum quidem eius nomen quamobrem sit impositum, haud difficile dictu. *Herm.* Quod? *So.* Palladem eam vocamus. *Herm.* Plane. *So.* Nomen hoc censendum est a saltatione in bello ductum fuisse. porro vel sese vel aliud a terra attollere,

407 ἢ ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἐν ταῖς χερσὶ πάλλειν τε καὶ πάλλεσθαι καὶ ὀρχεῖν καὶ ὀρχεῖσθαι καλοῦμεν.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Παλλάδα μὲν τοίνυν ταύτῃ.

ΕΡΜ. Καὶ ὀρθῶς γε. ἀλλὰ δὴ τὸ ἕτερον πῶς λέγεις;

ΣΩ. Τὸ τῆς Ἀθηνᾶς;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τοῦτο ἐμβριθέστερον, ὦ φίλε. ἐοίκασι δὴ καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν Ἀθηνᾶν νομίζειν ὥς περ οἱ νῦν περὶ Ὅμηρον δεινοί. καὶ γὰρ τούτων οἱ πολλοὶ ἐξηγούμενοι τὸν ποιητήν φασι τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὸν νοῦν τε καὶ διάνοιαν πεποιηκέναι, καὶ ὁ τὰ ὀνόματα ποιῶν ἔοικε τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῆς διανοεῖσθαι, ἔτι δὲ μειζόνως λέγων θεοῦ νόησιν ὡςπερεὶ λέγει ὅτι ἁ θεονόα ἐστὶν αὕτη, τῷ ἄλφα ξενικῶς ἀντὶ τοῦ ἦτα χρησάμενος καὶ τὸ ἰῶτα καὶ τὸ σίγμα ἀφελών. ἴσως δὲ οὐδὲ ταύτῃ, ἀλλ' ὡς τὰ θεῖα νοούσης αὐτῆς διαφερόντως τῶν ἄλλων Θεονόην ἐκάλεσεν. οὐδὲν δὲ ἀπέχει καὶ τὴν ἐν τῷ ἤθει νόησιν, ὡς οὖσαν τὴν θεὸν ταύτην, Ἠθονόην μὲν βούλεσθαι προςειπεῖν· παραγαγὼν δὲ ἢ αὐτὸς ἤ τινες ὕστερον ἐπὶ τὸ κάλλιον, ὡς ᾤοντο, Ἀθηνάαν ἐκάλεσαν.

seu manibus aliquid efferre, dicimus pallin et pallesthae, id est vibrare agitareque et agitari, et saltare et saltationem perpeti. *Herm.* Absque controversia. *So.* Palladem hac ratione vocamus. Ac merito. *Herm.* Alterum eius nomen quo pacto interpretaris? *So.* Athenam quaeris? *Herm.* Id ipsum. *So.* Gravius istuß, amice. videntur prisci Athenam existimare, quemadmodum hi qui his temporibus in Homeri interpretationibus sunt eruditi. nam istorum plurimi Homerum exponunt, Athenam tanquam mentem cogitationemque finxisse. et qui nomina invenit, tale aliquid de illa sensisse videtur: immo etiam altius eam extollens, ut Dei mentem induxit, perinde ac si diceret ethenoe haec est, utens a pro e externo quodam ritu, i vero et s detrahens. Forte vero non ita, sed thia noesis, id est utpote quae divina cognoscat, prae ceteris omnibus Theonem, id est divina cognoscentem vocavit. Neque ab re erit, si dixerimus voluisse illum appellare eam Ethenoen, quasi ipsa in more intelligentia sit. ipse postmodum, vel etiam posteriores, in pulchrius, ut videbatur, aliquid producendo, Atheneam denominarunt.

ΕΡΜ. Τί δαὶ δὴ τὸν Ἥφαιστον; πῇ λέγεις;

ΣΩ. Ἦ τὸν γενναῖον τὸν φάεος ἵστορα ἐρωτᾷς;

ΕΡΜ. Ἔοικα.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὗτος μὲν παντὶ δῆλος Φαῖστος ὤν, τὸ ἦτα προσελκυσάμενος;

ΕΡΜ. Κινδυνεύει, ἐὰν μή πῄ σοι, ὡς ἔοικεν, ἔτι ἄλλῃ δόξῃ.

ΣΩ. Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ, τὸν Ἄρη ἐρώτα.

ΕΡΜ. Ἐρωτῶ.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν βούλει, κατὰ τὸ ἄῤῥεν τε καὶ κατὰ τὸ ἀνδρεῖον Ἄρης ἂν εἴη· εἰ δ' αὖ κατὰ τὸ σκληρόν τε καὶ ἀμετάστροφον, ὃ δὴ ἄῤῥατον καλεῖται, καὶ ταύτῃ ἂν πανταχῇ πολεμικῷ θεῷ πρέποι Ἄρη καλεῖσθαι.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἐκ μὲν οὖν τῶν θεῶν πρὸς θεῶν ἀπαλλαγῶμεν, ὡς ἐγὼ δέδοικα περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι· περὶ δὲ ἄλλων εἴ τινων βούλει, πρόβαλλέ μοι, ὄφρα ἴδηαι οἷοι Εὐθύφρονος ἵπποι.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα, ἔτι γε ἓν ἐρόμενός σε περὶ Ἑρμοῦ, ἐπειδή με καὶ οὔ φησι Κρατύλος Ἑρ-

Herm. Quid de Vulcano quem Ephaeston nominant? *So.* Quid ais? num generosum ipsum phaeos histora, id est luminis praesidem, quaeris? *Herm.* Hunc quaesisse videor. *So.* Hic, ut cuique patere potest, Phaestos est, et e sibi vendicat: unde Ephaestos, id est luminis praeses, est dictus. *Herm.* Apparet: nisi tibi quoquo modo adhuc aliter videatur. *So.* At ne videatur aliter, de Marte interroga. *Herm.* Interrogo. *So.* Si placet, Ares, id est Mars, dicitur secundum arren, id est masculum, et andrion, id est forte. Quin etiam, si volueris ob naturam quandam asperam, duram atque invictam immutabilemque, quod totum arraton appellatur, Aren vocatum fuisse, hoc quoque Deo penitus bellicoso conveniet. *Herm.* Prorsus. *So.* Deos iam mittamus, per deos obsecro. nam de his disserere vereor. Ad alia vero quaecunque vis, me provoca, ut quales Euthyphronis equi sint, noveris. *Herm.* Faciam ut petis, si unum de me quaesivero. me siquidem Cratylus Hermo-

μογένη εἶναι. πειρώμεθα οὖν τὸν Ἑρμῆν σκέψασθαι, τί καὶ νοεῖ τὸ ὄνομα, ἵνα καὶ εἰδῶμεν εἴ τι ὅδε λέγει.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἔοικε περὶ λόγον τι εἶναι ὁ Ἑρμῆς, καὶ τὸ ἑρμηνέα εἶναι καὶ τὸ ἄγγελον
408 καὶ τὸ κλοπικόν τε καὶ τὸ ἀπατηλὸν ἐν λόγοις καὶ τὸ ἀγοραστικόν, περὶ λόγου δύναμίν ἐστι πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία. ὅ περ οὖν καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, τὸ εἴρειν λόγου χρεία ἐστί, τὸ δὲ οἷον καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ λέγει· ἐμήσατο φησί. τοῦτο δὲ μηχανήσασθαί ἐστιν. ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων τὸν τὸ λέγειν τε καὶ τὸν λόγον μησάμενον, τὸ δὲ λέγειν δή ἐστιν εἴρειν, τοῦτον τὸν θεὸν ὡςπερεὶ ἐπιτάττει ἡμῖν ὁ νομοθέτης, Ὦ ἄνθρωποι, ὃς τὸ εἴρειν ἐμήσατο, δικαίως ἂν καλοῖτο ὑπὸ ὑμῶν Εἰρέμης. νῦν δὲ ἡμεῖς, ὡς οἰόμεθα, καλλωπίζοντες τὸ ὄνομα Ἑρμῆν καλοῦμεν. [καὶ ἥ γε Ἶρις ἀπὸ τοῦ εἴρειν ἔοικε κεκλημένη, ὅτι ἄγγελος ἦν.]

ΕΡΜ. Νὴ τὸν Δί᾽ εὖ ἄρα μοι δοκεῖ Κρατύλος λέγειν τὸ ἐμὲ μὴ εἶναι Ἑρμογένη· οὔκουν εὐμήχανός γέ εἰμι λόγου.

ΣΩ. Καὶ τό γε τὸν Πᾶνα τοῦ Ἑρμοῦ εἶναι υἱὸν διφυῆ ἔχει τὸ εἰκός, ὦ ἑταῖρε.

genem esse negat. investigemus itaque quid Hermu, id est Mercurii nomen significet: ut si quid veri hic loquitur, videamus. *So.* Hermes, id est Mercurius, ad sermonem pertinere videtur, quatenus hermineus est, hoc est interpres et nuntius, furtivus in loquendo seductor, ac vehemens concionator. totum id circa sermonem versatur. profecto, quemadmodum in superioribus diximus, irin sermonis est usus. Saepe vero de hoc Homerus ait, emesato, id est machinatus est. ex utrisque igitur nomen huius dei componitur, tum ex eo quod loqui est, tum ex eo quod machinari et excogitare dicenda: perinde ac si nominis auctor nobis praeciperet, Par est, o viri, ut deum illum qui irin emesato, id est loqui machinatus est, Iremen vocetis. Nos autem, arbitrati sic elegantius eloqui, Hermen vocamus. Quin etiam Iris ab eo quod irin, id est loqui, nomen habet, propterea quod nuntia est. *Herm.* Probe medius fidius Hermogenem esse me Cratylus negavisse videtur. ad orationis enim inventionem hebes sum. *So.* Consentaneum quoque, amice, Pana biformem filium esse Mercurii.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Οἶσθα ὅτι ὁ λόγος τὸ πᾶν σημαίνει καὶ κυκλεῖ καὶ πολεῖ ἀεί, καὶ ἔστι διπλοῦς, ἀληθής τε καὶ ψευδής.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἀληθὲς αὐτοῦ λεῖον καὶ θεῖον καὶ ἄνω οἰκοῦν ἐν τοῖς θεοῖς, τὸ δὲ ψεῦδος κάτω ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τραχὺ καὶ τραγικόν· ἐνταῦθα γὰρ πλεῖστοι οἱ μῦθοί τε καὶ τὰ ψεύδη ἐστί, περὶ τὸν τραγικὸν βίον.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρα ὁ πᾶν μηνύων καὶ ἀεὶ πολῶν Πὰν αἰπόλος εἴη, διφυὴς Ἑρμοῦ υἱός, τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος, τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς καὶ τραγοειδής. καὶ ἔστιν ἤτοι λόγος ἢ λόγου ἀδελφὸς ὁ Πάν, εἴ περ Ἑρμοῦ υἱός ἐστιν· ἀδελφῷ δὲ ἐοικέναι ἀδελφὸν οὐδὲν θαυμαστόν. Ἀλλ' ὅ περ ἐγὼ ἔλεγον, ὦ μακάριε, ἀπαλλαγῶμεν ἐκ τῶν θεῶν.

ΕΡΜ. Τῶν γε τοιούτων, ὦ Σώκρατες, εἰ βούλει· περὶ δὲ τῶν τοιῶνδε τί σε κωλύει διελθεῖν, οἷον ἡλίου τε καὶ σελήνης καὶ ἄστρων καὶ γῆς καὶ αἰθέρος καὶ ἀέρος καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ὡρῶν καὶ ἐνιαυτοῦ;

Herm. Qua ratione? *So.* Scis, quod sermo pan, id est omne, significat, circuitque et volvit semper, estque geminus, verus videlicet ac falsus. *Herm.* Equidem. *So.* An non id quod in sermone verum, leve est atque divinum, supraque in diis habitans? contra quod falsum, infra in hominum multis, asper atque tragicus? hinc enim fabularum commenta et falsa quam plurima circa tragicam vitam reperiuntur. *Herm.* Sic est omnino. *So.* Merito igitur qui est pan, id est totum, nuntians et ai polon, id est semper volutans, Pan aepolos, biformis Mercurii filius diceretur, ex superioribus partibus lenis ac delicatus, ex inferioribus asper atque hircinus. Estque Pan vel ipse sermo vel sermonis frater; siquidem est Mercurii filius. Fratrem vero fratri similem esse quid mirum? Ceterum iam, o beate, ut et paulo ante rogabam, sermonem de diis hunc abrumpamus. *Herm.* Tales quidem deos, si vis, mittamus, o Socrates. huiusmodi vero quaedam percurrere quid prohibet, Solem, lunam, stellas, terram, aetherem, aërem, ignem, aquam, ver et annum?

ΣΩ. Συχνὰ μέν μοι προστάττεις, ὅμως δὲ εἴ πέρ σοι κεχαρισμένον ἔσται, ἐθέλω.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν χαριεῖ.

ΣΩ. Τί δὴ οὖν πρῶτον βούλει; ἢ ὥς περ εἶπες, τὸν ἥλιον διέλθωμεν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔοικε τοίνυν κατάδηλον γενόμενον ἂν μᾶλ-
409 λον εἰ τῷ Δωρικῷ τις ὀνόματι χρῷτο. ἅλιον γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς. ἅλιος οὖν εἴη μὲν ἂν κατὰ τὸ ἁλίζειν εἰς ταὐτὸ τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ, εἴη δ' ἂν καὶ τῷ περὶ τὴν γῆν ἀεὶ εἱλεῖν ἰών, ἐοίκοι δ' ἂν καὶ ὅτι ποικίλλει ἰὼν τὰ γιγνόμενα ἐκ τῆς γῆς· τὸ δὲ ποικίλλειν καὶ αἰολεῖν ταὐτόν.

ΕΡΜ. Τί δαὶ ἡ σελήνη;

ΣΩ. Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα φαίνεται τὸν Ἀναξαγόραν πιέζειν.

ΕΡΜ. Τί δή;

ΣΩ. Ἔοικε δηλοῦντι παλαιότερον, ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ ἔλεγεν, ὅτι ἡ σελήνη ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Τὸ μέν που σέλας καὶ τὸ φῶς ταὐτόν.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Νέον δέ που καὶ ἔνον ἀεί ἐστι περὶ τὴν σε-

So. Multa sunt ac magna quae postulas. si tamen gratum tibi futurum est, obsequar. *Herm.* Pergratum plane. *So.* Quid primum poscis? an, ut ipse narrabas, inprimis helion, id est Solem? *Herm.* Profecto. *So.* Manifestius id fore videtur, si Dorico nomine quis utatur. Dorici enim halion vocant: atque ita vocatur secundum halizin, id est ex eo quod congregat in unum homines, cum exoritur. item ex eo, quod circa terram ai hilin, id est semper revolvitur. praeterea quia variat circuitu suo quae terra nascuntur. variare autem et aeolin idem est. *Herm.* Quid vero de selene, id est Luna, dicendum? *So.* Nomen hoc videtur Anaxagoram premere. *Herm.* Cur? *So.* Quoniam prae se aliquid fert antiquius, quod ille nuper dixit, quod Luna a Sole lumen haurit. *Herm.* Quo pacto? *So.* Selas idem est, quod lumen. *Herm.* Idem. *So.* Lumen hoc perpetuo circa lunam neon et henon est, id est novum

λήνην τοῦτο τὸ φῶς, εἴ περ ἀληθῆ οἱ Ἀναξαγόρειοι λέγουσι· κύκλῳ γάρ που ἀεὶ αὐτὴν περιιὼν νέον ἀεὶ ἐπιβάλλει, ἔνον δὲ ὑπάρχει τὸ τοῦ προτέρου μηνός.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Σελαναίαν δέ γε καλοῦσιν αὐτὴν πολλοί.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὅτι δὲ σέλας νέον τε καὶ ἔνον ἔχει ἀεί, σελαενονεοάεια μὲν δικαιότατ᾽ ἂν τῶν ὀνομάτων καλοῖτο, συγκεκροτημένον δὲ σελαναία κέκληται.

ΕΡΜ. Διθυραμβῶδές γε τοῦτο τοὔνομα, ὦ Σώκρατες. ἀλλὰ τὸν μῆνα καὶ τὰ ἄστρα πῶς λέγεις;

ΣΩ. Ὁ μὲν μεὶς ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι εἴη ἂν μείης ὀρθῶς κεκλημένος, τὰ δ᾽ ἄστρα ἔοικε τῆς ἀστραπῆς ἐπωνυμίαν ἔχειν. ἡ δὲ ἀστραπή, ὅτι τὰ ὦπα ἀναστρέφει, ἀναστρωπὴ ἂν εἴη, νῦν δὲ ἀστραπὴ καλλωπισθεῖσα κέκληται.

ΕΡΜ. Τί δὲ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ;

ΣΩ. Τὸ πῦρ ἀπορῶ· καὶ κινδυνεύει ἤτοι ἥ τοῦ Εὐθύφρονός με μοῦσα ἐπιλελοιπέναι, ἢ τοῦτό τι παγχάλεπον εἶναι. σκέψαι οὖν ἣν εἰςάγω μηχανὴν ἐπὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἃ ἂν ἀπορῶ.

ΕΡΜ. Τίνα δή;

ac vetus, si modo Anaxagorici vera loquuntur: nam circumlustrans eam continue renovatur. vetus autem est mensis praeteriti lumen. *Herm.* Utique. *So.* Lunam quidem selanaeam multi nominant. *Herm.* Certe. *So.* Quoniam vero lumen novum ac vetus semper habet, merito vocari deberet selaenneoaia. nunc autem conciso vocabulo selanaea vocatur. *Herm.* Dithyrambicum nomen hoc est, o Socrates. verum mena, id est mensem, et astra quomodo interpretaris? *So.* Mensis quidem mies recte ab miusthae, a minuendo, iure nuncuparetur. Astra vero astrapes, id est coruscationis cognomentum habent. astrape autem, quia opa anastrephi, id est, visum ad se convertit, anastrope dici deberet. nunc concinniori vocabulo astrape nominatur. *Herm.* Unde nomen trahit pyr et hydor, id est ignis et aqua? *So.* Ambigo equidem: videturque aut Musa me Euthyphronis deseruisse, aut hoc arduum quiddam esse. adverte obsecro, quo confugiam in omnibus, quaecunque dubito. *Herm.* Quonam?

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. ἀπόκριναι γάρ μοι· ἔχοις ἂν εἰπεῖν πῦρ, κατὰ τίνα τρόπον καλεῖται;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Σκέψαι δή ὃ ἐγὼ ὑποπτεύω περὶ αὐτοῦ. ἐννοῶ γὰρ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασιν.

ΕΡΜ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Εἴ τις ζητοῖ ταῦτα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ὡς εἰκότως κεῖται, ἀλλὰ μὴ κατ' ἐκείνην ἐξ ἧς τὸ ὄνομα τυγχάνει ὄν, οἶσθα ὅτι ἀποροῖ ἄν;

110 ΕΡΜ. Εἰκότως γε.

ΣΩ. Ὅρα τοίνυν καὶ τοῦτο τοὔνομα τὸ πῦρ μή τι βαρβαρικὸν ᾖ. τοῦτο γὰρ οὔτε ῥᾴδιον προσάψαι ἐστὶν Ἑλληνικῇ φωνῇ, φανεροί τ' εἰσὶν οὕτως αὐτὸ καλοῦντες Φρύγες, σμικρόν τι παρακλίνοντες· καὶ τό γε ὕδωρ καὶ τὰς κύνας καὶ ἄλλα πολλά.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐ τοίνυν δεῖ ταῦτα προσβιάζεσθαι, ἐπεὶ ἔχοι γ' ἄν τις εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ταύτῃ ἀπωθοῦμαι· ὁ δὲ δὴ ἀὴρ ἆρά γε, ὦ Ἑρμόγενες, ὅτι αἴρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, ἀὴρ κέκληται; ἢ ὅτι ἀεὶ ῥεῖ; ἢ ὅτι πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ γίγνεται ῥέοντος;

So. Dicam tibi. scis ipse qua ratione pyr nominatur? *Herm.* Non hercle. *So.* Vide quid de hoc suspicer. Reor equidem, multa nomina Graecos a Barbaris, eos praesertim qui sub Barbaris sunt, habuisse. *Herm.* Quorsum haec? *So.* Si quis rectam istorum impositionem secundum Graecam vocem quaerat, non secundum eam qua est nomen inventum, nimirum ambiget. *Herm.* Verisimile id quidem. *So.* Vide itaque, ne nomen hoc pyr barbaricum sit. neque enim facile est istud Graecae linguae accommodare, constatque ita hoc Phrygios nominare parum quid declinantes: et hydor et cynas, id est canes, aliaque permulta. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Ergo distrahere ista nihil oportet, quandoquidem de ipsis nihil dicere quisquam potest. Quapropter nomina illa ignis et aquae hunc in modum reiicio. Aer autem sic est dictus, Hermogenes, quia quae circa terram sunt aeri, id est elevat: vel quia ai ri, hoc est semper fluit: vel quia eius fluxu spiritus concitatur.

οἱ γὰρ ποιηταί που τὰ πνεύματα ἀήτας καλοῦσιν· ἴσως οὖν λέγει, ὥςπερ ἂν εἰ εἴποι πνευματόῤῥουν, ἀητόῤῥουν, ὅθεν δὴ βούλεται αὐτὸν οὕτως εἰπεῖν ὅτι ἐστὶν ἀήρ. Τὸν δὲ αἰθέρα τῇδέ πῃ ὑπολαμβάνω· ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων, ἀειθεὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο. Γῆ δὲ μᾶλλον σημαίνει ὃ βούλεται, ἐάν τις γαῖαν ὀνομάσῃ. γαῖα γὰρ γεννήτειρα ἂν εἴη ὀρθῶς κεκλημένη, ὥς φησιν Ὅμηρος· τὸ γὰρ γεγάασι γεγεννῆσθαι λέγει.

ΕΡΜ. Εἶεν.

ΣΩ. Τί οὖν ἡμῖν ἦν τὸ μετὰ τοῦτο;

ΕΡΜ. Ὧραι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἐνιαυτὸς καὶ ἔτος.

ΣΩ. Αἱ μὲν δὴ ὧραι Ἀττικιστὶ ὡς τὸ παλαιὸν ῥητέον, εἴ περ βούλει τὸ εἰκὸς εἰδέναι. ὅραι γάρ εἰσι διὰ τὸ ὁρίζειν χειμῶνάς τε καὶ θέρη καὶ πνεύματα καὶ τοὺς καρποὺς τοὺς ἐκ τῆς γῆς· ὁρίζουσαι δὲ δικαίως ἂν ὅραι καλοῖντο. Ἐνιαυτὸς δὲ καὶ ἔτος κινδυνεύει ἕν τι εἶναι. τὸ γὰρ τὰ φυόμενα καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν μέρει ἕκαστον προάγον εἰς φῶς καὶ αὐτὸ ἐν αὑτῷ ἐξετάζον, τοῦτο, ὥς περ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸ τοῦ Διὸς ὄνομα δίχα διῃρημένον οἱ μὲν Ζῆνα, οἱ δὲ Δία ἐκάλουν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα οἱ μὲν ἐνιαυτόν, ὅτι ἐν ἑαυτῷ, οἱ δὲ

poëtae quippe flamina aetas nuncupant. forte igitur aër dicitur quasi pneumatorrum, aetorrum, id est spiritus fluens vel fluens flamen. Aetherem praeterea sic exponendum arbitror, quoniam ai thi circa aera reon, id est semper currit circa aërem fluens, quocirca aitheer dici posset. Ge autem, id est terra, planius sensum exprimit, si Gaea dicatur. gaea enim recte genetira, id est genitrix dici potest, ut ait Homerus. nam quod gegaasi dicitur, genitum esse inquit. Quid restat deinceps? *Herm.* Ver et annus, o Socrates. *So.* Horae quidem, id est veris tempora, prisca et Attica voce dicenda sunt, si vis quod conveniens est, cognoscere. horae namque vocantur, quia horizusi, id est terminant hiemem atque aestatem ventosque et fructus ex terra nascentes. Eniautos autem et etos, id est annus, idem esse videtur. Quod enim in lumen vicissim educit, quaecunque nascuntur fiuntque ex terra, ipsumque in seipso examinat et discernit, annus est: et ut supra Iovis nomen diximus in duo sectum, ab aliquibus Zena, ab aliis Dia vocari; ita et annum quidam eniauton vocant, quia in seipso;

ἔτος, ὅτι ἐτάζει· ὁ δὲ ὅλος λόγος ἐστὶ τὸ ἐν αὑτῷ ἐτάζον τοῦτο προσαγορεύεσθαι ἓν ὂν δίχα, ὥστε δύο ὀνόματα γεγονέναι, ἐνιαυτόν τε καὶ ἔτος, ἐξ ἑνὸς λόγου.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ δῆτα, ὦ Σώκρατες, πολὺ ἐπιδίδως.

ΣΩ. Πόῤῥω ἤδη, οἶμαι, φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τάχα μᾶλλον φήσεις.

411 ΕΡΜ. Ἀλλὰ μετὰ τοῦτο τὸ εἶδος ἔγωγε ἡδέως ἂν θεασαίμην ταῦτα τὰ καλὰ ὀνόματα, τίνι ποτὲ ὀρθότητι κεῖται, τὰ περὶ τὴν ἀρετήν, οἷον φρόνησίς τε καὶ σύνεσις καὶ δικαιοσύνη καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα πάντα.

ΣΩ. Ἐγείρεις μέν, ὦ ἑταῖρε, οὐ φαῦλον γένος ὀνομάτων· ὅμως δὲ ἐπειδή περ τὴν λεοντῆν ἐνδέδυκα, οὐκ ἀποδειλιατέον, ἀλλ' ἐπισκεπτέον, ὡς ἔοικε, φρόνησιν καὶ σύνεσιν καὶ γνώμην καὶ ἐπιστήμην καὶ τἆλλα δὴ ἃ φῂς πάντα ταῦτα τὰ καλὰ ὀνόματα.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν οὐ δεῖ ἡμᾶς προαποστῆναι.

ΣΩ. Καὶ μὴν νὴ τὸν κύνα δοκῶ γέ μοι οὐ κακῶς μαντεύεσθαι ὃ καὶ νῦν δὴ ἐνενόησα, ὅτι οἱ πάνυ παλαιοὶ ἄνθρωποι οἱ τιθέμενοι τὰ ὀνόματα παντὸς μᾶλλον, ὥς περ καὶ τῶν νῦν οἱ πολλοὶ τῶν σοφῶν ὑπὸ

quidam etos, quia examinat. integra vero oratio est, ipsum quod in se ipso examinat. Unde ex oratione una nomina duo selecta sunt. quod enim simul dicitur, ... , id est in seipso examinans, distinctum dicitur eniautos et etos, id est annus. *Herm.* At vero, o Socrates, iam longe progrederis. *So.* Longius equidem in philosophia videor evagari. *Herm.* Quin immo. *So.* Forte magis concedes. *Herm.* Verum post hanc speciem libentissime contemplarer, qua ratione recte nomina ista praeclara virtutum sint imposita: ut phronesis, id est prudentia, synesis intelligentia, dicaeosyne iustitia, ac reliqua huius generis omnia. *So.* Haud contemnendum genus nominum suscitas, o amice. verumtamen, postquam leontinam pellem sum indutus, haud deterreri decet: immo praeclara ipsa, ut ais, nomina prudentiae, intelligentiae, cogitationis, scientiae ceterorumque huiusmodi considerare. *Herm.* Quin profecto prius desistere nullo modo debemus. *So.* Aedepol, non male mihi de eo coniicere videor, quod modo considerabam, antiquissimos videlicet illos nominum auctores, ut et sapientum nostrorum plurimis accidit,

τοῦ πυκνὰ περιστρέφεσθαι ζητοῦντες ὅπῃ ἔχει τὰ ὄντα ἀεὶ ἰλιγγιῶσι, κἄπειτα αὐτοῖς φαίνεται περιφέρεσθαι τὰ πράγματα καὶ πάντως φέρεσθαι. αἰτιῶνται δὴ οὐ τὸ ἔνδον τὸ παρὰ σφίσι πάθος αἴτιον εἶναι ταύτης τῆς δόξης, ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα οὕτω πεφυκέναι, οὐδὲν αὐτῶν μόνιμον εἶναι οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ ῥεῖν καὶ φέρεσθαι καὶ μεστὰ εἶναι πάσης φορᾶς καὶ γενέσεως ἀεί. λέγω δὲ ἐννοήσας πρὸς πάντα τὰ νῦν δὴ ὀνόματα.

ΕΡΜ. Πῶς δὴ τοῦτο, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ κατενόησας ἴσως τὰ ἄρτι λεγόμενα, ὅτι παντάπασιν ὡς φερομένοις τε καὶ ῥέουσι καὶ γιγνομένοις τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα ἐπίκειται.

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ ἐνεθυμήθην.

ΣΩ. Καὶ μὴν πρῶτον μὲν τοῦτο ὃ πρῶτον εἴπομεν, παντάπασιν ὡς ἐπὶ τοιούτων ἐστίν.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἡ φρόνησις· φορᾶς γάρ ἐστι καὶ ῥοῦ νόησις. εἴη δ᾽ ἂν καὶ ὄνησιν ὑπολαβεῖν φορᾶς· ἀλλ᾽ οὖν περί γε τὸ φέρεσθαί ἐστιν. εἰ δὲ βούλει, ἡ γνώμη παντάπασι δηλοῖ γονῆς σκέψιν καὶ νώμησιν· τὸ γὰρ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταὐτόν. εἰ δὲ βούλει, αὐτὸ ἡ

ob frequentem ipsam in rebus pervestigandis revolutionem, praeter ceteros in cerebri vertiginem incidisse: quo factum puto, ut res ipsae perferri et vacillare illis apparerent. Opinionis autem huius causam haud interiorem vertiginem, sed exteriorem ipsarum rerum circuitum arbitrantur: quas ita natura habere se putant, ut nihil in eis firmum et stabile sit, sed fluant omnes ferunturque et omnifariam agitentur semperque gignantur et defluant. quod quidem in his nominibus, quae nunc relata sunt, conspicio. *Herm.* Quo pacto, Socrates? *So.* Haud advertisti superiora nomina rebus quasi delatis, fluentibus et iugi generatione translatis imposita fuisse? *Herm.* Non satis percepi. *So.* Principio quod primum retulimus, omnino ad aliquid huius generis attinet. *Herm.* Quale istud? *So.* Phronesis, id est prudentia, est phoras et rhu noesis, id est lationis et fluxus animadversio. significare quoque potest, recipere onesim phoras, id est lationis utilitatem. tandem circa ipsam agitationem versatur. Quin etiam si vis, gnome, id est cogitatio, significat gones nomesin, id est generationis considerationem. noman quippe considerare est.

νόησις τοῦ νέου ἐστὶν ἕσις· τὸ δὲ νέα εἶναι τὰ ὄντα σημαίνει γιγνόμενα ἀεὶ εἶναι. τούτου οὖν ἐφίεσθαι τὴν ψυχὴν μηνύει τὸ ὄνομα ὁ θέμενος τὴν νεόεσιν. οὐ γὰρ νόησις τὸ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἦτα εἶ ἔδει λέγειν δύο, νεόεσιν. σωφροσύνη δὲ σωτηρία οὗ νῦν
412 δὴ ἐσκέμμεθα, φρονήσεως. καὶ μὴν ἥ γε ἐπιστήμη μηνύει ὡς φερομένοις τοῖς πράγμασιν ἑπομένης τῆς ψυχῆς τῆς ἀξίας λόγου, καὶ οὔτε ἀπολειπομένης οὔτε προθεούσης. διὸ δὴ ἐμβάλλοντας δεῖ τὸ εἶ ἐπιστήμην αὐτὴν ὀνομάζειν. ξύνεσις δ' αὖ οὕτω μὲν δόξειεν ἂν ὥς περ συλλογισμὸς εἶναι· ὅταν δὲ συνιέναι λέγῃ, ταὐτὸν παντάπασι τῷ ἐπίστασθαι συμβαίνει λεγόμενον· συμπορεύεσθαι γὰρ λέγει τὴν ψυχὴν τοῖς πράγμασι τὸ συνιέναι. Ἀλλὰ μὴν ἥ γε σοφία φορᾶς ἐφάπτεσθαι σημαίνει. σκρτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον· ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμιμνήσκεσθαι ὅτι πολλαχοῦ λέγουσι περὶ ὅτου ἂν τύχωσι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, ἐσύθη φασί. Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς· τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι. ταύτης οὖν

Noesis autem, id est intellectio, est neu esis, id est novi desiderium. novas vero res esse, significat eas fieri semper. atque hoc desiderare et aggredi animum, indicat qui nomen illud invenit neoesim. principio namque noisis non dicebatur, sed pro i duo e proferenda erant, ut neoesis, quasi neu, id est novi, ἕσις, appetitio et aggressio. Sophrosyne, id est temperantia, illius quod modo diximus phroneseos, id est prudentiae, salus et conservatio est. Episteme, id est scientia, ab eo quod instat et sequitur tractum est, quasi res fluentes solers animus persequatur, insteteque et comitetur, at neque ex mora posterior, neque praecursione sit prior. quare e interiecto episteme men vocare decet. Synesis, tanquam syllogismus, id est ratiocinatio quaedam, esse videtur. cum autem synienae dicitur, idem intelligitur ac si diceretur epistasthae. nam ostendit cum rebus animum congredi. Sophia, id est sapientia, agitationis est tactus. Obscurius autem et alienius istud a nobis. verum animadvertendum est in poëtis, quotiens volunt adventantem aliquem et irruentem exprimere, esythe, id est erupit, prosiliit, dicere. Quin et illustri cuidam apud Lacedaemonios viro nomen erat Sus, id est, praepes. sic enim Lacedaemones concitationis impetum indicant. Quasi itaque omnia per-

τῆς φορᾶς ἐπαφὴν σημαίνει ἡ σοφία, ὡς φερομένων τῶν ὄντων. Καὶ μὴν τό γε ἀγαθόν, τοῦτο τῆς φύσεως πάσης τῷ ἀγαστῷ βούλεται τὸ ὄνομα ἐπικεῖσθαι. ἐπειδὴ γὰρ πορεύεται τὰ ὄντα, ἔνι μὲν ἄρ' αὐτοῖς τάχος, ἔνι δὲ βραδυτής. ἔστιν οὖν οὐ πᾶν τὸ ταχύ, ἀλλά τι αὐτοῦ ἀγαστόν. τούτῳ οὖν δὴ τῷ ἀγαστῷ αὕτη ἡ ἐπωνυμία ἐστί, τἀγαθόν. Δικαιοσύνη δέ, ὅτι μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ δικαίου συνέσει τοῦτο κεῖται τὸ ὄνομα, ῥᾴδιον συμβαλεῖν· αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον χαλεπόν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἔοικε μέχρι μέν του ὁμολογεῖσθαι παρὰ πολλῶν, ἔπειτα δὲ ἀμφιςβητεῖσθαι. ὅσοι γὰρ ἡγοῦνται τὸ πᾶν εἶναι ἐν πορείᾳ, τὸ μὲν πολὺ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσι τοιοῦτόν τι εἶναι οἷον οὐδὲν ἄλλο ἢ χωρεῖν, διὰ δὲ τούτου παντὸς εἶναί τι διεξιόν, δι' οὗ πάντα τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι. εἶναι δὲ τάχιστον τοῦτο καὶ λεπτότατον· οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι ἄλλως διὰ τοῦ ἰόντος ἰέναι παντός, εἰ μὴ λεπτότατόν τε ἦν, ὥςτε αὐτὸ μηδὲν στέγειν, καὶ τάχιστον, ὥςτε χρῆσθαι ὥς περ ἑστῶσι τοῖς ἄλλοις. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπιτροπεύει τὰ ἄλλα πάντα διαϊόν, τοῦτο τὸ ὄνομα ἐκλήθη ὀρθῶς, δίκαιον, εὐστομίας ἕνεκα τὴν τοῦ κάππα δύναμιν προςλαβόν.

ferantur, huius ipsius agitationis, quae eo quod sus dicitur, significatur, epaphen, id est tactum perceptionemque, sophia demonstrat. Agathon, id est bonum, cuiusque naturae agaston, id est admirabile, amabile, delectabile, significat. Enimvero postquam fluunt omnia, partim celeritas, partim tarditas inest. est igitur non omne velox: sed ipsius aliquid agaston, quod quidem agathon ipsius agathon nomine declaratur. Dicaeosyne, id est iustitia, quod dicaeu synesim, id est iusti intelligentiam, importet, facile coniicere possumus. Quid autem ipsum dicaeon sibi velit, difficile cognitu. videtur autem hucusque a multis quod dictum est concessum: reliquum vero dubium. Etenim quicunque totum mobile arbitrantur, plurimum agitari ipsum existimant: perque omne aliquid permanare quo singula fiant, quodve tenuissimum sit et velocissimum. neque enim per omnia discurrere posse, nisi adeo tenue sit, ut nihil possit obsistere penetranti; et adeo velox, ut ceteris quasi stantibus utatur. Quoniam igitur gubernat omnia diaion, id est discurrens et permanans, merito dicaeon est appellatum, c uno politioris prolationis gratia interiecto.

μέχρι μὲν οὖν ἐνταῦθα, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, παρὰ
413 πολλῶν ὁμολογεῖται τοῦτο εἶναι τὸ δίκαιον· ἐγὼ δέ,
ὦ Ἑρμόγενες, ἅτε λιπαρὴς ὢν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα μὲν
πάντα διαπέπυσμαι ἐν ἀποῤῥήτοις, ὅτι τοῦτ' ἐστὶ τὸ
δίκαιον καὶ τὸ αἴτιον — δι' ὃ γὰρ γίγνεται, τοῦτ' ἐστὶ
τὸ αἴτιον —, καὶ ἰδίᾳ καλεῖν ἔφη τις τοῦτο ὀρθῶς ἔχειν
διὰ ταῦτα· ἐπειδὰν δ' ἠρέμα αὐτοὺς ἐπανερωτῶ ἀκού-
σας ταῦτα μηδὲν ἧττον, Τί οὖν ποτ' ἔστιν, ὦ ἄριστε,
τὸ δίκαιον, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει; δοκῶ τε ἤδη μακρό-
τερα τοῦ προσήκοντος ἐρωτᾷν καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα
ἅλλεσθαι. ἱκανῶς γάρ μέ φασι πεπύσθαι καὶ ἀκηκοέ-
ναι, καὶ ἐπιχειροῦσι, βουλόμενοι ἀποπιμπλάναι με,
ἄλλος ἄλλα ἤδη λέγειν, καὶ οὐκέτι συμφωνοῦσιν. ὁ
μὲν γάρ τίς φησι τοῦτο εἶναι δίκαιον, τὸν ἥλιον· τοῦ-
τον γὰρ μόνον διαϊόντα καὶ κάοντα ἐπιτροπεύειν τὰ
ὄντα. ἐπειδὰν οὖν τῳ λέγω αὐτὸ ἄσμενος ὡς καλόν τι
ἀκηκοώς, καταγελᾷ μου οὗτος ὁ ἀκούσας καὶ ἐρωτᾷ εἰ
οὐδὲν δίκαιον οἶμαι εἶναι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἐπειδὰν
ὁ ἥλιος δύῃ. λιπαροῦντος οὖν ἐμοῦ ὅ τι αὖ ἐκεῖνος
λέγει, αὐτὸ τὸ πῦρ φησί· τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν
εἰδέναι. ὁ δὲ οὐκ αὐτὸ τὸ πῦρ φησιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ
θερμὸν τὸ ἐν τῷ πυρὶ ἐνόν. ὁ δὲ τούτων μὲν πάντων

Hactenus, quod modo diximus, inter plurimos constat hoc esse iustum. Ego autem, Hermogenes, utpote discendi desiderio flagrans, haec omnia perscrutatus sum, et in arcanis percepi, quod hoc ipsum iustum sit, et causa. quo enim res ipsae fiunt, hoc est causa: proprieque ita vocari istud debere quispiam tradidit. Cum vero ab his, iam auditis istis, nihilominus diligenter exquiro, quid ipsum iustum sit, quandoquidem ita se habet: videor jam ulterius quam decet exigere, et caveam, ut dicitur, vallumque supergredi. satis enim superque rogasse me et audisse respondent: meque volentes explere, alius aliud afferre conantur, neque ultra consentiunt. Quidam ait iustum hoc Solem esse. solum quippe solem discurrendo calefaciendoque omnia gubernare. Cum vero istud alacer cuiquam, quasi praeclarum aliquid audiverim, refero, statim ille me ridet, quaeritque, nunquid existimem post solis occasum iustum nihil hominibus superesse? Percontanti itaque mihi quid ille sentiret, ipsum ait ignem iustum existere. neque id cognitu facile. quare alius inquit, non ignem ipsum, sed ipsum potius innatum igni calorem. Alius

καταγελᾷν φησιν, εἶναι δὲ τὸ δίκαιον ὃ λέγει Ἀναξαγόρας, νοῦν εἶναι τοῦτο· αὐτοκράτορα γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα διὰ πάντων ἰόντα. ἐνταῦθα δὴ ἐγώ, ὦ φίλε, πολὺ ἐν πλείονι ἀπορίᾳ εἰμὶ ἢ πρὶν ἐπιχειρῆσαι μανθάνειν περὶ τοῦ δικαίου ὅ τί ποτ' ἐστιν· ἀλλ' οὖν οὗ περ ἕνεκα ἐσκοποῦμεν, τό γε ὄνομα τοῦτο φαίνεται αὐτῷ διὰ ταῦτα κεῖσθαι.

ΕΡΜ. Φαίνει μοι, ὦ Σώκρατες, ταῦτα μὲν ἀκηκοέναι του καὶ οὐκ αὐτοσχεδιάζειν.

ΣΩ. Τί δὲ τἆλλα;

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ.

ΣΩ. Ἄκουε δή· ἴσως γὰρ ἄν σε καὶ τὰ ἐπίλοιπα ἐξαπατήσαιμι ὡς οὐκ ἀκηκοὼς λέγω. Μετὰ γὰρ δικαιοσύνην τί ἡμῖν λείπεται; ἀνδρίαν, οἶμαι, οὔπω διήλθομεν. ἀδικία μὲν γὰρ δῆλον ὅτι ἐστὶν ὄντως ἐμπόδισμα τοῦ διαϊόντος, ἀνδρία δὲ σημαίνει, ὡς ἐν μάχῃ ἐπονομαζομένης τῆς ἀνδρίας· μάχην δ' εἶναι ἐν τῷ ὄντι, εἴ περ ῥεῖ, οὐκ ἄλλο τι ἢ τὴν ἐναντίαν ῥοήν· ἐὰν οὖν τις ἐξέλῃ τὸ δέλτα τοῦ ὀνόματος τῆς ἀνδρίας, αὐτὸ μηνύει τὸ ἔργον τοὔνομα ἡ ἀνρία. δῆλον οὖν ὅτι οὐ πάσῃ ῥοῇ ἡ ἐναντία ῥοὴ ἀνδρία ἐστίν,

haec omnia pro nihilo habet. esse enim iustum mentem illam, quam induxit Anaxagoras. Dominam certe illam suapte natura, nec alicui mixtam, exornare omnia inquit, per omnia penetrantem. Hic quidem, o amice, in maiorem ambiguitatem sum prolapsus, quam antea, dum nihil de iustitia sciscitabar. Ceterum, ut redeamus ad id cuius gratia disputamus, nomen illi tale propter haec, quale diximus, est tributum. *Herm.* Videris, o Socrates, ex aliquo audisse haec, neque ex tua officina runditer deprompsisse. *So.* Quid alia? *Herm.* Non ita. *So.* Attende igitur. forte nanque in reliquis te deciperem, quasi quae afferam non audiverim. Post iustitiam quid restat? Andriam, id est fortitudinem, nondum peregimus. Iniustitia sane obstaculum eius est quod discurrit per omnia. andria in pugna versatur. pugna in rebus, si quidem fluunt, nihil aliud est quam fluxus ipse contrarius. Quapropter si quis d subtraxerit ex nomine hoc andria, nomen quod restat anria, opus ipsum declarat. Constat plane, quod non fluxus cuiusque contrarius rhoe, id est

ἀλλὰ τῇ παρὰ τὸ δίκαιον ῥεούσῃ· οὐ γὰρ ἂν ἐπῃνεῖτο
414 ἡ ἀνδρία. καὶ τὸ ἄῤῥεν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ παραπλησίῳ
τινὶ τούτῳ ἐστὶ τῇ ἄνω ῥοῇ. Γυνὴ δὲ γονή μοι φαί-
νεται βούλεσθαι εἶναι. Τὸ δὲ θῆλυ ἀπὸ τῆς θηλῆς
τι φαίνεται ἐπωνομάσθαι. ἡ δὲ θηλὴ ἆρά γε, ὦ Ἑρ-
μόγενες, ὅτι τεθηλέναι ποιεῖ, ὥς περ τὰ ἀρδόμενα;

ΕΡΜ. Ἔοικέ γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ μὴν αὐτό γε τὸ θάλλειν τὴν αὔξην μοι δοκεῖ ἀπεικάζειν τὴν τῶν νέων, ὅτι ταχεῖα καὶ ἐξαιφνιδία γίγνεται. οἷόν περ οὖν μεμίμηται τῷ ὀνόματι, συναρμόσας ἀπὸ τοῦ θεῖν καὶ ἅλλεσθαι τοὔνομα. Ἀλλ' οὐ γάρ ἐπισκοπεῖς με ὥς περ ἐκτὸς δρόμου φερόμενον, ἐπειδὰν λείου ἐπιλάβωμαι. λοιπὰ δὲ ἡμῖν ἔτι συχνά ἐστι τῶν δοκούντων σπουδαίων εἶναι.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ὧν γ' ἔστιν ἓν καὶ τέχνην ἰδεῖν ὅ τί ποτε βούλεται εἶναι.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε ἕξιν νοῦ σημαίνει, τὸ μὲν ταῦ ἀφελόντι, ἐμβαλόντι δὲ οὖ μεταξὺ τοῦ χῖ καὶ τοῦ νῦ καὶ τοῦ ἦτα.

fluxus, fortitudo est, sed oppositus illi, qui praeter iustum sit, fluxui. neque enim aliter fortitudo esset laudabilis. Arren autem, id est mas, et aner, vir, a simili quodam ducunt originem, scilicet ab ano rhoe, id est sursum fluxu. Gyne vero, id est mulier, quasi gone, id est foecunda et generatrix: thely, id est femina, ab theles, id est papilla dicitur. thele autem videtur, Hermogenes, dici, quia thelenin, id est germinare pullulareque facit, ut irrigans ea quae irrigantur. *Herm.* Sic apparet, o Socrates. *So.* Thallin, id est virescere, adolescere, florescere, augmentum iuvenum repraesentant, quasi velox quiddam et subitum, quod innuit ille qui nomen conflavit ex thin, id est currere, et hallesthae, id est saltare. animadvertis, me velut extra cursum delatum, postquam plana ac pervia nactus sum? Multa quoque supersunt, quae ad seria pertinere videntur. *Herm.* Vera loqueris. *So.* Quorum unum est, ut videamus, quid techne, id est ars, importet. *Herm.* Prorsus. *So.* Nonne hoc hexin nu, id est habitum mentis, ostendit, si t demitur, interseritur autem o medium inter ch et n et e?

ΕΡΜ. Καὶ μάλα γε γλίσχρως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθ' ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται ἤδη ὑπὸ τῶν βουλομένων τραγῳδεῖν αὐτά, περιτιθέντων γράμματα καὶ ἐξαιρούντων εὐστομίας ἕνεκα καὶ πανταχῇ στρεφόντων καὶ ὑπὸ καλλωπισμοῦ καὶ ὑπὸ χρόνου. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ κατόπτρῳ οὐ δοκεῖ σοι ἄτοπον εἶναι τὸ ἐμβεβλῆσθαι τὸ ῥῶ; ἀλλὰ τοιαῦτα, οἶμαι, ποιοῦσιν οἱ τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζοντες, τὸ δὲ στόμα πλάττοντες, ὥστ' ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνεῖναι ὅ τί ποτε βούλεται τὸ ὄνομα· ὥς περ καὶ τὴν σφίγγα ἀντὶ φιγγὸς σφίγγα καλοῦσι, καὶ ἄλλα πολλά.

ΕΡΜ. Ταῦτα μὲν ἔστιν οὕτως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εἰ δ' αὖ τις ἐάσει καὶ ἐντιθέναι καὶ ἐξαιρεῖν ἅττ' ἂν βούληταί τις εἰς τὰ ὀνόματα, πολλὴ εὐπορία ἔσται καὶ πᾶν ἂν παντί τις ὄνομα πράγματι προσαρμόσειεν.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἀληθῆ μέντοι. ἀλλὰ τὸ μέτριον, οἶμαι, δεῖ φυλάττειν καὶ τὸ εἰκὸς σὲ τὸν σοφὸν ἐπιστάτην.

ΕΡΜ. Βουλοίμην ἄν.

Herm. Aride nimium, Socrates, et inculte. *So.* An ignoras, beate vir, nomina vetera distracta iam esse atque confusa a sermonis tragici studiosis, elegantiae gratia addentibus et subtrahentibus literas, ac partim temporis diuturnitate, partim exornationis studio undique pervertentibus? ut ecce in catoptro, id est speculo, quam absurdum est r ipsius additamentum. talia certe, ut arbitror, faciunt, quod oris illecebras pluris aestimant quam veritatem. Quamobrem cum multa nominibus ipsis adiecerint, tandem effecerunt, ut nemo iam nominum sensum animadvertat. quemadmodum dum sphinga, id est monstrum quoddam, proferunt, cum phisga pronuntiare deberent, ac cetera multa. Profecto si daretur cuique arbitratu suo et demere et addere, magna utique esset licentia, et quodlibet nomen cuique rei unusquisque tribueret. *Herm.* Vera narras. *So.* Vera plane. sed enim mediocritatem quandam atque decorum servare te decet praesidem sapientem. *Herm.* O utinam.

ΣΩ. Καὶ ἐγώ σοι ξυμβούλομαι, ὦ Ἑρμόγενες.
415 ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, ἀκριβολογοῦ, μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος. ἔρχομαι γὰρ ἐπὶ τὴν κορυφὴν ὧν εἴρηκα, ἐπειδὰν μετὰ τέχνην μηχανὴν ἐπισκεψώμεθα. μηχανὴ γάρ μοι δοκεῖ τοῦ ἄνειν ἐπὶ πολὺ σημεῖον εἶναι· τὸ γὰρ μῆκος πρὸς τὸ πολὺ σημαίνει. ἐξ ἀμφοῖν οὖν τούτοιν ξύγκειται, μήκους τε καὶ τοῦ ἄνειν, τὸ ὄνομα ἡ μηχανή. Ἀλλ' ὅ περ νῦν δὴ εἶπον, ἐπὶ τὴν κορυφὴν δεῖ τῶν εἰρημένων ἐλθεῖν· ἀρετὴ γὰρ καὶ κακία ὅ τι βούλεται τὰ ὀνόματα ζητητέα. τὸ μὲν οὖν ἕτερον οὔπω καθορῶ, τὸ δ' ἕτερον δοκεῖ μοι κατάδηλον εἶναι· ξυμφωνεῖ γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν πᾶσιν. ἅτε γὰρ ἰόντων τῶν πραγμάτων, πᾶν τὸ κακῶς ἰὸν κακία ἂν εἴη· τοῦτο δὲ ὅταν ἐν ψυχῇ ᾖ, τὸ κακῶς ἰέναι ἐπὶ τὰ πράγματα, μάλιστα τὴν τοῦ ὅλου ἐπωνυμίαν ἔχει, τῆς κακίας. τὸ δὲ κακῶς ἰέναι ὅ τί ποτ' ἐστι, δοκεῖ μοι δηλοῦν καὶ ἐν τῇ δειλίᾳ, ὃ οὔπω διήλθομεν ἀλλ' ὑπερέβημεν, δέον αὐτὸ μετὰ τὴν ἀνδρίαν σκέψασθαι· δοκοῦμεν δέ μοι καὶ ἄλλα πολλὰ ὑπερβεβηκέναι. ἡ δ' οὖν δειλία τῆς ψυχῆς σημαίνει δεσμὸν εἶναι ἰσχυρόν· τὸ γὰρ λίαν ἰσχύς τίς ἐστι· δεσμὸς οὖν

So. Atqui et ipse, o Hermogenes, opto. verum ne exacta nimium discussione, vir felix, exquiras, ne vim meam prorsus exhaurias. Ascendam quippe ad supra dictorum apicem, postquam post artem consideraverimus mechanem, id est machinationem excogitationemque solertem. videtur autem significare idem quod multum pertingere et ascendere. componitur ergo ex his duobus, mechus, id est longe et multum, et aniti, id est ascendere, penetrare, pertingere. Sed, ut modo dicebam, ad summum dictorum perveniendum est: quaerendumque, quid nomina ista significent, arete, id est virtus, et cacia, id est pravitas. Alterum quidem nondum reperio: alterum patere videtur. nam superioribus omnibus consonat. nempe tanquam eant omnia, cacos ion, id est male vadens, cacia, id est pravitas erit. quare cum anima male ad res ipsas accedet, communiter prava dicetur. proprie vero ac maxime procedendi haec facultas in dilia, id est timiditate patet, quam nondum declaravimus; praetermisimus enim. oportebat autem continuo post fortitudinem ipsam inferre. multa insuper alia praeterisse videmur. dilia significat durum animae vinculum. desmos enim vinculum est. lian vero forte quiddam durumque significat. quare timiditas vehe-

ὃ λίαν καὶ ὁ μέγιστος τῆς ψυχῆς ἡ δειλία ἂν εἴη· ὥσπερ γε καὶ ἡ ἀπορία κακόν, καὶ πᾶν, ὡς ἔοικεν, ὅ τι ἂν ἐμποδὼν ᾖ τῷ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι. τοῦτ' οὖν φαίνεται τὸ κακῶς ἰέναι δηλοῦν τὸ ἰσχομένως τε καὶ ἐμποδιζομένως πορεύεσθαι, ὃ δὴ ψυχὴ ὅταν ἔχῃ, κακίας μεστὴ γίγνεται. εἰ δ' ἐπὶ τοιούτοις ἡ κακία ἐστὶ τοὔνομα, τοὐναντίον τούτου ἡ ἀρετὴ ἂν εἴη, σημαῖνον πρῶτον μὲν εὐπορίαν, ἔπειτα λελυμένην τὴν ῥοὴν τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς εἶναι ἀεί, ὥστε τὸ ἀσχέτως καὶ τὸ ἀκωλύτως ἀεὶ ῥέον ἐπωνυμίαν εἴληφεν, ὡς ἔοικε, τοῦτο τοὔνομα. ὀρθῶς μὲν ἔχει ἀειρείτην καλεῖν, ἴσως δὲ αἱρετὴν λέγει ὡς οὔσης ταύτης τῆς ἕξεως αἱρετωτάτης· ξυγκεκρότηται δὲ καὶ καλεῖται ἀρετή. καὶ ἴσως με αὖ φήσεις πλάττειν· ἐγὼ δέ φημι, εἴ περ ὃ ἔμπροσθεν εἶπον, ὀρθῶς ἔχει, ἡ κακία, καὶ τοῦτο τουνομα τὴν ἀρετὴν ὀρθῶς ἔχειν.

ΕΡΜ. Τὸ δὲ δὴ κακόν, δι' οὗ πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν εἴρηκας, τί ἂν νοοῖ τοὔνομα; 416

ΣΩ. Ἄτοπόν τι νὴ Δί' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ χαλεπὸν ξυμβαλεῖν. ἐπάγω οὖν καὶ τούτῳ ἐκείνην τὴν μηχανήν.

ΕΡΜ. Ποίαν ταύτην;

mens ac maximum est animae vinculum: quemadmodum et aporia, id est defectus, inopia, dubium, malum quiddam est, ac summatim quodcunque progressus ipsius impedimentum: idque male esse videtur ostendere, in ipsa videlicet motione impediri atque detineri. quod cum anima subit, pravitate plena dicitur. Quod si illud pravitatis nomen talibus quibusdam competit, contrarium ἀρετή, id est virtus, significabit. in primis quidem facultatem agilemque progressum, deinde solutum et expeditum animae bonae impetum esse oportet. Quamobrem absque impedimento obstaculoque ai rheon, id est semper fluens, iure cognominari posset airite. forte vero et haereten vocat quis, quia sit habitus iste haeretotatos, id est maxime eligendus. verum conciso vocabulo arete denominatur. Forsitan me fingere dices. ego autem assero, si modo nomen illud pravitatis, quod retuli, recte est inductum, recte quoque et istud virtutis nomen induci. *Herm.* At cacon, id est malum, per quod in superioribus multa dixisti, quid sibi vult? *So.* Extraneum quiddam per Iovem, ac inventu difficile. itaque ad hoc etiam machinamentum illud superius afferam. *Herm.* Quid istud?

ΣΩ. *Τὴν τοῦ βαρβαρικόν τι καὶ τοῦτο φάναι εἶναι.*

ΕΡΜ. *Καὶ ἔοικάς γε ὀρθῶς λέγοντι. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ταῦτα μὲν ἐῶμεν, τὸ δὲ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν πειρώμεθα ἰδεῖν, πῇ εὐλόγως ἔχει.*

ΣΩ. *Τὸ μὲν τοίνυν αἰσχρὸν καὶ δὴ κατάδηλόν μοι φαίνεται ὃ νοεῖ· καὶ τοῦτο γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν ὁμολογεῖται. τὸ γὰρ ἐμποδίζον καὶ ἴσχον τῆς ῥοῆς τὰ ὄντα λοιδορεῖν μοι φαίνεται διὰ παντὸς ὁ τὰ ὀνόματα θείς, καὶ νῦν τῷ ἀεὶ ἴσχοντι τὸν ῥοῦν τοῦτο τοὔνομα ἔθετο ἀεισχοροῦν· νῦν δὲ συγκροτήσαντες αἰσχρὸν καλοῦσιν.*

ΕΡΜ. *Τί δαὶ τὸ καλόν;*

ΣΩ. *Τοῦτο χαλεπώτερον κατανοῆσαι. καί τοι λέγουσί γε αὐτὸ ἁρμονίᾳ μόνον καὶ μήκει τοῦ οὖ παρῆκται.*

ΕΡΜ. *Πῶς δή;*

ΣΩ. *Τῆς διανοίας τις ἔοικεν ἐπωνυμία εἶναι τοῦτο τοὔνομα.*

ΕΡΜ. *Πῶς λέγεις;*

ΣΩ. *Φέρε, τί οἴει σὺ εἶναι τὸ αἴτιον κληθῆναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων; ἆρ' οὐκ ἐκεῖνο τὸ τὰ ὀνόματα θέμενον;*

So. Barbaricum quiddam et hoc esse dicam. *Herm.* Probe loqui videris. *So.* Ceterum haec iam, si placet, mittamus: nomina vero ista calon et aeschron, id est pulchrum et turpe, consideremus. Quid aeschron innuat, satis mihi patere videtur. nempe cum superioribus convenit. Videtur qui nomina statuit, passim agitationis impedimentum vituperare. ut ecce, ai ischonti rhun, id est semper impedienti fluxum, nomen dedit aischorum. nunc vero perstringentes aeschron appellant. *Herm.* Quid calon, id est pulchrum? *So.* Hoc cognitu difficilius: quanquam ipsum ita deducitur, ut harmoniae duntaxat et longitudinis gratia ipsum a sit productum. *Herm.* Quo pacto? *So.* Nomen istud cogitationis cognomentum quiddam esse videtur. *Herm.* Qui istud ais? *So.* Quam tu causam appellationis rei cuiusque censes? an non quod nomina tribuit?

ΕΡΜ. Πάντως που.

ΣΩ. Οὐκοῦν διάνοια ἂν εἴη τοῦτο ἤτοι θεῶν ἢ ἀνθρώπων ἢ ἀμφότερα.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ καλέσαν τὰ πράγματα καὶ τὸ καλὸν ταὐτόν ἐστι τοῦτο, διάνοια.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅσα μὲν ἂν νοῦς τε καὶ διάνοια ἐργάσηται, ταῦτά ἐστι τὰ ἐπαινετά, ἃ δὲ μή, ψεκτά.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τὸ οὖν ἰατρικὸν ἰατρικὰ ἐργάζεται καὶ τὸ τεκτονικὸν τεκτονικά; ἢ πῶς λέγεις;

ΕΡΜ. Οὕτως ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ τὸ καλὸν ἄρα καλά;

ΕΡΜ. Δεῖ γέ τοι.

ΣΩ. Ἔστι δέ γε τοῦτο, ὥς φαμεν, διάνοια;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρα φρονήσεως αὕτη ἡ ἐπωνυμία ἐστὶ τὸ καλὸν τῆς τὰ τοιαῦτα ἀπεργαζομένης, ἃ δὴ καλὰ φάσκοντες εἶναι ἀσπαζόμεθα.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τί οὖν ἡμῖν ἔτι λοιπὸν τῶν τοιούτων;

ΕΡΜ. Ταῦτα τὰ περὶ τὸ ἀγαθόν τε καὶ καλόν,

Herm. Omnino. *So.* Nonne causa haec cogitatio est, vel deorum vel hominum vel amborum? *Herm.* Nempe. *So.* Ergo calesan, id est quod vocat res, et calon idem ac cogitatio sunt. *Herm.* Apparet. *So.* Quaecunque mens et cogitatio agunt, laudanda sunt: quae non, vituperanda. *Herm.* Prorsus. *So.* Quod medicinae particeps, medicinae opera efficit: quod fabrilis artis, fabrilia. tu vero quid sentis? *Herm.* Idem. *So.* Pulchrum itaque pulchra? *Herm.* Decet. *So.* Est autem hoc, ut diximus, cogitatio. *Herm.* Maxime. *So.* Nomen itaque hoc calon, id est pulchrum, merito erit prudentiae cognomentum, talia quaedam agentis, qualia affirmantes pulchra esse, diligimus. *Herm.* Sic apparet. *So.* Quid ultra generis huius restat investigandum? *Herm.* Quae ad bonum et pulchrum spectant, conferentia vi-

ξυμφέροντά τε καὶ λυσιτελοῦντα καὶ ὠφέλιμα καὶ κερ-
417 δαλέα, καὶ τἀναντία τούτων.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μὲν ξυμφέρον ἤδη που κἂν σὺ εὕροις ἐκ τῶν πρότερον σκοπῶν· τῆς γὰρ ἐπιστήμης ἀδελφόν τι φαίνεται. οὐδὲν γὰρ ἄλλο δηλοῖ ἢ τὴν ἅμα φορὰν τῆς ψυχῆς μετὰ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ τοιούτου πραττόμενα συμφέροντά τε καὶ σύμφορα κεκλῆσθαι ἀπὸ τοῦ συμπεριφέρεσθαι.

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Τὸ δέ γε κερδαλέον ἀπὸ τοῦ κέρδους. κέρδος δὲ νῦ ἀντὶ τοῦ δέλτα ἀποδιδόντι ἐς τὸ ὄνομα δηλοῖ ὃ βούλεται· τὸ γὰρ ἀγαθὸν κατ' ἄλλον τρόπον ὀνομάζει. ὅτι γὰρ κεράννυται ἐς πάντα διεξιόν, ταύτην αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐπονομάζων ἔθετο τοὔνομα· δέλτα δ' ἐνθεὶς ἀντὶ τοῦ νῦ κέρδος ἐφθέγξατο.

ΕΡΜ. Λυσιτελοῦν δὲ τί δή;

ΣΩ. Ἔοικεν, ὦ Ἑρμόγενες, οὐχὶ καθά περ οἱ κάπηλοι αὐτῷ χρῶνται, ἐὰν τὸ ἀνάλωμα ἀπολύῃ, οὐ ταύτῃ λέγειν μοι δοκεῖ τὸ λυσιτελοῦν, ἀλλ' ὅτι τάχιστον ὂν τοῦ ὄντος ἵστασθαι οὐκ ἐᾷ τὰ πράγματα, οὐδὲ τέλος λαβοῦσαν τὴν φορὰν τοῦ φέρεσθαι στῆναί τε καὶ παύσασθαι, ἀλλ' ἀεὶ λύει αὐτῆς ἄν τι ἐπιχειρῇ

delicet, utilia, conducibilia, emolumenta, horumque contraria. *So.* Quid sympheron, id est conferens sit, ex superioribus ipse invenies. Nam nominis illius quod ad scientiam attinet, germanum quiddam apparet. nihil enim prae se fert aliud quam phoram, id est lationem animae simul cum rebus: quaeve hinc proveniunt, vocari sympheronta et symphora, id est conferentia, ex eo quod simul circumferuntur. *Herm.* Videtur. *So.* Cerdaleon autem, id est emolumentum, ab cerdus, id est lucro. cerdos vero, si quis n pro d nomini huic inserat, quod vult exprimit. nam bonum alio quodam modo nominat. quod enim omnibus immiscetur, diffusum per omnia, hanc ipsam eius vim significans nomen illud excogitavit, d pro n apponens, ac cerdos pronuntiavit. *Herm.* Quid autem lysitelun, id est utile? *So.* Videtur, o Hermogenes, non sicut caupones hoc utuntur, idcirco lysitelun vocari, quia analoma apolye, id est sumptus vitat et minuit: verum quia cum velocissimum sit, res stare non sinit, neque permittit lationem telos, id est finem progressionis accipere atque cessare, sed solvit semper ab illa fugatque,

τέλος ἐγγίγνεσθαι, καὶ παρέχει ἄπαυστον καὶ ἀθάνατον αὐτήν· ταύτῃ μοι δοκεῖ ἐπιφημίσαι τἀγαθὸν λυσιτελοῦν· τὸ γὰρ τῆς φορᾶς λύον τὸ τέλος λυσιτελοῦν καλέσαι. Ὠφέλιμον δέ, ξενικὸν τοὔνομα, ᾧ καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ κέχρηται, τῷ ὀφέλλειν· ἔστι δὲ τοῦτο τοῦ αὔξειν καὶ ποιεῖν ἐπωνυμία.

ΕΡΜ. Τὰ δὲ δὴ τούτων ἐναντία πῶς ἔχει ἡμῖν;

ΣΩ. Ὅσα μὲν ἀπόφησιν αὐτῶν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν δεῖ ταῦτα διεξιέναι.

ΕΡΜ. Ποῖα ταῦτα;

ΣΩ. Ἀξύμφορον καὶ ἀνωφελὲς καὶ ἀλυσιτελὲς καὶ ἀκερδές.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλὰ βλαβερόν γε καὶ ζημιῶδες.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε βλαβερὸν τὸ βλάπτον τὸν ῥοῦν εἶναι λέγει· τὸ δὲ βλάπτον αὖ σημαίνει βουλόμενον ἅπτειν· τὸ δὲ ἅπτειν καὶ δεῖν ταὐτόν ἐστι, τοῦτο δὲ πανταχοῦ ψέγει. τὸ βουλόμενον οὖν ἅπτειν ῥοῦν ὀρθότατα μὲν ἂν εἴη βουλαπτεροῦν, καλλωπισθὲν δὲ καλεῖσθαί μοι φαίνεται βλαβερόν.

ΕΡΜ. Ποικίλα γέ σοι, ὦ Σώκρατες, ἐκβαίνει τὰ

si quis terminus superveniat; ipsamque indesinentem immortalemque praebet. hac ratione bonum lysitelun vocatum arbitror. ipsum enim motionis lyon telos, id est solvens terminum, lysitelun vocari videtur. Ophelimum vero, id est conducibile, peregrinum nomen est, quo saepenumero Homerus est usus. est autem hoc augendi faciendique cognomentum. *Herm.* Quid de horum contrariis est dicendum? *So.* Quae per negationem istorum dicuntur, tractare nequaquam oportet. *Herm.* Quaenam ista? *So.* Asymphoron, anopheles, alysiteles, acerdes. *Herm.* Vera loqueris. *So.* Sed vlaveron et zemiodes, id est noxium et damnosum. *Herm.* Certe. *So.* Vlaveron quidem vlapton rhum esse dicit. *βλάπτον* autem significat *βουλόμενον ἅπτειν*, id est, quod vult aptin, id est impedire et coërcere, rhum, id est fluxum. hoc autem passim vituperat. quodque vult aptin rhum, recte vulapterum appellaretur. verum ornatus gratia vlaveron arbitror nominatum. *Herm.* Varia tibi suboriuntur, o Socrates, nomina. atqui mihi videris in

ὀνόματα. καὶ γὰρ νῦν μοι ἔδοξας ὥς περ τοῦ τῆς Ἀθηνάας νόμου προαύλιον στομαυλῆσαι, τοῦτο τοὔνομα προειπὼν τὸ βουλαπτεροῦν.

418 *ΣΩ. Οὐκ ἔγωγε, ὦ Ἑρμόγενες, αἴτιος, ἀλλ' οἱ θέμενοι τοὔνομα.*

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλὰ δὴ τὸ ζημιῶδες τί ἂν εἴη;

ΣΩ. Τί δ' ἂν εἴη ποτὲ ζημιῶδες; θέασαι, ὦ Ἑρμόγενες, ὡς ἐγὼ ἀληθῆ λέγω λέγων ὅτι προστιθέντες γράμματα καὶ ἐξαιροῦντες σφόδρα ἀλλοιοῦσι τὰς τῶν ὀνομάτων διανοίας, οὕτως ὥστε σμικρὰ πάνυ παραστρέφοντες ἐνίοτε τἀναντία ποιεῖν σημαίνειν, οἷον καὶ ἐν τῷ δέοντι· ἐνενόησα γὰρ αὐτὸ καὶ ἀνεμνήσθην ἄρτι ἀπὸ τοῦδε ὃ ἔμελλόν σοι ἐρεῖν, ὅτι ἡ μὲν νέα φωνὴ ἡμῖν ἡ καλὴ αὕτη καὶ τοὐναντίον περιέτρεψε μηνύειν τὸ δέον καὶ τὸ ζημιῶδες, ἀφανίζουσα ὅ τι νοεῖ, ἡ δὲ παλαιὰ ἀμφότερον δηλοῖ ὃ βούλεται τοὔνομα.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα καὶ τῷ δέλτα εὖ μάλα ἐχρῶντο, καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἵ περ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι. νῦν δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ ἰῶτα ἢ εἶ ἢ ἦτα

praesentia quasi Palladiae legis praeludium quoddam praecinuisse, dum nomen hoc vulapterum pronuntiares. *So.* Non ego in causa sum, Hermogenes, sed qui nomen ipsum instituerunt. *Herm.* Vera loqueris. verum zemiodes quid? *So.* Quid esse debeat zemiodes, dicam, Hermogenes: et vide quam vere loquar, quotiens dico quod addentes ac dementes literas longe nominum sensum variant, adeo ut saepe exiguum quid mutantes, contrariam significationem inducant. quod apparet hoc in nomine deon, id est opportunum. venit hoc mihi nuper in mentem, de eo quod dicturus sum cogitanti: Recens profecto vox ista nobis pulchra, coëgitque contrarium sonare nobis deon et zemiodes, sensum ipsum confundens vetus autem, quid nomen utrumque vult, explicat. *Herm.* Quid isthuc ais? *So.* Dicam equidem. Haud te praeterit, maiores nostros frequenter i et d uti solitos: nec rarius mulieres, quae maxime priscam vocem servant, nunc autem pro i vel ipsum e vel . . ad-

μεταστρέφουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ δέλτα ζῆτα, ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Οἷον οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν, οἱ δὲ νῦν ἡμέραν.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν ὅτι μόνον τοῦτο δηλοῖ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα τὴν διάνοιαν τοῦ θεμένου; ὅτι γὰρ ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἱμείρουσιν ἐκ τοῦ σκότους τὸ φῶς ἐγίγνετο, ταύτῃ ὠνόμασαν ἱμέραν.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Νῦν δέ γε τετραγῳδημένον οὐδ' ἂν κατανοήσαις ὅ τι βούλεται ἡ ἡμέρα. καί τοί τινες οἴονται, ὡς δὴ ἡ ἡμέρα ἥμερα ποιεῖ, διὰ ταῦτα ὠνομάσθαι αὐτὴν οὕτως.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Καὶ τό γε ζυγὸν οἶσθα ὅτι δυογὸν οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε ζυγὸν οὐδὲν δηλοῖ, τὸ δὲ τοῖν δυεῖν ἕνεκα τῆς δέσεως ἐς τὴν ἀγωγὴν ἐπωνόμασται δυογὸν δικαίως· νῦν δὲ ζυγόν. καὶ ἄλλα πάμπολλα οὕτως ἔχει.

hibent: pro d vero z, quasi haec magnificentius quiddam praeferant. *Herm.* Quo pacto? *So.* Ut ecce vetustissimi viri himeram diem vocabant: posteriores autem partim emeram, partim hoc himeram vocant. *Herm.* Vera haec sunt. *So.* Scis igitur, vetusto illo nomine tantum mentem eius qui nomen imposuit declarari. nam ex eo quod himirusin, id est desiderantibus hominibus gratulantibusque, e tenebris lumen emicuit, diem himeram cognominarunt. *Herm.* Apparet. *So.* Nunc autem ita more tragico decantatum est, ut quid sibi velit hemera, nequaquam intelligas. quanquam arbitrantur nonnulli himeram dici, quod himera, id est mansueta quaeque efficiat. *Herm.* Ita mihi videtur. *So.* Neque te fugit, veteres zygon, id est iugum, dyogon vocavisse. *Herm.* Plane. *So.* Enimvero zygon nihil aperit. at dyogon dyin agogen, id est duorum conductionem ligandi simul gratia, monstrat, idemque est de multis aliis iudicandum.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Κατὰ ταῦτα τοίνυν πρῶτον μὲν τὸ δέον οὕτω λεγόμενον τοὐναντίον σημαίνει πᾶσι τοῖς περὶ τὸ ἀγαθὸν ὀνόμασιν· ἀγαθοῦ γὰρ ἰδέα οὖσα τὸ δέον φαίνεται δεσμὸς εἶναι καὶ κώλυμα φορᾶς, ὥς περ ἀδελφὸν ὂν τοῦ βλαβεροῦ.

ΕΡΜ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες, οὕτω φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἐὰν τῷ ἀρχαίῳ ὀνόματι χρῇ, ὃ πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστιν ὀρθῶς κεῖσθαι ἢ τὸ νῦν, ἀλλ' ὁμολο-
419 γήσει τοῖς πρόσθεν ἀγαθοῖς, ἐὰν ἀντὶ τοῦ εἶ τὸ ἰῶτα ἀποδιδῷς, ὥς περ τὸ παλαιόν· διὸν γὰρ αὖ σημαίνει ἀλλ' οὐ δέον τἀγαθόν, ὅ περ ἀεὶ ἐπαινεῖ. καὶ οὕτως οὐκ ἐναντιοῦται αὐτὸς αὑτῷ ὁ τὰ ὀνόματα τιθέμενος, ἀλλὰ δέον καὶ ὠφέλιμον καὶ λυσιτελοῦν καὶ κερδαλέον καὶ ἀγαθὸν καὶ ξυμφέρον καὶ εὔπορον τὸ αὐτὸ φαίνεται, ἑτέροις ὀνόμασι σημαῖνον τὸ διακοσμοῦν καὶ ἰὸν πανταχοῦ, ἐγκεκωμιασμένον, τὸ δὲ ἴσχον καὶ δοῦν ψεγόμενον. καὶ δὴ καὶ τὸ ζημιῶδες, ἐὰν κατὰ τὴν ἀρχαίαν φωνὴν ἀποδῷς ἀντὶ τοῦ ζῆτα δέλτα, φανεῖταί σοι κεῖσθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τῷ δοῦντι τὸ ἰόν, ἐπονομασθὲν δημιῶδες.

Herm. Patet. *So.* Eadem ratione deon ita pronuntiatum contrarium nominum omnium quae ad bonum spectant ostendit. nam boni species existens deon, desmo , id est vinculum quoddam et impedimentum processionis esse videtur, tanquam vlaveru, id est noxii, affine quiddam. *Herm.* Ita maxime apparet, o Socrates. *So.* Verum non sic in nomine veteri: quod verisimilius est recte institutum fuisse, quam nostrum. nempe cum superioribus bonis consenties, si pro e i vetus restituas. neque enim deon, sed dion bonum illud significat, quod semper nominum laudat inventor. atque ita secum ipse non dissidet, immo ad idem spectant deon quasi dion, ophelimon, lysitelun, cerdaleon agathon. sympheron, euporon, id est facile ad progressum. universum hoc diversis nominibus innuit aliquid per omnia penetrans omniaque perornans, idque ubique laudatum. quod vero obstat et detinet, improbatum. Quin etiam in nomine hoc zemiodes, si veterum more d pro z posueris, apparebit tibi nomen istud donti ion, id est liganti sistentique quod pergit, impositum, unde et demiodes cognominandum.

ΕΡΜ. Τί δαὶ δὴ ἡδονὴ καὶ λύπη καὶ ἐπιθυμία καὶ τὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ πάνυ χαλεπά μοι φαίνεται, ὦ Ἑρμόγενες. ἥ τε γὰρ ἡδονή, ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν ἔοικε τείνουσα πρᾶξις τοῦτο ἔχειν τοὔνομα — τὸ δέλτα δὲ ἔγκειται, ὥςτε ἡδονὴ ἀντὶ ἡονῆς καλεῖται —· ἥ τε λύπη ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος ἔοικεν ἐπονομασθῆναι, ἣν ἐν τούτῳ τῷ πάθει ἴσχει τὸ σῶμα. καὶ ἥ γε ἀνία τὸ ἐμποδίζον τοῦ ἰέναι. ἡ δὲ ἀλγηδὼν ξενικόν τι φαίνεταί μοι, ἀπὸ τοῦ ἀλγεινοῦ ὠνομασμένον. ὀδύνη δὲ ἀπὸ τῆς ἐνδύσεως τῆς λύπης κεκλημένη ἔοικεν. ἀχθηδὼν δέ, καὶ παντὶ δῆλον ἀπεικασμένον τὸ ὄνομα τῷ τῆς φορᾶς βάρει. χαρὰ δὲ τῇ διαχύσει καὶ εὐπορίᾳ τῆς ῥοῆς τῆς ψυχῆς ἔοικε κεκλημένη. τέρψις δὲ ἀπὸ τοῦ τερπνοῦ· τὸ δὲ τερπνὸν ἀπὸ τῆς διὰ τῆς ψυχῆς ἕρψεως πνοῇ ἀπεικασθὲν κέκληται, ἐν δίκῃ μὲν ἂν ἕρπνουν καλούμενον, ὑπὸ χρόνου δὲ τερπνὸν παρηγμένον. εὐφροσύνη δὲ οὐδὲν προςδεῖται τοῦ διότι ῥηθῆναι· παντὶ γὰρ δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ εὖ τοῖς πράγμασι

Herm. Quid hidone, lype, epithymia, voluptas scilicet, dolor, cupiditas, Socrates, et huius generis reliqua? *So.* Haud nimis obscura mihi videntur, Hermogenes. Hidone, id est voluptas, siquidem actionis illius nomen est, quae ad onisim, id est utilitatem emolumentumque tendit. d vero adiectum facit, ut pro eo quod est ionisis, hidone proferatur. Lype, id est dolor, a dialyseos, id est dissolutione corporis, trahi videtur. nam in huiusmodi passione corpus dissolvitur. Ania, id est tristitia, quod impedit ienae, id est ire, demonstrat. Algedon, id est cruciadus, peregrinum nomen videtur, ab alginu dictum. Odine, id est dolor et afflictio, ab endyseos, id est ingressione doloris denominatur. *Herm.* Videtur. *So.* Achthedon, id est moeror languorque, lationis gravedinem tarditatemque significat. achthos enim onus est: ion vero pergens. Chara vero, id est laetitia gaudiumque, a diachyseos, id est profusione, et euporias, id est facilitate, rhoes, id est motionis animae, dicitur. Terpis, id est delectatio, ab terpnu, id est oblectamento ducitur. terpnon autem a pnoi, id est inspiratione delectationis in animam. quare merito vocaretur empnum, id est inspirans. temporis autem intervallo ad terpnon deventum est. Euphrosyne, id est hilaritas et alacritas, quam ob causam dicatur, assignare nihil opus. nam cuique patet hoc nomen trahi ab eo quod dicitur eu, id

τιτυποῦν ἀλλ', ὥς περ λέγω, εἶκον τῷ ἰόντι δεδηλωμένον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ὀνόματι, τῷ κατὰ τὴν βούλησιν γιγνομένῳ· τὸ δὲ ἀναγκαῖον καὶ ἀντίτυπον, παρὰ τὴν βούλησιν ὄν, τὸ περὶ τὴν ἁμαρτίαν ἂν εἴη καὶ ἀμαθίαν, ἀπείκασται δὲ τῇ κατὰ τὰ ἄγκη πορείᾳ, ὅτι δύςπορα καὶ τραχέα καὶ λάσια ὄντα ἴσχει τοῦ ἰέναι. ἐντεῦθεν οὖν ἴσως ἐκλήθη ἀναγκαῖον, τῇ διὰ τοῦ ἄγκους ἀπεικασθὲν πορείᾳ. Ἕως δὲ πάρεστιν ἡ ῥώμη, μὴ ἀνιῶμεν αὐτήν. ἀλλὰ καὶ σὺ μὴ ἀνίει, ἀλλὰ ἐρώτα.

ΕΡΜ. Ἐρωτῶ δὴ τὰ μέγιστα καὶ τὰ κάλλιστα, τὴν
421 τε ἀλήθειαν καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ὂν καὶ αὐτὸ τοῦτο περὶ ὃ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐστίν, ὄνομα, διότι τὸ ὄνομα ἔχει.

ΣΩ. Μαίεσθαι οὖν καλεῖς τι;

ΕΡΜ. Ἔγωγε, τό γε ζητεῖν.

ΣΩ. Ἔοικε τοίνυν ἐκ λόγου ὀνόματι συγκεκροτημένῳ, λέγοντος ὅτι τοῦτ' ἐστὶν ὄν, οὗ τυγχάνει ζήτημα, τὸ ὄνομα. μᾶλλον δὲ ἂν αὐτὸ γνοίης ἐν ᾧ λέγομεν τὸ ὀνομαστόν· ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς λέγει τοῦτο εἶναι ὄν, οὗ μάσμα ἐστίν. ἡ δ' ἀλήθεια, καὶ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἔοικε συγκεκροτῆσθαι· ἡ γὰρ θεία τοῦ ὄν-

siquidem nomine declaratur icon ionti, id est cedens eunti, quodve ex voluntate perficitur. Anancaeon vero, id est necessarium et obsistens, cum praeter voluntatem sit, circa errorem inscitiamque versabitur. describitur autem ex processu secundum necessitatem, quoniam invia, aspera, densa incessum prohibent. unde anancaeon dictum est, quasi per ancus ion, id est per vallem vadens. Quousque vero viget robur, ne deseramus. quamobrem interroga amabo, neque desistas. *Herm.* Ecce, rogo quae maxima sunt et pulcherrima: alethiam, id est veritatem, et pseudos, id est mendacium, et on, id est ens, et quare id quo de hic agimus, onoma, id est nomen, dicitur. *So.* Quid vocas maiesthae? *Herm.* Voco equidem inquirere. *So.* Videtur nomen hoc ex sermone illo conflatum, quo dicitur on, id est ens esse, cuius nomen inquisitio est. Quod clarius certe comprehendes in eo quod dicimus onomaston, id est nominandum. hic enim exprimitur nomen quid sit, entis videlicet inquisitio. Alethia vero, sicut et alia, componi videtur.

τος φορᾷ ἔοικε προςειρῆσθαι τούτῳ τῷ ῥήματι, τῇ ἀληθείᾳ, ὡς θεία οὖσα ἄλη. τὸ δὲ ψεῦδος τοὐναντίον τῇ φορᾷ· πάλιν γὰρ αὖ λοιδορούμενον ἥκει τὸ ἰσχόμενον καὶ τὸ ἀναγκαζόμενον ἡσυχάζειν, ἀπείκασται δὲ τοῖς καθεύδουσι· τὸ ψῖ δὲ προςγενόμενον ἐπικρύπτει τὴν βούλησιν τοῦ ὀνόματος. τὸ δὲ ὂν καὶ ἡ οὐσία ὁμολογεῖ τῷ ἀληθεῖ, τὸ ἰῶτα ἀπολαβόν· ἰὸν γὰρ σημαίνει, καὶ τὸ οὐκ ὂν αὖ, ὥς τινες καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ οὐκὶ ὄν.

ΕΡΜ. Ταῦτα μέν μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἀνδρείως πάνυ διακεκροτηκέναι. εἰ δέ τίς σε ἔροιτο τοῦτο τὸ ἰὸν καὶ τὸ ῥέον καὶ τὸ δοῦν, τίνα ἔχει ὀρθότητα ταῦτα τὰ ὀνόματα.

ΣΩ. Τί ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμεθα λέγεις; ἦ γάρ;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἓν μὲν τοίνυν ἄρτι που ἐπορισάμεθα, ὥστε δοκεῖν τι λέγειν ἀποκρινόμενοι.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον τοῦτο;

ΣΩ. Φάναι, ὃ ἂν μὴ γιγνώσκωμεν, βαρβαρικόν τι τοῦτ' εἶναι. εἴη μὲν οὖν ἴσως ἄν τι τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοιοῦτον αὐτῶν, εἴη δὲ κἂν ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι· διὰ γὰρ τὸ πανταχῇ

nam divina eius quod est latio nomine hoc includitur alethia, quasi existens thia ale, id est divina quaedam vagatio. pseudos autem contrarium motionis. rursus hic vituperatur agitationis obstaculum, quodve sistere cogit. nam a catheudo, id est dormio, ducitur. ps vero adiectum sensum nominis occulit. On vero et usia, id est ens et essentia, cum alethia, id est veritate, congruunt, si i apponatur. nam ion, id est vadens, significat. At ucon, id est non ens, quidam nominant ucion, id est non vadens. *Herm.* Haec mihi videris, o Socrates, fortiter admodum discussisse. Verum si quis te percontetur, quae sit recta istorum interpretatio, quae dicuntur ion, id est vadens, rheon, id est fluens, dun, id est ligans ac detinens, quid illi potissimum respondebimus? habesne? *So.* Habeo equidem. profecto nuper succurrit nobis aliquid, cuius responsione quicquam videamur afferre. *Herm.* Quale istud? *So.* Ut quod minime cognoscimus, barbaricum esse dicamus. forte enim partim re vera talia sunt. forte vero partim ac praesertim nomina prima temporum confusione inscrutabilia. Etenim cum passim vocabula

στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέροι.

ΕΡΜ. Καὶ οὐδέν γε ἀπὸ τρόπου λέγεις.

ΣΩ. Λέγω γὰρ οὖν εἰκότα. οὐ μέντοι μοι δοκεῖ προφάσεις ἀγὼν εἰςδέχεσθαι, ἀλλὰ προθυμητέον αὐτὰ διασκέψασθαι. ἐνθυμηθῶμεν δέ, εἴ τις ἀεί, δι' ὧν ἂν λέγηται τοὔνομα, ἐκεῖνα ἀνερήσεται τὰ ῥήματα, καὶ αὖθις αὖ δι' ὧν ἂν τὰ ῥήματα λεχθῇ, ἐκεῖνα πεύσεται, καὶ τοῦτο μὴ παύσεται ποιῶν, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τελευτῶντα ἀπειπεῖν τὸν ἀποκρινόμενον;

422 ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Πότε οὖν ἀπειπὼν ὁ ἀπαγορεύων δικαίως παύοιτ' ἄν; ἆρ' οὐκ ἐπειδὰν ἐπ' ἐκείνοις γένηται τοῖς ὀνόμασιν, ἃ ὡςπερεὶ στοιχεῖα τῶν ἄλλων ἐστὶ καὶ λόγων καὶ ὀνομάτων; ταῦτα γάρ που οὐκέτι δίκαιον φανῆναι ἐξ ἄλλων ὀνομάτων ξυγκείμενα, ἂν οὕτως ἔχῃ. οἷον νῦν δὴ τἀγαθὸν ἔφαμεν ἐκ τοῦ ἀγαστοῦ καὶ ἐκ τοῦ θοοῦ ξυγκεῖσθαι· τὸ δὲ θοὸν ἴσως φαῖμεν ἂν ἐξ ἑτέρων, ἐκεῖνα δὲ ἐξ ἄλλων. ἀλλ' ἐάν ποτέ γε λάβωμεν ὃ οὐκέτι ἔκ τινων ἑτέρων ξύγκειται ὀνομάτων,

distrahantur, nihil mirum esset, si prisca lingua cum nostra collata nihilo a barbarica voce differret. *Herm.* Haud alienum est a ratione quod dicis. *So.* Consentanea quidem affero. non tamen iccirco certamen excusationem videtur admittere. Sed conemur ista disquirere, atque ita consideremus: si quis semper verba illa, per quae nomen dicitur, quaereret, rursusque illa, per quae dicuntur verba, sciscitaretur, pergeretque ita perquirere: nonne qui respondet, defagitari tandem et renuere cogeretur? *Herm.* Mihi sane videtur. *So.* Quando itaque qui responsum denegat, merito cessabit? an non postquam ad nomina illa pervenerit, quae ceterorum sunt et sermonum et nominum elementa? haec utique si elementa sunt, ex aliis nominibus composita videri non debent. quemadmodum supra agathon, id est bonum, diximus ex agastu, id est iucundo amabilique, et thou, id est veloci, compositum. thoon rursus ex aliis constare dicemus, illaque ex aliis. sed postquam ad id pervenerimus, quod ultra ex aliis nominibus non constituitur,

δικαίως ἂν φαῖμεν ἐπὶ στοιχείῳ τε ἤδη εἶναι καὶ οὐκέτι τοῦτο ἡμᾶς δεῖν εἰς ἄλλα ὀνόματα ἀναφέρειν.

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖς ὀρθῶς λέγειν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ νῦν ἃ ἐρωτᾷς τὰ ὀνόματα, στοιχεῖα ὄντα τυγχάνει, καὶ δεῖ αὐτῶν ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἤδη τὴν ὀρθότητα ἐπισκέψασθαι ἥ τις ἐστιν;

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Εἰκὸς δῆτα, ὦ Ἑρμόγενες· πάντα γοῦν φαίνεται τὰ ἔμπροσθεν εἰς ταῦτ' ἀνεληλυθέναι. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει ὥς ἐμοὶ δοκεῖ ἔχειν, δεῦρο αὖ συνεπίσκεψαι μετ' ἐμοῦ, μή τι παραληρήσω λέγων οἵαν δεῖ τὴν τῶν πρώτων ὀνομάτων ὀρθότητα εἶναι.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον, ὡς ὅσον γε δυνάμεως παρ' ἐμοί ἐστι, συνεπισκέψομαι.

ΣΩ. Ὅτι μὲν τοίνυν μία γέ τις ἡ ὀρθότης παντὸς ὀνόματος καὶ πρώτου καὶ ὑστάτου, καὶ οὐδὲν διαφέρει τῷ ὄνομα εἶναι οὐδὲν αὐτῶν, οἶμαι καὶ σοὶ ξυνδοκεῖν.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὧν γε νῦν διεληλύθαμεν τῶν ὀνομάτων ἡ ὀρθότης τοιαύτη τις ἐβούλετο εἶναι, οἵα δηλοῦν οἷον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων.

ΚΡ. Ἐμέ γε.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὸ εἶναι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἐκ προτέρων ξυγκείμενα, τὰ δὲ πρῶτα, οὐ καλῶς σοι δοκεῖ λέγεσθαι;

ΚΡ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὰ πρῶτα εἰ μέλλει δηλώματά τινων γίγνεσθαι, ἔχεις τινὰ καλλίω τρόπον τοῦ δηλώματα αὐτὰ γενέσθαι ἄλλον, ἢ αὐτὰ ποιῆσαι ὅτι μάλιστα τοιαῦτα οἷα ἐκεῖνα ἃ δεῖ δηλοῦν αὐτά; ἢ ὅδε μᾶλλόν σε ἀρέσκει ὁ τρόπος ὃν Ἑρμογένης λέγει καὶ ἄλλοι πολλοί, τὸ ξυνθήματα εἶναι τὰ ὀνόματα καὶ δηλοῦν τοῖς ξυνθεμένοις, προειδόσι δὲ τὰ πράγματα, καὶ εἶναι ταύτην ὀρθότητα ὀνόματος, ξυνθήκην, διαφέρειν δὲ οὐδέν, ἐάν τέ τις συνθῆται ὥς περ νῦν ξύγκειται, ἐάν τε καὶ τοὐναντίον ἐπὶ μὲν ᾧ νῦν σμικρόν, μέγα

quod non rectum est, neque recte nomen est institutum. sicne, an aliter, dicimus? *Crat.* Nihil est, o Socrates, ut arbitror, contendendum: neque enim mihi placet, ut nomen quidem esse dicatur, non tamen recte positum. *So.* Utrum hoc tibi non placet, quod nomen rei ipsius declaratio sit? *Crat.* Placet. *So.* At vero nomina partim ex primis constituta esse, partim esse prima, non probe dictum putas? *Crat.* Probe. *So.* Enimvero prima si quorundam declarationes esse debent, habesne modum commodiorem quo id fiat, quam si talia fiant, qualia illa sunt quae declarari volumus? an modus iste potius tibi placet, quem Hermogenes aliique plurimi tradunt, quod videlicet nomina conventiones quaedam sint, iis qui ita constituerunt ac res ipsas praecognovere, aliquid referentes; rectaque nominis ratio in conventione consistat: neque intersit, utrum quis ita ut nunc statutum est decernat, an contra: ut videlicet o, quod nunc o parvum vocatur, o magnum cognominetur; o vero quod modo o magnum, o par-

καλεῖν, ἐπὶ δὲ ᾧ μέγα, σμικρόν; πότερός σε ὁ τρόπος ἀρέσκει;

434 ΚΡ. Ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, τὸ ὁμοιώματι δηλοῦν ὅ τι ἄν τις δηλοῖ, ἀλλὰ μὴ τῷ ἐπιτυχόντι.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις. οὐκοῦν εἴ περ ἔσται τοὔνομα ὅμοιον τῷ πράγματι, ἀναγκαῖον πεφυκέναι τὰ στοιχεῖα ὅμοια τοῖς πράγμασιν, ἐξ ὧν τὰ πρῶτα ὀνόματά τις ξυνθήσει. ὧδε δὲ λέγω· ἆρά ποτ᾽ ἄν τις ξυνέθηκεν ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ζωγράφημα ὅμοιόν τῳ τῶν ὄντων, εἰ μὴ φύσει ὑπῆρχε φαρμακεῖα ὅμοια ὄντα, ἐξ ὧν ξυντίθεται τὰ ζωγραφούμενα, ἐκείνοις ἃ μιμεῖται ἡ γραφική; ἢ ἀδύνατον;

ΚΡ. Ἀδύνατον.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὡσαύτως καὶ ὀνόματα οὐκ ἄν ποτε ὅμοια γένοιτο οὐδενί, εἰ μὴ ὑπάρξει ἐκεῖνα πρῶτον ὁμοιότητά τινα ἔχοντα, ἐξ ὧν ξυντίθεται τὰ ὀνόματα, ἐκείνοις ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα μιμήματα; ἔστι δέ, ἐξ ὧν συνθετέον, στοιχεῖα;

ΚΡ. Ναί.

ΣΩ. Ἤδη τοίνυν καὶ σὺ κοινώνει τοῦ λόγου οὗ περ ἄρτι Ἑρμογένης. φέρε, καλῶς σοι δοκοῦμεν λέ-

vum dicatur? uter istorum magis tibi modus placet? *Crat.* Praestat omnino, o Socrates, similitudine referre quod quis ostendere vult, quam quovis alio. *So.* Scite loqueris. Nonne, si nomen rei simile est, necesse est elementa ex quibus prima nomina componuntur, natura ipsa rebus esse similia. Sic autem dico: an aliquis quandoque picturam, quam supra diximus, rei cuiusquam similem effinxisset, nisi colores ipsi quibus constat imago, essent natura rei illius similes, quam pictoris studium imitatur? an non impossibile? *Crat.* Impossibile plane. *So.* Eadem ratione nomina ipsa nunquam alicuius similia fierent, nisi illa quibus nomina componuntur, similitudinem aliquam haberent earum rerum, quarum nomina imitationes sunt. Ea vero quibus constant nomina, elementa sunt. *Crat.* Sane. *So.* Iam tu sermonis eius esto particeps, cuius nuper Hermogenes. An recte dicere tibi visi

γειν ὅτι τὸ ῥῶ τῇ φορᾷ καὶ κινήσει καὶ σκληρότητι προςέοικεν, ἢ οὐ καλῶς;

ΚΡ. Καλῶς ἔμοιγε.

ΣΩ. Τὸ δὲ λάβδα τῷ λείῳ καὶ μαλακῷ καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν;

ΚΡ. Ναί.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν ὅτι ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἡμεῖς μέν φαμεν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρότηρ;

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πότερον οὖν τό τε ῥῶ καὶ τὸ σῖγμα ἔοικεν ἀμφοτέρω τῷ αὐτῷ, καὶ δηλοῖ ἐκείνοις τε τὸ αὐτὸ τελευτῶντος τοῦ ῥῶ καὶ ἡμῖν τοῦ σῖγμα, ἢ τοῖς ἑτέροις ἡμῶν οὐ δηλοῖ;

ΚΡ. Δηλοῖ μὲν οὖν ἀμφοτέροις.

ΣΩ. Πότερον ᾗ ὅμοια τυγχάνει ὄντα τὸ ῥῶ καὶ τὸ σῖγμα, ἢ ᾗ μή;

ΚΡ. Ἧι ὅμοια.

ΣΩ. Ἦ οὖν ὅμοιά ἐστι πανταχῇ;

ΚΡ. Πρός γε τὸ ἴσως φορὰν δηλοῦν.

ΣΩ. Ἦ καὶ τὸ λάβδα ἐγκείμενον οὐ τὸ ἐναντίον δηλοῖ σκληρότητος;

ΚΡ. Ἴσως γὰρ οὐκ ὀρθῶς ἔγκειται, ὦ Σώκρατες, ὥς περ καὶ ἃ νῦν δὴ σὺ πρὸς Ἑρμογένην ἔλεγες ἐξαι-

sumus, quod ipsum r lationi, motui, asperitati congruit? *Crat.* Recte mihi quidem. *So.* Ipsum autem l leni et molli ac ceteris quae narravimus? *Crat.* Profecto. *So.* Scisne quod idem, id est asperitatem ipsam nos quidem sclerotes vocamus, Eretrienses vero scleroter? *Crat.* Utique. *So.* Utrum ambo haec, r et s, eiusdem similia sunt, idemque ostendunt tam illis per ipsius r determinationem quam nobis per s novissimum: vel quibusdam nostrum nihil referunt? *Crat.* Utrisque plane demonstrant. *So.* Utrum quatenus similia sunt r et s, vel quatenus dissimilia? *Crat.* Quatenus similia. *So.* Nunquid penitus similia sunt? Ad lationem aeque significandam. Quin et ipsum l iniectum, cur non contrarium asperitatis ipsius significat? *Crat.* Forte non recte iniectum est, o Socrates, quemadmodum ea quae tu in superioribus cum Hermogene isto-

ῥῶν τε καὶ ἐντιθεὶς γράμματα οὗ δέοι· καὶ ὀρθῶς ἐδόκεις ἔμοιγε. καὶ νῦν ἴσως ἀντὶ τοῦ λάβδα ῥῶ δεῖ λέγειν.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. τί οὖν; νῦν ὡς λέγομεν, οὐδὲν μανθάνομεν ἀλλήλων, ἐπειδάν τις φῇ σκληρόν, οὐδὲ οἶσθα σὺ νῦν ὅ τι ἐγὼ λέγω;

ΚΡ. Ἔγωγε, διά γε τὸ ἔθος, ὦ φίλτατε.

ΣΩ. Ἔθος δὲ λέγων οἴει τι διάφορον λέγειν ξυνθήκης; ἢ ἄλλο τι λέγεις τὸ ἔθος ἢ ὅτι ἐγὼ ὅταν τοῦτο φθέγγωμαι διανοοῦμαι ἐκεῖνο, σὺ δὲ γιγνώσκεις ὅτι ἐκεῖνο διανοοῦμαι; οὐ τοῦτο λέγεις;

ΚΡ. Ναί.

435 ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ γιγνώσκεις ἐμοῦ φθεγγομένου, δήλωμά σοι γίγνεται παρ' ἐμοῦ;

ΚΡ. Ναί.

ΣΩ. Ἀπὸ τοῦ ἀνομοίου γε ἢ ὃ διανοούμενος φθέγγομαι, εἴπερ τὸ λάβδα ἀνόμοιόν ἐστι τῇ ἣ φῂς σὺ σκληρότητι. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, τί ἄλλο ἢ αὐτὸς σαυτῷ ξυνέθου καί σοι γίγνεται ἡ ὀρθότης τοῦ ὀνόματος ξυνθήκη, ἐπειδή γε δηλοῖ καὶ τὰ ὅμοια καὶ τὰ ἀνόμοια γράμματα, ἔθους τε καὶ ξυνθήκης τυχόντα. εἰ δ' ὅτι μάλιστα μή ἐστι τὸ ἔθος ξυνθήκη, οὐκ ἂν καλῶς

tractabas, dum et auferebas et inferebas literas ubi maxime oportebat. ac recte mihi facere videbaris. et nunc forte pro l r apponendum est. *So.* Probe loqueris. Quid vero nunc, ut loquimur, nihil percipimus invicem, quando quis scleron pronuntiat? neque tu quid nunc ego dicam, intelligis? *Crat.* Intelligo equidem propter consuetudinem. *So.* O vir lepidissime, cum consuetudinem dicis, quid aliud praeter conventionem dicere putas? an aliud consuetudinem vocas, quam quod ego cum id pronuntio, illud cogito: tu quoque quod ipse cogitem, percipis? non hoc dicis? *Crat.* Hoc ipsum. *So.* Si id me pronuntiante cognoscis, per me tibi fit declaratio. ex dissimili videlicet eius quod ipse cogitans profero: quandoquidem ipsum l dissimile est eius quod tu scleroteta, id est asperitatem, vocas. si hoc ita se habet, profecto ipse ad id te ipsum assuefacis, et ex hac conventione rectam tibi nominis rationem proponis. postquam tibi idem tam dissimiles quam similes literae repraesentant, propter ipsum consuetudinis et conventionis accessum. Sin autem consuetudo conventio minime sit, haud adhuc recte dici

ἔτι ἔχοι λέγειν τὴν ὁμοιότητα δήλωμα εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἔθος· ἐκεῖνο γάρ, ὡς ἔοικε, καὶ ὁμοίῳ καὶ ἀνομοίῳ δηλοῖ. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ξυγχωροῦμεν, ὦ Κρατύλε, τὴν γὰρ σιγήν σου ξυγχώρησιν θήσω, ἀναγκαῖόν που καὶ ξυνθήκην τι καὶ ἔθος ξυμβάλλεσθαι πρὸς δήλωσιν ὧν διανοούμενοι λέγομεν, ἐπεί, ὦ βέλτιστε, εἰ θέλεις ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν ἐλθεῖν, πόθεν οἴει ἕξειν ὀνόματα ὅμοια ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἀριθμῶν ἐπενεγκεῖν, ἐὰν μὴ ἐᾷς τι τὴν σὴν ὁμολογίαν καὶ ξυνθήκην κῦρος ἔχειν τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος πέρι; ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ αὐτῷ ἀρέσκει μὲν κατὰ τὸ δυνατὸν ὅμοια εἶναι τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν· ἀλλὰ μὴ ὡς ἀληθῶς, τὸ τοῦ Ἑρμογένους, γλίσχρα ᾖ ἡ ὁλκὴ αὕτη τῆς ὁμοιότητος, ἀναγκαῖον δὲ ᾖ καὶ τῷ φορτικῷ τούτῳ προσχρῆσθαι, τῇ ξυνθήκῃ, εἰς ὀνομάτων ὀρθότητα, ἐπεὶ ἴσως κατά γε τὸ δυνατὸν κάλλιστ᾽ ἂν λέγοιτο, ὅταν ἢ πᾶσιν ἢ ὡς πλείστοις ὁμοίοις λέγηται, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ προσήκουσιν, αἴσχιστα δὲ τοὐναντίον. τόδε δέ μοι ἔτι εἰπὲ μετὰ ταῦτα, τίνα ἡμῖν δύναμιν ἔχει τὰ ὀνόματα καὶ τί φῶμεν αὐτὰ καλὸν ἀπεργάζεσθαι;

poterit, similitudinem esse declarationem: immo consuetudinem dicere oportebit. Siquidem ex similitudine et dissimilitudine consuetudo declarat. His utique concessis, o Cratyle, (nempe silentium tuum pro concessione ponam) necesse est, consuetudinem aliquid conventionemque coniicere conferreque ad eorum quae sentimus et loquimur expressionem. nam si velis, optime vir, ad numerorum considerationem descendere, quo pacto speras, adeo propria reperturum te nomina, ut singulis numeris simile nomen attribuas, si non permiseris, concessionem tuam conventionemque auctoritatem aliquam circa nominum rationem habere? Mihi quidem et illud placet, ut nomina, quoad fieri potest, rebus similia sint. Vereor tamen, ne forte, ut dicebat Hermogenes, zeuina quodammodo sit istius similitudinis usurpatio, cogamurque et onerosa hac re, conventione videlicet, uti ad rectam nominum rationem: quoniam tunc forte pro viribus optime diceretur, cum vel omnino vel maxima ex parte similibus, id est convenientibus, diceremus: turpissime vero cum contra. Hoc autem post haec insuper mihi dicas: Quam nobis vim habent nomina, quidve pulchrum per haec effici nobis asserimus?

ΚΡ. Διδάσκειν ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, καὶ τοῦτο πάνυ ἁπλοῦν εἶναι, ὃς ἂν τὰ ὀνόματα ἐπίστηται, ἐπίστασθαι καὶ τὰ πράγματα.

ΣΩ. Ἴσως γάρ, ὦ Κρατύλε, τὸ τοιόνδε λέγεις, ὡς ἐπειδάν τις εἰδῇ τὸ ὄνομα οἷόν ἐστιν — ἔστι δὲ οἷόν περ τὸ πρᾶγμα — εἴσεται δὴ καὶ τὸ πρᾶγμα, ἐπεί περ ὅμοιον τυγχάνει ὂν τῷ ὀνόματι, τέχνη δὲ μία ἄρ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ πάντων τῶν ἀλλήλοις ὁμοίων. κατὰ τοῦτο δή μοι δοκεῖς λέγειν ὡς ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα.

ΚΡ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ἔχε δή, ἴδωμεν τίς ποτ' ἂν εἴη ὁ τρόπος οὗτος τῆς διδασκαλίας τῶν ὄντων, ὃν σὺ λέγεις νῦν, καὶ πότερον ἔστι μὲν καὶ ἄλλος, οὗτος μέντοι βελτίων, ἢ οὐδ' ἔστιν ἄλλος ἢ οὗτος. ποτέρως οἴει;

436 *ΚΡ.* Οὕτως ἔγωγε, οὐ πάνυ τι εἶναι ἄλλον, τοῦτον δὲ καὶ μόνον καὶ βέλτιστον.

ΣΩ. Πότερον δὲ καὶ εὕρεσιν τῶν ὄντων τὴν αὐτὴν ταύτην εἶναι, τὸν τὰ ὀνόματα εὑρόντα κἀκεῖνα εὑρηκέναι ὧν ἐστι τὰ ὀνόματα; ἢ ζητεῖν μὲν καὶ εὑρίσκειν ἕτερον δεῖν τρόπον, μανθάνειν δὲ τοῦτον;

Crat. Docere mihi quidem nomina videntur, o Socrates: idque simpliciter asserendum, quod quisquis nomina scit, et res itidem sciat. *So.* Forte, o Cratyle, tale quiddam dicis, quod cum noverit aliquis quale sit nomen, (est autem tale qualis et res existit) rem quoque ipsam agnoscet, quandoquidem nominis est res similis. ars autem una eademque est omnium inter se similium. Hac ratione inductus dixisse videris, quod quisquis nomina cognoscit, res quoque ipsas agnoscet. *Crat.* Vera loqueris. *So.* Age, videamus quis modus docendarum rerum iste sit, quem ipse nunc dicis: et utrum alius praeterea sit, hic tamen potior habeatur: vel alius praeter hunc nullus. utrum istorum potius arbitraris? *Crat.* Hoc certe, quod nullus videlicet alius sit; sed hic solus et optimus. *So.* Utrum vero et res ipsas ita reperiri censes, ut quicunque nomina reperit, ea quoque quorum nomina sunt, inveniat? an quaerendum potius alium modum quendam, istumque discendum?

ΚΡ. Πάντων μάλιστα καὶ ζητεῖν καὶ εὑρίσκειν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον κατὰ ταὐτά.

ΣΩ. Φέρε δή, ἐννοήσωμεν, ὦ Κρατύλε, εἴ τις ζητῶν τὰ πράγματα, ἀκολουθοῖ τοῖς ὀνόμασι, σκοπῶν οἷον ἕκαστον βούλεται εἶναι, ἆρ' ἐννοεῖς ὅτι οὐ σμικρὸς κίνδυνός ἐστιν ἐξαπατηθῆναι;

ΚΡ. Πῶς;

ΣΩ. Δῆλον ὅτι ὁ θέμενος πρῶτος τὰ ὀνόματα, οἷα ἡγεῖτο εἶναι τὰ πράγματα, τοιαῦτα ἐτίθετο καὶ τὰ ὀνόματα, ὥς φαμεν. ἦ γάρ;

ΚΡ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ οὖν ἐκεῖνος μὴ ὀρθῶς ἡγεῖτο, ἔθετο δὲ οἷα ἡγεῖτο, τί οἴει ἡμᾶς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ πείσεσθαι; ἄλλο τι ἢ ἐξαπατηθήσεσθαι;

ΚΡ. Ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτως ἔχῃ, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἀναγκαῖον ᾖ εἰδότα τίθεσθαι τὸν τιθέμενον τὰ ὀνόματα· εἰ δὲ μή, ὅ περ πάλαι ἐγὼ ἔλεγον, οὐδ' ἂν ὀνόματα εἴη. μέγιστον δέ σοι ἔστω τεκμήριον ὅτι οὐκ ἐσφαλται τῆς ἀληθείας ὁ τιθέμενος· οὐ γὰρ ἄν ποτε ουτω ξύμφωνα ἦν αὐτῷ ἅπαντα. ἢ οὐκ ἐνενόεις αὐτὸς λέγων ὡς πάντα κατ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ ταὐτὸν ἐγίγνετο τὰ ὀνόματα;

ΣΩ. Ἀλλὰ τοῦτο μέν, ὦ 'γαθὲ Κρατύλε, οὐδὲν

Crat. Maxime omnium secundum ista hunc ipsum et quaerendum et inveniendum. *So.* Age ita consideremus, o Cratyle: si quis, dum res investigat, nomina ipsa sequitur, rimaturque quale unumquodque vult esse, vides quam maximum deceptionis periculum subit? *Crat.* Quo pacto? *So.* Quoniam qui principio nomina posuit, quales esse res opinátus est, talia quoque nomina, ut dicebamus, effinxit. nonne ita? *Crat.* Ita prorsus. *So.* Si ergo ille non recte sensit, et ut sensit, instituit, nonne et nos sequentes eius vestigia deceptos iri existimas? *Crat.* Haūd ita est: immo necesse, scientem fuisse illum, qui nomina posuit. aliter autem, ut iamdudum dicebam, nomina nequaquam essent. Evidentissimo autem argumento id esse tibi potest, haud a veritate aberravisse nominum auctorem, quod, si male sensisset, nequaquam sibi ita omnia consonarent. an non advertisti et ipse, cum diceres, omnia in idem tendere? *So.* Nihil ista, o bone Cratyle, valet defensio. quid enim mirum

ἐστιν ἀπολόγημα. εἰ γὰρ τὸ πρῶτον σφαλεὶς ὁ τιθέμενος τἄλλα ἤδη πρὸς τοῦτ' ἐβιάζετο καὶ αὑτῷ ξυμφωνεῖν ἠνάγκαζεν, οὐδὲν ἄτοπον, ὥς περ τῶν διαγραμμάτων ἐνίοτε τοῦ πρώτου σμικροῦ καὶ ἀδήλου ψεύδους γενομένου τὰ λοιπὰ πάμπολλα ἤδη ὄντα ἑπόμενα ὁμολογεῖν ἀλλήλοις. δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς εἴτε μὴ ὑπόκειται· ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. οὐ μέντοι ἀλλὰ θαυμάζοιμ' ἂν εἰ καὶ τὰ ὀνόματα ξυμφωνεῖ αὐτὰ αὑτοῖς. πάλιν γὰρ ἐπισκεψώμεθα ἃ τὸ πρότερον διήλθομεν. ὡς τοῦ παντὸς ἰόντος τε καὶ φερομένου καὶ ῥέοντος φαμὲν σημαίνειν ἡμῖν τὴν οὐσίαν τὰ ὀνόματα. ἄλλο τι οὕτω σοι δοκεῖ δηλοῦν;

ΚΡ. Πάνυ σφόδρα, καὶ ὀρθῶς γε σημαίνει.

437 *ΣΩ.* Σκοπῶμεν δὴ ἐξ αὐτῶν ἀναλαβόντες πρῶτον μὲν τοῦτο τὸ ὄνομα, τὴν ἐπιστήμην, ὡς ἀμφίβολόν ἐστι καὶ μᾶλλον ἔοικε σημαίνοντι ὅτι ἵστησιν ἡμῶν ἐπὶ τοῖς πράγμασι τὴν ψυχὴν ἢ ὅτι ξυμπεριφέρεται, καὶ ὀρθότερόν ἐστιν ὥς περ νῦν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν λέγειν μαλλον ἢ ἐκβάλλοντας τὸ εἶ πιστήμην, ἀλλὰ τὴν ἐμβολὴν ποιήσασθαι ἀντὶ τῆς ἐν τῷ εἶ ἐν τῷ ἰῶτα,

est, si primo deceptus nominum institutor sequentia rursus ad primum vi quadam traxit, et ipsi consonare coëgit? quemadmodum circa figuras interdum exiguo quodam primo ignoto falsoque existente, reliqua deinceps multa invicem consonant. Debet enim quisque circa rei cuiusque principium statuendum disserere multa, diligentissimeque considerare, utrum recte decernat necne. quo quidem sufficienter examinato, cetera iam principium sequi debent. Miror tamen, si nomina sibimet congruunt. Consideremus iterum, quae supra retulimus. Diximus profecto, ita nomina essentiam significare, quasi omnia currant, ferantur et defluant. itane significare censes? *Crat.* Ita certe: et recte quidem. *So.* Videamus itaque, ex illis aliqua repetentes. Principio nomen hoc episteme, id est scientia, ambiguum est, magisque significare videtur, quod estesin, id est sistit in rebus animam, quam quod cum rebus pariter circumfertur: rectiusque esse videtur, ut principium eius ut nunc dicamus, quam per e ipsius iniectionem, et pro e iota potius

ἔπειτα τὸ βέβαιον, ὅτι βάσεώς τινός ἐστι καὶ στάσεως μίμημα, ἀλλ' οὐ φορᾶς. ἔπειτα ἡ ἱστορία αὐτό που σημαίνει, ὅτι ἵστησι τὸν ῥοῦν. καὶ τὸ πιστὸν ἱστᾶν παντάπασι σημαίνει. ἔπειτα δὲ ἡ μνήμη παντί που μηνύει ὅτι μονή ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ ἀλλ' οὐ φορά. εἰ δὲ βούλει, ἡ ἁμαρτία καὶ ἡ ξυμφορά, εἰ κατὰ τὸ ὀνομά τις ἀκολουθήσει, φανεῖται ταὐτὸν τῇ ξυνέσει ταύτῃ καὶ ἐπιστήμῃ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι τοῖς περὶ τὰ σπουδαῖα ὀνόμασιν. ἔτι τοίνυν ἡ ἀμαθία καὶ ἡ ἀκολασία παραπλησία τούτοις φαίνεται· ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἅμα θεῷ ἰόντος πορεία φαίνεται, ἡ ἀμαθία, ἡ δ' ἀκολασία παντάπασιν ἀκολουθία τοῖς πράγμασι φαίνεται, καὶ οὕτως, ἃ νομίζομεν ἐπὶ τοῖς κακίστοις ὀνόματα εἶναι, ὁμοιότατ' ἂν φαίνοιτο τοῖς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις. οἶμαι δὲ καὶ ἄλλα πόλλ' ἄν τις εὕροι, εἰ πραγματεύοιτο, ἐξ ὧν οἰηθείη ἂν αὖ πάλιν τὸν τὰ ὀνόματα τιθέμενον οὐχὶ ἰόντα οὐδὲ φερόμενα ἀλλὰ μένοντα τὰ πράγματα σημαίνειν.

ΚΡ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς ὅτι τὰ πολλὰ ἐκείνως ἐσήμαινεν.

adiiciamus. Deinde vevaeon, id est firmum, dicitur, quoniam haseos et staseos, id est firmamenti et status, potius quam lationis est imitatio. Praeterea historia id forte, quod histesi rhun, id est sistit fluxum: et ipsum piston, id est credendum, histan, id est firmare omnino significat. Quin etiam mneme, id est memoria, ostendit prorsus quod in anima non agitatio est, sed mone, id est quies stabilisque permansio. Atqui si quis nomina ipsa observet hamartia et symphora, id est error et contingentia casusque, idem videbuntur inferre, quod synesis et episteme, id est intelligentia atque scientia, et cetera nomina quae praeclaris sunt rebus imposita. Item hamathia et acolasia, id est inscitia et intemperantia, proxima his videntur. hamathia quidem importare videtur hama theo iontos porian, id est simul cum deo euntis progressum. acolasia vero omnino quandam ipsarum rerum acolasiam, id est prosecutionem atque congressum. Atque ita quae rerum turpissimarum nomina esse putamus, nominum illorum quae circa pulcherrima sunt, quam simillima videbuntur. Arbitror et alia multa reperiri posse, si quis ad haec incumbat: ex quibus iterum indicabit, nominum auctorem non currentes delatasque res, immo stabiles indicare. *Crat.* Veruntamen multa, o Socrates, secundum agitationis significationem vides illum constituisse.

ΣΩ. Τί οὖν τοῦτο, ὦ Κρατύλε; ὥςπερ ψήφους διαριθμησόμεθα τὰ ὀνόματα καὶ ἐν τούτῳ ἔσται ἡ ὀρθότης; ὁπότερα ἂν πλείω φαίνηται τὰ ὀνόματα σημαίνοντα, ταῦτα δὴ ἔσται τἀληθῆ;

ΚΡ. Οὔκουν εἰκός γε.

ΣΩ. Οὐδ᾽ ὁπωςτιοῦν, ὦ φίλε. καὶ ταῦτα μὲν γε αὐτοῦ ἐάσωμεν, τάδε δὲ ἐπισκεψώμεθα, εἰ ἡμῖν καὶ τῇδε ὁμολογεῖς εἴτε καὶ οὔ. φέρε, τοὺς τὰ ὀνόματα ἐν ταῖς πόλεσι τιθεμένους ἑκάστοτε, ἔν τε ταῖς Ἑλληνικαῖς καὶ βαρβαρικαῖς, οὐκ ἀρτίως ὡμολογοῦμεν νομοθέτας εἶναι καὶ τὴν τέχνην τὴν τοῦτο δυναμένην νομοθετικήν;

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Λέγε δή, οἱ πρῶτοι νομοθέται τὰ πρῶτα ὀνόματα πότερον γιγνώσκοντες τὰ πράγματα, οἷς ἐτίθεντο, ἐτίθεντο ἢ ἀγνοοῦντες;

438 ΚΡ. Οἶμαι μὲν ἐγώ, ὦ Σώκρατες, γιγνώσκοντες.

ΣΩ. Οὐ γάρ που, ὦ ἑταῖρε Κρατύλε, ἀγνοοῦντές γε.

ΚΡ. Οὔ μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Ἐπανέλθωμεν δὴ πάλιν ὅθεν δεῦρο μετέβημεν. ἄρτι γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν, εἰ μέμνησαι, τὸν τιθέμενον τὰ ὀνόματα ἀναγκαῖον ἔφησθα εἶναι εἰδότα τίθεσθαι οἷς ἐτίθετο. πότερον οὖν ἔτι σοι δοκεῖ οὕτως ἢ οὔ;

ΚΡ. Ἔτι.

ΣΩ. Ἦ καὶ τὸν τὰ πρῶτα τιθέμενον εἰδότα φῂς τίθεσθαι;

So. Quid agemus, o Cratyle? nunquid suffragiorum calculorumque instar nomina ipsa dinumerabimus? atque ad hanc normam de recta ratione nominum iudicabimus, ut ea tandem vera sint, quibus significationes plurium nominum suffragantur? *Crat.* Haud decet. *So.* Non certe, amice. Sed his iam omissis redeamus illuc, unde digressi sumus. Dixisti nuper, si recordaris, necessarium esse, illum qui nomina statuit, praenovisse ea quibus nomina tribuebat. perstas adhuc in sententia, necne? *Crat.* Adhuc. *So.* Nunquid et illum, qui prima nomina posuit, novisse ais dum poneret?

ΚΡ. Εἰδότα.

ΣΩ. Ἐκ ποίων οὖν ὀνομάτων ἢ μεμαθηκὼς ἢ εὑρηκὼς ἦν τὰ πράγματα, εἴ περ τά γε πρῶτα μή πω ἔκειτο, μαθεῖν δ' αὖ φαμὲν τὰ πράγματα καὶ εὑρεῖν ἀδύνατον εἶναι ἄλλως ἢ τὰ ὀνόματα μαθόντας ἢ αὐτοὺς ἐξευρόντας οἷά ἐστιν;

ΚΡ. Δοκεῖς τί μοι λέγειν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τίνα οὖν τρόπον φῶμεν αὐτοὺς εἰδότας θέσθαι ἢ νομοθέτας εἶναι, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ὄνομα κεῖσθαί τε καὶ ἐκείνους εἰδέναι, εἴ περ μὴ ἔστι τὰ πράγματα μαθεῖν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν ὀνομάτων;

ΚΡ. Οἶμαι μὲν ἐγὼ τὸν ἀληθέστατον λόγον περὶ τούτων εἶναι, ὦ Σώκρατες, μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν τὴν θεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασιν, ὥςτε ἀναγκαῖον εἶναι αὐτὰ ὀρθῶς ἔχειν.

ΣΩ. Εἶτα, οἴει, ἐναντία ἂν ἐτίθετο αὐτὸς αὑτῷ ὁ θείς, ὢν δαίμων τις ἢ θεός; ἢ οὐδέν σοι ἐδοκοῦμεν ἄρτι λέγειν;

ΚΡ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ᾖ τούτων τὰ ἕτερα ὀνόματα.

ΣΩ. Πότερα, ὦ ἄριστε, τὰ ἐπὶ τὴν στάσιν ἄγοντα ἢ τὰ ἐπὶ τὴν φοράν; οὐ γάρ που κατὰ τὸ ἄρτι λεχθὲν πλήθει κριθήσεται.

ΚΡ. Οὔ τοι δὴ δίκαιόν γε, ὦ Σώκρατες.

Crat. Novisse. *So.* Quibus ex nominibus res vel didicerat vel invenerat, quando necdum prima nomina fuerant instituta? cum dictum sit, impossibile esse res vel invenire vel discere, nisi qualia nomina sunt, didicerimus vel ipsi nos invenerimus? *Crat.* Videris mihi nonnihil, o Socrates, dicere. *So.* Quo igitur pacto dicemus eos scientes nomina posuisse? vel legum et nominum conditores ante positionem cuiuslibet nominis exstitisse, eosque res antea cognovisse, si quidem non aliter quam ex nominibus disci res possint? *Crat.* Reor equidem, Socrates, verissimum eum esse sermonem, quo dicitur, excellentiorem quandam potentiam quam humanam prima rebus nomina praebuisse: quo necessarium sit, ut recte fuerint distributa. *So.* Nunquid putas, contraria sibi ipsi posuisse nominum auctorem, si daemon aliquis vel deus exstitit? an nihil tibi supra dixisse videmur? *Crat.* Forte nondum alterum istorum nomina erant. *So.* Utra igitur erant, vir optime? num quae ad statum vergunt? an quae ad motum potius? neque enim, ut modo diximus, multitudine iudicabitur. *Crat.* Sic decet, Socrates.

ΣΩ. Ὀνομάτων οὖν στασιασάντων, καὶ τῶν μὲν φασκόντων ἑαυτὰ εἶναι τὰ ὅμοια τῇ ἀληθείᾳ, τῶν δ' ἑαυτά, τίνι ἔτι διακρινοῦμεν, ἢ ἐπὶ τί ἐλθόντες; οὐ γάρ που ἐπὶ ὀνόματά γε ἕτερα ἄλλα τούτων· οὐ γὰρ ἔστιν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἄλλ' ἄττα ζητητέα πλὴν ὀνομάτων, ἃ ἡμῖν ἐμφανιεῖ ἄνευ ὀνομάτων, ὁπότερα τούτων ἐστὶ τἀληθῆ, δείξαντα δῆλον ὅτι τὴν ἀλήθειαν τῶν ὄντων.

ΚΡ. Δοκεῖ μοι οὕτως.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὦ Κρατύλε, δυνατὸν μαθεῖν ἄνευ ὀνομάτων τὰ ὄντα, εἴ περ ταῦτα οὕτως ἔχει.

ΚΡ. Φαίνεται.

ΣΩ. Διὰ τίνος ἄλλου οὖν ἔτι προςδοκᾷς ἂν ταῦτα μαθεῖν; ἆρα δι' ἄλλου του ἢ οὗ περ εἰκός τε καὶ δικαιότατον, δι' ἀλλήλων γε, εἴ πῃ ξυγγενῆ ἐστί, καὶ αὐτὰ δι' αὑτῶν; τὸ γάρ που ἕτερον ἐκείνων καὶ ἀλλοῖον ἕτερον ἄν τι καὶ ἀλλοῖον σημαίνοι, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα.

ΚΡ. Ἀληθῆ μοι φαίνει λέγειν.

439 ΣΩ. Ἔχε δὴ πρὸς Διός· τὰ δὲ ὀνόματα οὐ πολλάκις μέντοι ὡμολογήκαμεν τὰ καλῶς κείμενα ἐοικότα εἶναι ἐκείνοις ὧν ὀνόματα κεῖται, καὶ εἶναι εἰκόνας τῶν πραγμάτων;

ΚΡ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ οὖν ἔστι μὲν ὅτι μάλιστα δι' ὀνομάτων τὰ

So. Cum itaque dissentiant contendantque de veritate invicem nomina, et tam haec quam illa vero propinquiora esse se asserant: cuius ad normam diiudicabimus? quo nos vertemus? neque enim ad alia nomina confugiemus, quia praeter haec nulla. Verum alia quaedam praeter nomina quaerenda sunt, quae nobis ostendant absque nominibus, utra istorum vera sint, rerum videlicet monstrantia veritatem. *Crat.* Ita mihi videtur. *So.* Si haec vera sunt, Cratyle, possunt, ut videtur, res sine nominibus percipi. *Crat.* Apparet. *So.* Per quid potissimum aliud speras res ipsas percipere? nonne per quod consentaneum ac decens est? per mutuam illarum communionem scilicet, si quo modo invicem cognatae sunt, et per se ipsas maxime? quod enim aliud est ab illis, aliud quiddam, non illas significat. *Crat.* Vera loqui videris. *So.* Dic, obsecro, nonne iam saepe concessimus, nomina quae recte posita sunt, similia illorum esse, quorum sunt nomina? rerumque imagines esse? *Crat.* Concessimus plane. *So.* Si ergo licet res per nomina discere, ac

πράγματα μανθάνειν, ἔστι δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν, ποτέρα ἂν εἴη καλλίων καὶ σαφεστέρα ἡ μάθησις; ἐκ τῆς εἰκόνος μανθάνειν αὐτήν τε αὑτήν, εἰ καλῶς εἴκασται, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἧς ἦν ἡ εἰκών, ἢ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτήν τε αὑτὴν καὶ τὴν εἰκόνα αὐτῆς, εἰ πρεπόντως εἴργασται;

ΚΡ. Ἐκ τῆς ἀληθείας μοι δοκεῖ ἀνάγκη εἶναι.

ΣΩ. Ὅν τινα μὲν τοίνυν τρόπον δεῖ μανθάνειν ἢ εὑρίσκειν τὰ ὄντα, μεῖζον ἴσως ἐστὶν ἐγνωκέναι ἢ κατ' ἐμὲ καὶ σέ· ἀγαπητὸν δὲ καὶ τοῦτο ὁμολογήσασθαι, ὅτι οὐκ ἐξ ὀνομάτων ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αὐτὰ ἐξ αὑτῶν καὶ μαθητέον καὶ ζητητέον ἢ ἐκ τῶν ὀνομάτων.

ΚΡ. Φαίνεται, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν τόδε σκεψώμεθα, ὅπως μὴ ἡμᾶς τὰ πολλὰ ταῦτα ὀνόματα ἐς ταὐτὸν τείνοντα ἐξαπατᾷ, καὶ τῷ ὄντι μὲν οἱ θέμενοι αὐτὰ διανοηθέντες τε ἔθεντο ὡς ἰόντων ἁπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων — φαίνονται γάρ ἔμοιγε καὶ αὐτοὶ οὕτω διανοηθῆναι —, τὸ δ' εἰ ἔτυχεν, οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' οὗτοι αὐτοί τε ὥς περ εἴς τινα δίνην ἐμπεσόντες κυκῶνται καὶ ἡμᾶς ἐφελκόμενοι προςεμβάλλουσι. σκέψαι γάρ, ὦ θαυμάσιε Κρατύλε, ὃ ἔγωγε πολλάκις ὀνειρώττω. πότερον φῶμέν τι εἶναι αὐτὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ὄντων οὕτως, ἢ μή;

etiam per se ipsas: quae praestantior erit lucidiorque perceptio? num si ex imagine cogitetur, et imago ipsa utrum recte expressa sit, et veritas, cuius haec est imago? an potius si ex veritate tam veritas ipsa quam ipsius imago, nunquid decenter imago ad eam fuerit instituta? *Crat.* Si ex veritate. *So.* Qua ratione res vel per doctrinam vel per inventionem comprehendendae sint, iudicare, maioris quam meum ac tuum sit, ingenii opus esse videtur. Sufficiat autem nunc inter nos constitisse, quod non ex nominibus, immo ex se ipsis potius, discendae quaerendaeque sunt. *Crat.* Sic apparet, o Socrates. *So.* Animadvertamus et hoc praeterea, ne multa haec nomina in idem tendentia nos decipiant, cum qui illa imposuerunt, currere omnia semper fluereque putaverint, atque ea consideratione posuerint: videntur nempe mihi ita existimasse: quorum tamen opinio si talis exstitit, falsa habenda est. profecto illi, velut in quandam delapsi vertiginem, et ipsi vacillant iactanturque, et eos in eandem rapientes immergunt. Considera, vir mirifice Cratyle, quod ego saepenumero somnio. utrum dicendum est, esse aliquid ipsum pulchrum ac bonum, et unumquodque existentium ita, necne.

ΚΡ. Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, εἶναι.

ΣΩ. Αὐτὸ τοίνυν ἐκεῖνο σκεψώμεθα, μὴ εἰ πρόσωπόν τί ἐστι καλὸν ἤ τι τῶν τοιούτων, καὶ δοκεῖ ταῦτα πάντα ῥεῖν· ἀλλ' αὐτό, φῶμεν, τὸ καλὸν οὐ τοιοῦτον ἀεί ἐστιν οἷόν ἐστιν;

ΚΡ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἷόν τε προςειπεῖν αὐτὸ ὀρθῶς, εἰ ἀεὶ ὑπεξέρχεται, πρῶτον μὲν ὅτι ἐκεῖνό ἐστιν, ἔπειτα ὅτι τοιοῦτον; ἢ ἀνάγκη ἅμα ἡμῶν λεγόντων ἄλλο αὐτὸ εὐθὺς γίγνεσθαι καὶ ὑπεξιέναι καὶ μηκέτι οὕτως ἔχειν;

ΚΡ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Πῶς οὖν ἂν εἴη τι ἐκεῖνο, ὃ μηδέποτε ὡςαύτως ἔχει; εἰ γάρ ποτε ὡςαύτως ἴσχει, ἔν γ' ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δῆλον ὅτι οὐδὲν μεταβαίνει· εἰ δὲ ἀεὶ ὡςαύτως ἔχει καὶ τὸ αὐτό ἐστι, πῶς ἂν τοῦτό γε μεταβάλλοι ἢ κινοῖτο, μηδὲν ἐξιστάμενον τῆς αὐτοῦ ἰδέας;

ΚΡ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν γνωσθείη γε ὑπ' οὐδενός.
440 ἅμα γὰρ ἂν ἐπιόντος τοῦ γνωσομένου ἄλλο καὶ ἀλλοῖον γίγνοιτο, ὥςτε οὐκ ἂν γνωσθείη ἔτι ὁποῖόν γέ τι ἐστιν ἢ πῶς ἔχον. γνῶσις δὲ δή που οὐδεμία γιγνώσκει ὃ γιγνώσκει μηδαμῶς ἔχον.

Crat. Mihi quidem, o Socrates, esse videtur. *So.* Illud igitur ipsum consideremus, non si vultus quidam aut aliquid talium pulchrum est, quippe haec omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus, nonne semper tale quale est perseverat? *Crat.* Necesse est. *So.* Numquid possibile est ipsum recte denominare, si semper subterfugit, ac primo quod illud sit, deinde quale sit dicere? vel necessarium est, dum loquimur aliud ipsum statim fieri iugiterque diffugere nec tale amplius esse? *Crat.* Necessarium. *So.* Quo pacto aliquid illud erit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, eo in tempore minime permutatur. sin autem semper eodem modo se habet idemque existit, quomodo transit vel movetur, cum ideam suam non deserat? *Crat.* Nullo pacto. *So.* Praeterea a nullo cognosceretur. dum enim cognitura vis ipsum aggrederetur, aliud alienumque fieret. quare quid sit aut quale, cognosci non posset. nam cognitio nulla ita rem percipit, ut nullo modo se habentem percipiat.

ΚΡ. Ἔστιν ὡς λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐδὲ γνῶσιν εἶναι φάναι εἰκός, ὦ Κρατύλε, εἰ μεταπίπτει πάντα χρήματα καὶ μηδὲν μένει. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο, ἡ γνῶσις, τοῦ γνῶσις εἶναι μὴ μεταπίπτει, μένοι τε ἂν ἀεὶ ἡ γνῶσις καὶ εἴη γνῶσις· εἰ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος μεταπίπτει τῆς γνώσεως, ἅμα τ' ἂν μεταπίπτοι εἰς ἄλλο εἶδος γνώσεως καὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις· εἰ δὲ ἀεὶ μεταπίπτει, ἀεὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις. καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη. εἰ δὲ ἔστι μὲν ἀεὶ τὸ γιγνῶσκον, ἔστι δὲ τὸ γιγνωσκόμενον, ἔστι δὲ τὸ καλόν, ἔστι δὲ τὸ ἀγαθόν, ἔστι δὲ ἓν ἕκαστον τῶν ὄντων, οὔ μοι φαίνεται ταῦτα ὅμοια ὄντα, ἃ νῦν ἡμεῖς λέγομεν, ῥοῇ οὐδὲν οὐδὲ φορᾷ. Ταῦτ' οὖν πότερόν ποτε οὕτως ἔχει ἢ ἐκείνως ὡς οἱ περὶ Ἡράκλειτόν τε λέγουσι καὶ ἄλλοι πολλοί, μὴ οὐ ῥᾴδιον ᾖ ἐπισκέψασθαι, οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου ἐπιτρέψαντα ὀνόμασιν αὑτὸν καὶ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν θεραπεύειν, πεπιστευκότα ἐκείνοις καὶ τοῖς θεμένοις αὐτά, διισχυρίζεσθαι ὥς τι εἰδότα καὶ αὑτοῦ τε καὶ τῶν ὄντων καταγιγνώσκειν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός, ἀλλὰ πάντα ὥς περ κεράμια ῥεῖ, καὶ ἀτεχνῶς ὥς περ οἱ κατάῤῥῳ νοσοῦντες ἄνθρωποι, οὕτως οἴεσθαι καὶ τὰ

Crat. Est ut ais. *So.* Sed neque cognitionem ipsam esse affirmandum est, o Cratyle, si decidunt omnia nihilque permanet. Si enim cognitio ex eo quod cognitio est, non decidit, permanebit semper, ac semper erit cognitio: sin autem cognitionis species ipsa discedit, simul et in aliam cognitionis speciem delabetur, neque cognitio erit. Quod si perpetuo migrat, semper non erit cognitio. atque hac ratione neque quod cogniturum est, neque quod cognoscendum, semper erit. Sin autem semper est quod cognoscit, est quod cognoscitur, est pulchrum, est et bonum, estque denique existentium unumquodque: quae in praesentia dicimus, fluxus lationis similia non videntur. Utrum vero haec ita sint, an ut dicebant Heracliti sectatores aliique permulti, haud facile discerni potest. neque hominis sanae mentis est, se ipsum animumque suum nominibus credere, et auctorem nominum sapientem asseverare: atque ita de se ipso rebusque omnibus male sentire, ut putet nihil integrum firmumque existere, sed omnia velut fictilia fluere atque concidere, et quemadmodum homines destillationibus ca-

πράγματα διακεῖσθαι, ὑπὸ ῥεύματός τε καὶ κατάῤῥου πάντα χρήματα ἔχεσθαι. ἴσως μὲν οὖν δή, ὦ Κρατύλε, οὕτως ἔχει, ἴσως δὲ καὶ οὔ. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἀνδρείως τε καὶ εὖ, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι — ἔτι γὰρ νέος εἶ καὶ ἡλικίαν ἔχεις —, σκεψάμενον δέ, ἐὰν εὕρῃς, μεταδιδόναι καὶ ἐμοί.

ΚΡ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. εὖ μέντοι ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ νυνὶ ἀσκέπτως ἔχω, ἀλλά μοι σκοπουμένῳ καὶ πράγματα ἔχοντι πολὺ μᾶλλον ἐκείνως φαίνεται ἔχειν, ὡς Ἡράκλειτος λέγει.

ΣΩ. Εἰσαῦθις τοίνυν με, ὦ ἑταῖρε, διδάξεις, ἐπειδὰν ἥκῃς· νῦν δέ, ὥς περ παρεσκεύασαι, πορεύου εἰς ἀγρόν· προπέμψει δέ σε καὶ Ἑρμογένης ὅδε.

ΚΡ. Ταῦτ' ἔσται, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ καὶ σὺ πειρῶ ἔτι ἐννοεῖν ταῦτα ἤδη.

pitis aegrotantes, similiter quoque res ipsas affici iudicet, adeo ut destillatione et fluxu omnia comprehendantur. Forte, o Cratyle, ita est, forte etiam aliter. Forti animo et diligenti studio investiganda res est; neque enim facile assentiendum. iuvenis adhuc es, atque tibi sufficit aetas. et si quid inveneris indagando, mihi quoque impertiri debes. *Crat.* Navabo operam, Socrates. ac certe scito, me etiam in praesentia non torpere: immo cogitanti mihi et multa animo revolventi, multo magis ita, ut dicebas ipse, quam ut Heraclitus, res sese habere videntur. *So.* Deinceps, amice, postquam redieris, me doceto. Nunc autem, ut constituisti, in agrum perge. Atqui et Hermogenes iste te comitabitur. *Crat.* Fiet ut mones, Socrates. verum tu quoque iam de his cogita.

ΣΟΦΙΣΤΗΣ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΞΕΝΟΣ ΕΛΕΑΤΗΣ, ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ.

THEODORUS, SOCRATES, HOSPES ELEATES, THEAETETUS.

Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν, ὦ Σώκρατες, ἥκομεν αὐτοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν, τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα [ἑταίρων], μάλα δὲ ἄνδρα φιλόσοφον. 216

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον ἀλλά τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας; ὅς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν. τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί τις οὗτος τῶν κρειττόνων συνέποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενός τε καὶ ἐλέγξων, θεὸς ὤν τις ἐλεγκτικός.

ΘΕΟ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος, ὦ Σώκρατες, τοῦ ξένου, ἀλλὰ μετριώτερος τῶν περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότων. καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι,

Venimus, o Socrates, oportune, quemadmodum heri inter nos convenit, atque hospitem hunc nobiscum ducimus, qui Eleates ex familiaribus Parmenidis atque Zenonis, et vir apprime sapientiae studiosus. *So.* Forte, o Theodore, dum virum hospitem tecum ducere credis, deum quendam ducis. Inquit enim Homerus, cum deos alios tum maxime hospitalem deum inter homines, qui iusti pudoris participes sunt, versari, et hominum contumelias iniuriasque inspicere. Te forsitan et hic e superis unus huc secutus est, ut nos, qui a disputandi rationibus aberramus, examinet atque corripiat: atque ipse redargutionis est deus. *Theo.* Haud mos iste, o Socrates, huius hospitis: sed modestior est illis, qui controversiis student: mihique nullus hominum deus, sed divinus aliquis esse videtur.

θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους
προσαγορεύω.

ΣΩ. Καὶ καλῶς γε, ὦ φίλε. τοῦτο μέντοι κινδυ-
νεύει τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον ὡς ἔπος εἰπεῖν εἶναι
διακρίνειν ἢ τὸ τοῦ θεοῦ· πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι
παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν
ἐπιστρωφῶσι πόλεις, οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλό-
σοφοι, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον, καὶ
τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι
τοῦ παντός, καὶ τοτὲ μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, το-
τὲ δὲ σοφισταί, τοτὲ δ' ἔστιν οἷς δόξαν παράσχοιντ'
ὡς παντάπασιν ἔχοντες μανικῶς. τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν
ἡδέως ἂν πυνθανοίμην, εἰ φίλον αὐτῷ, τί ταῦθ'
217 περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον ἡγοῦντο καὶ ὠνόμαζον.

ΘΕΟ. Τὰ ποῖα δή;

ΣΩ. Σοφιστήν, πολιτικόν, φιλόσοφον.

ΘΕΟ. Τί δὲ μάλιστα καὶ τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῶν διαπορηθεὶς ἐρέσθαι διενοήθης;

ΣΩ. Τόδε· πότερον ἓν πάντα ταῦτα ἐνόμιζον ἢ δύο, ἢ καθά περ τὰ ὀνόματα τρία, τρία καὶ γένη διαιρούμενοι καθ' ἓν ὄνομα γένος ἑκάστῳ προσῆπτον

omnes equidem philosophos divinos appello. *So*. Et recte quidem, amice. Genus autem philosophorum haud multo facilius, ut ita dixerim, quam deorum discernitur. Omnes enim quicunque non ficte, sed vere philosophantur, propter aliorum inscitiam omniformes apparent, dum civitates circumeunt et quasi ab excelsa quadam specula inferiorum vitam prospectant. Atque hi a quibusdam nullius aestimantur, a nonnullis summopere honorantur. Et interdum quidem civiles apparent, alias sophistae; nonnunquam aliquorum opinione insani prorsus habentur. Quapropter percontari hunc hospitem cupio, modo gratum illi futurum sit, quid de his familiares eius Eleates sentiant; quid esse dicant, et quomodo nominent. *Theo*. Quaenam ista? *So*. Sophistam, inquam, civilem, philosophum. *Theo*. Quid potissimum, et quale circa haec in dubitationem venit quaerendumve existimas? *So*. Hoc, utrum unum haec omnia an duo esse velint: an, quemadmodum nomina tria, tria quoque genera distinguentes, singula nomina generibus singulis ascripserint

ΘΕΟ. Ἀλλ' οὐδείς, ὡς ἐγῷμαι, φθόνος αὐτῷ διελ-
:ῖν αὐτά. Ἢ πῶς, ὦ ξένε, λέγωμεν;

ΞΕ. Οὕτως, ὦ Θεόδωρε. φθόνος μὲν γὰρ οὐδεὶς δὲ χαλεπὸν εἰπεῖν ὅτι γε τρία ἡγοῦντο· καθ' ἕκα-ον μὴν διορίσασθαι σαφῶς, τί ποτ' ἔστιν, οὐ σμι-ὸν οὐδὲ ῥᾴδιον ἔργον.

ΘΕΟ. Καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, γων ἐπελάβου παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλ-:ῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν. ὁ δὲ ταῦτα, ἅ-ερ πρὸς σὲ νῦν, καὶ τότε ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς· ἐπεὶ ακηκοέναι γέ φησιν ἱκανῶς καὶ οὐκ ἀμνημονεῖν.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν, ὦ ξένε, ἡμῶν τήν γε πρώτην ·τησάντων χάριν ἀπαρνηθεὶς γένῃ. τοσόνδε δ' ἡμῖν ράζε· πότερον εἴωθας ἥδιον αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ μακρῷ όγῳ διεξιέναι λέγων τοῦτο, ὃ ἂν ἐνδείξασθαί τῳ βου-ηθῇς, ἢ δι' ἐρωτήσεων, οἷόν ποτε καὶ Παρμενίδῃ ρωμένῳ καὶ διεξιόντι λόγους παγκάλους παρεγενό-ην ἐγὼ νέος ὢν ἐκείνου μάλα δὴ τότε ὄντος πρεσ-ύτου;

ΞΕ. Τῷ μέν, ὦ Σώκρατες, ἀλύπως τε καὶ εὐη-ῶς προσδιαλεγομένῳ ῥᾷον οὕτω τὸ πρὸς ἄλλον· εἰ δὲ ή, τὸ καθ' αὑτόν.

·eo. Nulla invidia, ut arbitror, prohibebit, quo minus haec bis exponat. tu vero quid ais, hospes? *Ho.* Quod et tu. nulla ·te invidia, neque dictu difficile est, quod tria esse putave-:t: singulatim vero distinguere, et quid unumquodque sit finire, neque parvum opus est neque facile. *Theo.* In ean-m forte quaestionem, o Socrates, incidisti, in quam et nos, tequam huc accederemus. hic autem quae tibi nunc, eadem ac nobis respondit, audisse se quidem et recordari. *So.* In igitur, quod primum rogavimus, gratificari nobis debes, o spes. Verum nobis id in primis declara, utrum per te ipse rpetua oratione, quod inferre velles, exponere consueveris, potius interrogando, quemadmodum solebat Parmeni-s: quem ego adolescens audivi quondam ita disputantem modum senem, rationesque pulcherrimas afferentem. *Ho.* Si :ile quis et apte respondeat, facilius est cum alio interrogan-› disserere: sin contra, per seipsum quisque facilius disputat.

ΣΩ. Ἔξεστι τοίνυν τῶν παρόντων ὃ ἂν βουληθῇς ἐκλέξασθαι· πάντες γὰρ ὑπακούσονταί σοι πράως. συμβούλῳ μὴν ἐμοὶ χρώμενος τῶν νέων τινὰ αἱρήσει, Θεαίτητον τόνδε, ἢ καὶ τῶν ἄλλων εἴ τίς σοι κατὰ νοῦν.

ΞΕ. Ὦ Σώκρατες, αἰδώς τις μ' ἔχει τὸ νῦν πρῶτον συγγενόμενον ὑμῖν μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν, ἀλλ' ἐκτείναντα ἀπομηκύνειν λόγον συχνὸν κατ' ἐμαυτόν, εἴτε καὶ πρὸς ἕτερον, οἷον ἐπίδειξιν ποιούμενον· τῷ γὰρ ὄντι τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ ὅσον ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἂν αὐτὸ εἶναι τις, ἀλλὰ τυγχάνει λόγου παμμήκους ὄν. τὸ δὲ αὖ σοὶ μὴ χαρίζεσθαι καὶ τοῖσδε, ἄλλως τε καὶ σοῦ λέξαντος ὡς εἶπες, ἄξενόν τι καταφαίνεταί μοι καὶ
218 ἄγριον. ἐπεὶ Θεαίτητόν γε τὸν προσδιαλεγόμενον εἶναι δέχομαι παντάπασιν ἐξ ὧν αὐτός τε πρότερον διείλεγμαι καὶ σὺ τὰ νῦν μοι διακελεύει.

ΘΕΑΙ. Ἆρα τοίνυν, ὦ ξένε, οὕτω καὶ καθά περ εἶπε Σωκράτης, πᾶσι κεχαρισμένος ἔσει;

ΞΕ. Κινδυνεύει πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἔτι λεκτέον εἶναι, Θεαίτητε· πρὸς δὲ σὲ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, γίγνοιτ' ἂν ὁ λόγος. ἂν δ' ἄρα τι τῷ μήκει

So. Licet igitur, quemcunque vis, ex istis eligere. omnes enim libentissime obsequentur. Ego vero tibi consulo, ut iuvenem quempiam eligas, vel hunc Theaetetum, vel alium, quicunque tibi aptior videatur. *Ho.* Pudor quidam, o Socrates, me et verecundia detinet, cum nunc primum vobiscum loquar, non vicissim verbum verbo reddere, sed prolixum sermonem inceptare, sive solus ipse per me, sive cum alio respondente, demonstrationis gratia disputem. Quod enim modo quaesitum est, nemo leviter explicari posse confidat. longa namque disputatione indiget. Contra vero, si tibi et istis, praesertim cum tam modeste rogaveris, non obtemperem, agreste quiddam et ab hospitis mansuetudine alienum mihi fore videtur: quippe cum disputationis comitem Theaetetum hunc ex his quae et ego dicebam et tu modo iussisti, sim habiturus. *The.* Ita certe, o hospes, quemadmodum inquit Socrates, cunctis gratificaberis. *Ho.* Nihil adversus haec ulterius, Theaetete, dicendum. tecum deinceps agendum mihi. quod si forte sermonis pro-

πονῶν ἄχθῃ, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθαι τούτων, ἀλλὰ τούςδε τοὺς σοὺς ἑταίρους.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οἶμαι μὲν δὴ νῦν οὕτως οὐκ ἀπερεῖν· ἂν δ' ἄρα τι τοιοῦτον γίγνηται, καὶ τόνδε παραληψόμεθα Σωκράτη, τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον, ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην καὶ συγγυμναστήν, ᾧ συνδιαπονεῖν μετ' ἐμοῦ τὰ πολλὰ οὐκ ἄηθες.

ΞΕ. Εὖ λέγεις, καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ βουλεύσει προϊόντος τοῦ λόγου· κοινῇ δὲ μετ' ἐμοῦ σοι συσκεπτέον ἀρχομένῳ πρῶτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, νῦν ἀπὸ τοῦ σοφιστοῦ, ζητοῦντι καὶ ἐμφανίζοντι λόγῳ τί ποτ' ἐστι. νῦν γὰρ δὴ σὺ κἀγὼ τούτου πέρι τοὔνομα μόνον ἔχομεν κοινῇ· τὸ δὲ ἔργον, ἐφ' ᾧ καλοῦμεν, ἑκάτερος τάχ' ἂν ἰδίᾳ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔχοιμεν· δεῖ δὲ ἀεὶ παντὸς πέρι τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μᾶλλον διὰ λόγων ἢ τοὔνομα μόνον συνομολογήσασθαι χωρὶς λόγου. τὸ δὲ φῦλον, ὃ νῦν ἐπινοοῦμεν ζητεῖν, οὐ πάντων ῥᾷστον συλλαβεῖν τί ποτ' ἐστιν, ὁ σοφιστής. ὅσα δ' αὖ τῶν μεγάλων δεῖ διαπονεῖσθαι καλῶς, περὶ τῶν τοιούτων δέδοκται πᾶσι καὶ πάλαι τὸ πρότερον ἐν σμικροῖς καὶ ῥᾴοσιν αὐτὰ δεῖν μελετᾶν, πρὶν ἐν αὐτοῖς τοῖς μεγί-

lixitas tibi fastidiosa continget et labore gravaberis, non me, obsecro, sed hosce tuos familiares, qui in causa sunt, accusato. *The.* Nihil molestum fore arbitror. nam si forte me defatigari contigerit, hunc Socratem adhibebimus, Socrati quidem in nomine similem, mihi in exercitatione socium, et aequalem, qui mecum laboriosa multa peragere consuevit. *Ho.* Probe loqueris. et de his quidem procedente sermone tecum ipse deliberabis. communiter vero mecum tibi nunc considerandum, incipiendumque, ut mihi videtur, ab ipso Sophista, et quid est, in primis definiendum. in praesentia porro tu, simul ac ego, huius commune solum nomen habemus: rem vero ipsam, quae nomine designatur, aliter forte uterque nostrum cogitat. Praestat autem in singulis rem ipsam cum rationibus, quam nomen solum absque ratione perspicere. Quod profecto nunc inquirimus, Sophistae genus, haud facile definiri potest. Vetus est omniumque communis sententia, si quis ea, quae magna sunt, recte transigere velit, in parvis quibusdam prius illa facilioribusque, quam in maximis, considerare debere. Equidem So-

ΚΡ. Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, εἶναι.

ΣΩ. Αὐτὸ τοίνυν ἐκεῖνο σκεψώμεθα, μὴ εἰ πρόσωπόν τί ἐστι καλὸν ἤ τι τῶν τοιούτων, καὶ δοκεῖ ταῦτα πάντα ῥεῖν· ἀλλ' αὐτό, φῶμεν, τὸ καλὸν οὐ τοιοῦτον ἀεί ἐστιν οἷόν ἐστιν;

ΚΡ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἷόν τε προσειπεῖν αὐτὸ ὀρθῶς, εἰ ἀεὶ ὑπεξέρχεται, πρῶτον μὲν ὅτι ἐκεῖνό ἐστιν, ἔπειτα ὅτι τοιοῦτον; ἢ ἀνάγκη ἅμα ἡμῶν λεγόντων ἄλλο αὐτὸ εὐθὺς γίγνεσθαι καὶ ὑπεξιέναι καὶ μηκέτι οὕτως ἔχειν;

ΚΡ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Πῶς οὖν ἂν εἴη τι ἐκεῖνο, ὃ μηδέποτε ὡσαύτως ἔχει; εἰ γάρ ποτε ὡσαύτως ἴσχει, ἐν γ' ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δῆλον ὅτι οὐδὲν μεταβαίνει. εἰ δὲ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει καὶ τὸ αὐτό ἐστι, πῶς ἂν τοῦτό γε μεταβάλλοι ἢ κινοῖτο, μηδὲν ἐξιστάμενον τῆς αὐτοῦ ἰδέας;

ΚΡ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν γνωσθείη γε ὑπ' οὐδενός.
440 ἅμα γὰρ ἂν ἐπιόντος τοῦ γνωσομένου ἄλλο καὶ ἀλλοῖον γίγνοιτο, ὥστε οὐκ ἂν γνωσθείη ἔτι ὁποῖόν γέ τί ἐστιν ἢ πῶς ἔχον. γνῶσις δὲ δή που οὐδεμία γιγνώσκει ὃ γιγνώσκει μηδαμῶς ἔχον.

Crat. Mihi quidem, o Socrates, esse videtur. *So.* Illud igitur ipsum consideremus, non si vultus quidam aut aliquid talium pulchrum est, quippe haec omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus, nonne semper tale quale est perseverat? *Crat.* Necesse est. *So.* Numquid possibile est ipsum recte denominare, si semper subterfugit, ac primo quod illud sit, deinde quale sit dicere? vel necessarium est, dum loquimur aliud ipsum statim fieri iugiterque diffugere nec tale amplius esse? *Crat.* Necessarium. *So.* Quo pacto aliquid illud erit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, eo in tempore minime permutatur. sin autem semper eodem modo se habet idemque existit, quomodo transit vel movetur, cum ideam suam non deserat? *Crat.* Nullo pacto. *So.* Praeterea a nullo cognosceretur. dum enim cognitura vis ipsum aggrederetur, aliud alienumque fieret. quare quid sit aut quale, cognosci non posset. nam cognitio nulla ita rem percipit, ut nullo modo se habentem percipiat.

ΚΡ. Ἔστιν ὡς λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐδὲ γνῶσιν εἶναι φάναι εἰκός, ὦ Κρατύλε, εἰ μεταπίπτει πάντα χρήματα καὶ μηδὲν μένει. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο, ἡ γνῶσις, τοῦ γνῶσις εἶναι μὴ μεταπίπτει, μένοι τε ἂν ἀεὶ ἡ γνῶσις καὶ εἴη γνῶσις· εἰ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος μεταπίπτει τῆς γνώσεως, ἅμα τ' ἂν μεταπίπτοι εἰς ἄλλο εἶδος γνώσεως καὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις· εἰ δὲ ἀεὶ μεταπίπτει, ἀεὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις. καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη. εἰ δὲ ἔστι μὲν ἀεὶ τὸ γιγνῶσκον, ἔστι δὲ τὸ γιγνωσκόμενον, ἔστι δὲ τὸ καλόν, ἔστι δὲ τὸ ἀγαθόν, ἔστι δὲ ἓν ἕκαστον τῶν ὄντων, οὔ μοι φαίνεται ταῦτα ὅμοια ὄντα, ἃ νῦν ἡμεῖς λέγομεν, ῥοῇ οὐδὲν οὐδὲ φορᾷ. Ταῦτ' οὖν πότερόν ποτε οὕτως ἔχει ἢ ἐκείνως ὡς οἱ περὶ Ἡράκλειτόν τε λέγουσι καὶ ἄλλοι πολλοί, μὴ οὐ ῥᾴδιον ᾖ ἐπισκέψασθαι, οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου ἐπιτρέψαντα ὀνόμασιν αὑτὸν καὶ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν θεραπεύειν, πεπιστευκότα ἐκείνοις καὶ τοῖς θεμένοις αὐτά, διισχυρίζεσθαι ὥς τι εἰδότα καὶ αὑτοῦ τε καὶ τῶν ὄντων καταγιγνώσκειν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός, ἀλλὰ πάντα ὥσπερ κεράμια ῥεῖ, καὶ ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ κατάῤῥῳ νοσοῦντες ἄνθρωποι, οὕτως οἴεσθαι καὶ τὰ

Crat. Est ut ais. *So.* Sed neque cognitionem ipsam esse affirmandum est, o Cratyle, si decidunt omnia nihilque permanet. Si enim cognitio ex eo quod cognitio est, non decidit, permanebit semper, ac semper erit cognitio: sin autem cognitionis species ipsa discedit, simul et in aliam cognitionis speciem delabetur, neque cognitio erit. Quod si perpetuo migrat, semper non erit cognitio. atque hac ratione neque quod cogniturum est, neque quod cognoscendum, semper erit. Sin autem semper est quod cognoscit, est quod cognoscitur, est pulchrum, est et bonum, estque denique existentium unumquodque: quae in praesentia dicimus, fluxus lationis similia non videntur. Utrum vero haec ita sint, an ut dicebant Heracliti sectatores aliique permulti, haud facile discerni potest. neque hominis sanae mentis est, se ipsum animumque suum nominibus credere, et auctorem nominum sapientem asseverare: atque ita de se ipso rebusque omnibus male sentire, ut putet nihil integrum firmumque existere, sed omnia velut fictilia fluere atque concidere, et quemadmodum homines destillationibus ca-

πράγματα διακεῖσθαι, ὑπὸ ῥεύματός τε καὶ κατάῤῥου πάντα χρήματα ἔχεσθαι. ἴσως μὲν οὖν δή, ὦ Κρατύλε, οὕτως ἔχει, ἴσως δὲ καὶ οὔ. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἀνδρείως τε καὶ εὖ, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι — ἔτι γὰρ νέος εἶ καὶ ἡλικίαν ἔχεις —, σκεψάμενον δέ, ἐὰν εὕρῃς, μεταδιδόναι καὶ ἐμοί.

ΚΡ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. εὖ μέντοι ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ νυνὶ ἀσκέπτως ἔχω, ἀλλά μοι σκοπουμένῳ καὶ πράγματα ἔχοντι πολὺ μᾶλλον ἐκείνως φαίνεται ἔχειν, ὡς Ἡράκλειτος λέγει.

ΣΩ. Εἰςαῦθις τοίνυν με, ὦ ἑταῖρε, διδάξεις, ἐπειδὰν ἥκῃς· νῦν δέ, ὥς περ παρεσκεύασαι, πορεύου εἰς ἀγρόν· προπέμψει δέ σε καὶ Ἑρμογένης ὅδε.

ΚΡ. Ταῦτ' ἔσται, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ καὶ σὺ πειρῶ ἔτι ἐννοεῖν ταῦτα ἤδη.

pitis aegrotantes, similiter quoque res ipsas affici indicet; adeo ut destillatione et fluxu omnia comprehendantur. Forte, o Cratyle, ita est, forte etiam aliter. Forti animo et diligenti studio investiganda res est; neque enim facile assentiendum. iuvenis adhuc es, atque tibi sufficit aetas. et si quid inveneris indagando, mihi quoque impertiri debes. *Crat.* Navabo operam, Socrates. ac certe scito, me etiam in praesentia non torpere: immo cogitanti mihi et multa animo revolventi, multo magis ita, ut dicebas ipse, quam ut Heraclitus, res sese habere videntur. *So.* Deinceps, amice, postquam redieris, me doceto. Nunc autem, ut constituisti, in agrum perge. Atqui et Hermogenes iste te comitabitur. *Crat.* Fiet ut mones, Socrates. verum tu quoque iam de his cogita.

ΣΟΦΙΣΤΗΣ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΞΕΝΟΣ ΕΛΕΑΤΗΣ, ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ.

THEODORUS, SOCRATES, HOSPES ELEATES, THEAETETUS.

Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν, ὦ Σώκρατες, ἥκομεν αὐ- 216
τοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν, τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα [ἑταίρων], μάλα δὲ ἄνδρα φιλόσοφον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον ἀλλά τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας; ὅς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν. τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί τις οὗτος τῶν κρειττόνων συνέποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενός τε καὶ ἐλέγξων, θεὸς ὤν τις ἐλεγκτικός.

ΘΕΟ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος, ὦ Σώκρατες, τοῦ ξένου, ἀλλὰ μετριώτερος τῶν περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότων. καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι,

Venimus, o Socrates, oportune, quemadmodum heri inter nos convenit, atque hospitem hunc nobiscum ducimus, qui Eleates ex familiaribus Parmenidis atque Zenonis, et vir apprime sapientiae studiosus. *So.* Forte, o Theodore, dum virum hospitem tecum ducere credis, deum quendam ducis. Inquit enim Homerus, cum deos alios tum maxime hospitalem deum inter homines, qui iusti pudoris participes sunt, versari, et hominum contumelias iniuriasque inspicere. Te forsitan et hic e superis unus huc secutus est, ut nos, qui a disputandi rationibus aberramus, examinet atque corripiat: atque ipse redargutionis est deus. *Theo.* Haud mos iste, o Socrates, huius hospitis: sed modestior est illis, qui controversiis student: mihique nullus hominum deus, sed divinus aliquis esse videtur.

θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω.

ΣΩ. Καὶ καλῶς γε, ὦ φίλε. τοῦτο μέντοι κινδυνεύει τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον ὡς ἔπος εἰπεῖν εἶναι διακρίνειν ἢ τὸ τοῦ θεοῦ· πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπιστρωφῶσι πόληας, οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον, καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός, καὶ τοτὲ μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, τοτὲ δὲ σοφισταί, τοτὲ δ' ἔστιν οἷς δόξαν παράσχοιντ' ἂν ὡς παντάπασιν ἔχοντες μανικῶς. τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην, εἰ φίλον αὐτῷ, τί ταῦθ' οἱ
217 περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον ἡγοῦντο καὶ ὠνόμαζον.

ΘΕΟ. Τὰ ποῖα δή;

ΣΩ. Σοφιστήν, πολιτικόν, φιλόσοφον.

ΘΕΟ. Τί δὲ μάλιστα καὶ τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῶν διαπορηθεὶς ἐρέσθαι διενοήθης;

ΣΩ. Τόδε· πότερον ἓν πάντα ταῦτα ἐνόμιζον ἢ δύο, ἢ καθά περ τὰ ὀνόματα τρία, τρία καὶ γένη διαιρούμενοι καθ' ἓν ὄνομα γένος ἑκάστῳ προσῆπτον;

ΞΕ. Τὸ δέ γε, εἴξασί τινες αὖ λόγον ἑαυτοῖς δόντες ἡγήσασθαι πᾶσαν ἀκούσιον ἀμαθίαν εἶναι, καὶ μαθεῖν οὐδέποτ' ἂν ἐθέλειν τὸν οἰόμενον εἶναι σοφὸν

The. Reor equidem partem aliam doctrinas artium nominari, hanc vero disciplinam. *Ho.* Sic ferme inter omnes Graecos vocatur. Nobis autem hoc praeterea considerandum, utrum individuum sit omne, an divisionem aliquam habeat cognomine dignam? *The.* Considerandum profecto. *Ho.* Videtur itaque mihi et hoc divisionem suscipere. *The.* Qua ratione? *Ho.* Eius utique facultatis, quae sermone docet, pars quaedam asperior, quaedam laevior esse videtur. *The.* Qualem utramque dicimus? *Ho.* Unam quidem veterem ac patriam, qua adversus filios maxime utebantur, et nunc etiam plerique utuntur, quotienscunque delinquunt, partim graviter obiurgantes, partim milius admonentes. Universum hoc admonitionem possumus nuncupare. *The.* Ita est. *Ho.* Id profecto nonnulli secum rursus ratiocinando sibi ipsis concesserunt, omnem inscitiam involuntariam esse putandam, nullumque discere illa,

τούτων ὧν οἴοιτο πέρι δεινὸς εἶναι, μετὰ δὲ πολλοῦ πόνου τὸ νουθετητικὸν εἶδος τῆς παιδείας σμικρὸν ἀνύτειν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς γε νομίζοντες.

ΞΕ. Τῷ τοι ταύτης τῆς δόξης ἐπὶ ἐκβολὴν ἄλλῳ τρόπῳ στέλλονται.

ΘΕΑΙ. Τίνι δή;

ΞΕ. Διερωτῶσιν ὧν ἂν οἴηταί τίς τι πέρι λέγειν λέγων μηδέν· εἶθ' ἅτε πλανωμένων τὰς δόξας ῥᾳδίως ἐξετάζουσι, καὶ συνάγοντες δὴ τοῖς λόγοις εἰς ταὐτὸν τιθέασι παρ' ἀλλήλας, τιθέντες δὲ ἐπιδεικνύουσιν αὐτὰς αὑταῖς ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν πρὸς τὰ αὐτὰ κατὰ ταὐτὰ ἐναντίας. οἱ δ' ὁρῶντες ἑαυτοῖς μὲν χαλεπαίνουσι, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ἡμεροῦνται, καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ τῶν περὶ αὑτοὺς μεγάλων καὶ σκληρῶν δοξῶν ἀπαλλάττονται, πασῶν [τε] ἀπαλλαγῶν ἀκούειν τε ἡδίστην καὶ τῷ πάσχοντι βεβαιότατα γιγνομένην. νομίζοντες γάρ, ὦ παῖ φίλε, οἱ καθαίροντες αὐτούς, ὥς περ οἱ περὶ τὰ σώματα ἰατροὶ νενομίκασι μὴ πρότερον ἂν τῆς προσφερομένης τροφῆς ἀπολαύειν δύνασθαι σῶμα, πρὶν ἂν τὰ ἐμποδίζοντα ἐν αὐτῷ τις ἐκβάλῃ, ταὐτὸν καὶ περὶ ψυχῆς διενοήθησαν ἐκεῖνοι,

quae scire credit, affectaturum, multoque labore admonitoria disciplina vix quicquam proficere posse. *The.* Recte putant. *Ho.* Quin etiam alia quadam via ad opinionem huiusmodi eruendam pergunt. *The.* Quanam? *Ho.* Exquirunt sciscitanturque in his rebus, quae quis optime intelligere et exprimere arbitratur, cum nihil veri dicat. Deinde errantium opiniones facile discutiunt, easque rationibus colligentes, in unum invicem conducunt: atque illas ostendunt sibi ipsis de iisdem et ad eadem et secundum eadem esse contrarias. Illi vero hoc inspicientes secum ipsi indignantur, et erga alios mites evadunt: atque hoc pacto magnas durasque opiniones deponunt. quae quidem liberatio auditu liberationum omnium iucundissima est et re vera firmissima. Enimvero, o dilecte puer, qui hos purgare aggrediuntur, haud secus, quam medici corpora, curandos existimant. Medici namque tradunt, salubribus epulis non prius nutriri corpus, quam impedimenta pellantur. Similiter isti non prius egregias doctrinas conferre animae cen-

μὴ πρότερον αὐτὴν ἕξειν τῶν προσφερομένων μαθημάτων ὄνησιν, πρὶν ἂν ἐλέγχων τις τὸν ἐλεγχόμενον εἰς αἰσχύνην καταστήσας, τὰς τοῖς μαθήμασιν ἐμποδίους δόξας ἐξελών, καθαρὸν ἀποφήνῃ καὶ ταῦτα ἡγούμενον, ἅ περ οἶδεν, εἰδέναι μόνα, πλείω δὲ μή.

ΘΕΑΙ. Βελτίστη γοῦν καὶ σωφρονεστάτη τῶν ἕξεων αὕτη.

ΞΕ. Διὰ ταῦτα δὴ πάντα ἡμῖν, ὦ Θεαίτητε, καὶ τὸν ἔλεγχον λεκτέον ὡς ἄρα μεγίστη καὶ κυριωτάτη τῶν καθάρσεών ἐστι, καὶ τὸν ἀνέλεγκτον αὖ νομιστέον, ἂν καὶ τυγχάνῃ βασιλεὺς ὁ μέγας ὤν, τὰ μέγιστα ἀκάθαρτον ὄντα· ἀπαίδευτόν τε καὶ αἰσχρὸν γεγονέναι ταῦτα, ἃ καθαρώτατον καὶ κάλλιστον ἔπρεπε τὸν ὄντως ἐσόμενον εὐδαίμονα εἶναι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δαί; τοὺς ταύτῃ χρωμένους τῇ τέχνῃ τί-
231 νας φήσομεν; ἐγὼ μὲν γὰρ φοβοῦμαι σοφιστὰς φάναι.

ΘΕΑΙ Τί δή;

ΞΕ Μὴ μεῖζον αὐτοῖς προσάπτωμεν γέρας.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὴν προσέοικε τοιούτῳ τινὶ τὰ νῦν εἰρημένα.

ΞΕ. Καὶ γὰρ κυνὶ λύκος, ἀγριώτατον ἡμερωτάτῳ. τὸν δὲ ἀσφαλῆ δεῖ πάντων μάλιστα περὶ τὰς ὁμοιότη-

sent, quam redargutus is qui errat, erubescat, repulsisque doctrinae impedimentis, falsis videlicet opinionibus, purus evadat, nec alia praeter illa quae noscit, nosse se putet. *The.* Optimus modestissimusque omnium habitus hic est. *Ho.* His de causis, o Theaetete, dicendum, summam praecipuamque purgationem esse redargutionem: eumve qui non redargutus est, etiamsi rex magnus sit, quandoquidem in maximis est impurus, eudem turpemque esse secundum illa, quibus purissimus pulcherrimusque esse debet, quisquis est felix re vera futurus. *The.* Sic est omnino. *Ho.* Quosnam homines arte hac uti dicemus? Vereor enim sophistas dicere. *The.* Quamobrem? *Ho.* Ne illos plus quam deceat, honoremus. *The.* Veruntamen quae modo dicta sunt, tali cuidam similia esse videntur. *Ho.* Atqui etiam cani lupus, maxime ferus mansuetissimo. Eum vero, qui a deceptione tutus vivere debet, a similitudine sum-

τας ἀεὶ ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν· ὀλισθηρότατον γὰρ τὸ γένος. ὅμως δὲ ἔστωσαν· οὐ γὰρ περὶ σμικρῶν ὅρων τὴν ἀμφιςβήτησιν οἴομαι γενήσεσθαι τότε ὁπόταν ἱκανῶς φυλάττωσιν.

ΘΕΑΙ. Οὔκουν τό γε εἰκός.

ΞΕ. Ἔστω δὴ διακριτικῆς τέχνης καθαρτική, καθαρτικῆς δὲ τὸ περὶ ψυχὴν μέρος ἀφωρίσθω, τούτου δὲ διδασκαλική, διδασκαλικῆς δὲ παιδευτική· τῆς δὲ παιδευτικῆς ὁ περὶ τὴν μάταιον δοξοσοφίαν γιγνόμενος ἔλεγχος ἐν τῷ νῦν λόγῳ παραφανέντι μηδὲν ἄλλ' ἡμῖν εἶναι λεγέσθω πλὴν ἡ γένει γενναία σοφιστική.

ΘΕΑΙ. Λεγέσθω μέν· ἀπορῶ δὲ ἔγωγε ἤδη διὰ τὸ πολλὰ πεφάνθαι, τί χρή ποτε ὡς ἀληθῆ λέγοντα καὶ διισχυριζόμενον εἰπεῖν ὄντως εἶναι τὸν σοφιστήν.

ΞΕ. Εἰκότως γε σὺ ἀπορῶν. ἀλλά τοι κἀκεῖνον ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ἤδη σφόδρα ἀπορεῖν ὅπῃ ποτὲ ἔτι διαδύσεται τὸν λόγον· ὀρθὴ γὰρ ἡ παροιμία, τὸ τὰς ἁπάσας μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαφεύγειν. νῦν οὖν καὶ μάλιστα ἐπιθετέον αὐτῷ.

ΘΕΑΙ. Καλῶς λέγεις.

ΞΕ. Πρῶτον δὴ στάντες οἷον ἐξαναπνεύσωμεν,

---

mopere cavere oportet. Lubricum porro et occultum hoc genus. Sed esto. neque enim de exiguis terminis disceptatur, quando diligenter hoc vitare student. *The.* Consentaneum. *Ho.* Esto igitur discretivae artis species purgatoria: purgatoriae autem pars, quae mundat animam, seligatur: huius, docendi facultas: doctrinae, disciplina educatioque: disciplinae educationisque redargutio illa, quae versatur circa temerariam sapientiae opinionem, ut praesens oratio monstrat, nihil aliud quam generosa sophistarum facultas esse dicatur. *The.* Dicatur plane. Ambigo tamen, quid potissimum e multis, quae sese nobis offerunt, sophistam esse re vera affirmare conveniat. *Ho.* Et merito ipse dubitas: quandoquidem ipsum quoque sophistam ambigere verisimile est omnino, quanam via rationes nostras effugiat. Scite namque proverbio dicitur, omnes effugere difficile esse. Nunc igitur instandum maxime. *The.* Praeclare loqueris. *Ho.* Primum quidem stantes quodammodo respire-

καὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαλογισώμεθα ἅμα ἀναπαυόμενοι, φέρε, ὁπόσα ἡμῖν ὁ σοφιστὴς πέφανται. δοκῶ μὲν γάρ, τὸ πρῶτον εὑρέθη νέων καὶ πλουσίων ἔμμισθος θηρευτής.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε δεύτερον ἔμπορός τις περὶ τὰ τῆς ψυχῆς μαθήματα.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τρίτον δὲ ἆρα οὐ περὶ ταὐτὰ ταῦτα κάπηλος ἀνεφάνη;

ΘΕΑΙ. Ναί. καὶ τέταρτόν γε αὐτοπώλης περὶ τὰ μαθήματα ἡμῖν.

ΞΕ. Ὀρθῶς ἐμνημόνευσας. πέμπτον δ' ἐγὼ πειράσομαι μνημονεύειν· τῆς γὰρ ἀγωνιστικῆς περὶ λόγους ἦν τις ἀθλητής, τὴν ἐριστικὴν τέχνην ἀφωρισμένος.

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τό γε μὴν ἕκτον ἀμφισβητήσιμον μέν, ὅμως δ' ἔθεμεν αὐτῷ συγχωρήσαντες δοξῶν ἐμποδίων μαθήμασι περὶ ψυχὴν καθαρτὴν αὐτὸν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

232 ΞΕ. Ἆρ' οὖν ἐννοεῖς, ὅταν ἐπιστήμων τις πολλῶν φαίνηται, μιᾶς δὲ τέχνης ὀνόματι προσαγορεύηται, τὸ φάντασμα τοῦτο ὡς οὐκ ἔσθ' ὑγιές, ἀλλὰ δῆ-

mus, et nobiscummet ratiocinemur simul requiescentes. Age, resumamus, quam varias prae se formas sophista iam tulerit. Prima investigatione apparuit iuvenum ac divitum mercenarius esse venator. *The.* Ita. *Ho.* Secunda mercator quidam circa animi doctrinas. *The.* Omnino. *Ho.* Tertia circa haec eadem caupo. *The.* Et hoc. Quarta vero circa doctrinas, suorum venditor inventorum. *Ho.* Optime in memoriam revocasti. quintam vero ego ipse reducam: Certator quidam circa sermones et artificiosus nimium litigator. *The.* Sic utique constitit. *Ho.* Forma sexta ambigua quidem, ponenda tamen et in praesentia quodammodo concedenda: Purgator quidam animae visus est, opiniones exstirpans omnes, quae doctrinis impedimento sunt. *The.* Sic est prorsus. *Ho.* Nunquid advertis, quotiens aliquis in multis peritus apparet, unius vero cuiusdam artis nomine nuncupatur, haud sincere hac imaginatione dinosci?

λον ὡς ὁ πάσχων αὐτὸ πρός τινα τέχνην οὐ δύναται κατιδεῖν ἐκεῖνο αὐτῆς, εἰς ὃ πάντα τὰ μαθήματα ταῦτα βλέπει, διὸ καὶ πολλοῖς ὀνόμασιν ἀνθ' ἑνὸς τὸν ἔχοντα αὐτὰ προςαγορεύει;

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει τοῦτο ταύτῃ πῃ μάλιστα πεφυκέναι.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἡμεῖς γε αὐτὸ ἐν τῇ ζητήσει δι' ἀργίαν πάσχωμεν, ἀλλ' ἀναλάβωμεν πρῶτόν τι τῶν περὶ τὸν σοφιστὴν εἰρημένων. ἓν γάρ τί μοι μάλιστα κατεφάνη αὐτὸν μηνῦον.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἀντιλογικὸν αὐτὸν ἔφαμεν εἶναί που.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δ'; οὐ καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ τούτου διδάσκαλον γίγνεσθαι;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Σκοπῶμεν δὴ περὶ τίνος ἄρα καὶ φασὶν οἱ τοιοῦτοι ποιεῖν ἀντιλογικούς. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ἔστω τῇδέ πῃ. φέρε, περὶ τῶν θείων, ὅσ' ἀφανῆ τοῖς πολλοῖς, ἆρ' ἱκανοὺς ποιοῦσι τοῦτο δρᾶν;

ΘΕΑΙ. Λέγεται οὖν δὴ περὶ αὐτῶν ταῦτα.

ΞΕ. Τί δ' ὅσα φανερὰ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα;

Immo constat, eum qui circa artem aliquam sic afficitur, non posse illud ipsum inspicere, ad quod doctrinae omnes huiusmodi tendunt. Quocirca multis pro uno nominibus eum, qui variis scientiis videtur imbutus, appellat. *The.* Ita quodammodo natura institutum id esse apparet. *Ho.* Ne igitur et nobis idem propter socordiam in hac indagatione contingat, repetamus in primis unum aliquid eorum, quae de sophista sunt dicta. unum quippe ex illis praecipue sophistam significasse mihi videtur. *The.* Quid illud? *Ho.* Contradictorem illum esse diximus. *The.* Diximus certe. *Ho.* Nonne et alios, ut idem efficiant, edocere? *The.* Hoc quoque. *Ho.* Videamus nunc, circa quid maxime contradictores efficere alios sophistae se praedicant. Consideratio vero nostra hinc sumat exordium. Num in rebus divinis, quaecunque vulgus latent, contradicendi facultatem praestant? *The.* Ita fertur. *Ho.* Quid autem de his, quae oculis conspiciuntur, coelo ac terra et hisce rebus quae his continentur?

ΘΕΑΙ. Τί γάρ;

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν ἔν γε ταῖς ἰδίαις συνουσίαις, ὁπόταν γενέσεώς τε καὶ οὐσίας πέρι κατὰ πάντων λέγηταί τι, ξύνισμεν ὡς αὐτοί τε ἀντειπεῖν δεινοὶ τούς τε ἄλλους ὅτι ποιοῦσιν ἅ περ αὐτοὶ δυνατούς.

ΘΕΑΙ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τί δ' αὖ περὶ νόμων καὶ ξυμπάντων τῶν πολιτικῶν, ἆρ' οὐχ ὑπισχοῦνται ποιεῖν ἀμφισβητητικούς;

ΘΕΑΙ. Οὐδεὶς γὰρ ἂν αὐτοῖς ὡς ἔπος εἰπεῖν διελέγετο μὴ τοῦτο ὑπισχουμένοις.

ΞΕ. Τά γε μὴν περὶ πασῶν τε καὶ κατὰ μίαν ἑκάστην τέχνην, ἃ δεῖ πρὸς ἕκαστον αὐτὸν τὸν δημιουργὸν ἀντειπεῖν, δεδημοσιωμένα που καταβέβληται γεγραμμένα τῷ βουλομένῳ μαθεῖν.

ΘΕΑΙ. Τὰ Πρωταγόρειά μοι φαίνει περί τε πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν εἰρηκέναι.

ΞΕ. Καὶ πολλῶν γε, ὦ μακάριε, ἑτέρων. ἀτὰρ δὴ τὸ τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης ἆρ' οὐκ ἐν κεφαλαίῳ περὶ πάντων πρὸς ἀμφισβήτησιν ἱκανή τις δύναμις ἔοικ' εἶναι;

ΘΕΑΙ. Φαίνεται γοῦν δὴ σχεδὸν οὐδὲν ὑπολιπεῖν.

ΞΕ. Σὺ δὴ πρὸς θεῶν, ὦ παῖ, δυνατὸν ἡγεῖ τοῦτο; τάχα γὰρ ἂν ὑμεῖς μὲν ὀξύτερον οἱ νέοι πρὸς αὐτὸ βλέποιτε, ἡμεῖς δὲ ἀμβλύτερον.

The. Quid maxime? *Ho.* Etenim in privatis colloquiis, quotiens de generatione essentiaque generatim aliquid dicitur, videmus illos ad contradicendum vehementes esse et alios sui similes reddere posse. *The.* Omnino quidem. *Ho.* Quid vero circa leges ac rem publicam, nonne in his quoque contentiosos homines se efficere profitentur? *The.* Nemo, ut ita dixerim, cum illis dissereret, nisi hoc pollicerentur. *Ho.* Quae vero adversus singularum artium professores contentionis studio afferri debeant, passim scripta circumferuntur. *The.* Quae Protagoras de palaestra ceterisque artibus scripsit, dicere mihi videris. *Ho.* Et de multis quidem aliis, o beate. Verum ars ipsa contradicendi, nonne summatim facultas est, quae omnia in controversiam deducere potest? *The.* Nihil ferme praetermittere videtur. *Ho.* Tu vero, per deos, o puer, fieri hoc posse putas? forte enim vos iuvenes acutius hoc inspicitis, senes vero nos obtusius.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον, καὶ πρὸς τί μάλιστα λέγεις; οὐ γάρ πω κατανοῶ τὸ νῦν ἐρωτώμενον. 233

ΞΕ. Εἰ πάντα ἐπίστασθαί τινα ἀνθρώπων ἐστὶ δυνατόν.

ΘΕΑΙ. Μακάριον μέντ' ἂν ἡμῶν, ὦ ξένε, ἦν τὸ γένος.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἄν ποτέ τις πρός γε τὸν ἐπιστάμενον αὐτὸς ἀνεπιστήμων ὢν δύναιτ' ἂν ὑγιές τι λέγων ἀντειπεῖν;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Τί ποτ' οὖν ἂν εἴη τὸ τῆς σοφιστικῆς δυνάμεως θαῦμα;

ΘΕΑΙ. Τοῦ δὴ πέρι;

ΞΕ. Καθ' ὅν τινα τρόπον ποτὲ δυνατοὶ τοῖς νέοις δόξαν παρασκευάζειν, ὡς εἰσὶ πάντα πάντων αὐτοὶ σοφώτατοι. δῆλον γὰρ ὡς εἰ μήτε ἀντέλεγον ὀρθῶς μήτε ἐκείνοις ἐφαίνοντο, φαινόμενοί τε εἰ μηδὲν αὖ μᾶλλον ἐδόκουν διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν εἶναι φρόνιμοι, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, σχολῇ ποτ' ἄν αὐτοῖς τις χρήματα διδοὺς ἤθελεν ἂν τούτων αὐτῶν μαθητὴς γίγνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Σχολῇ μέντ' ἄν.

ΞΕ. Νῦν δέ γ' ἐθέλουσιν;

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Δοκοῦσι γάρ, οἶμαι, πρὸς ταῦτα ἐπιστημόνως ἔχειν αὐτοὶ πρὸς ἅ περ ἀντιλέγουσιν.

The. Quid istud et quale? neque enim quod nunc quaeris, intelligo. *Ho.* Quaerebam, utrum hominum quispiam scire omnia possit. *The.* Beatum profecto, hospes, genus nostrum esset. *Ho.* Quonam pacto ignorans quispiam adversus intelligentem contradicendo validum quicquam inferre poterit? *The.* Nullo. *Ho.* Quid ergo in sophistarum potentia mirabile videretur? *The.* Circa quid maxime? *Ho.* Quemadmodum videlicet unquam possent iuvenibus persuadere, se omnium in singulis esse sapientissimos? constat enim, quod nisi recte contradicerent, aut nisi illis apparerent, apparentesque nisi adversando existimarentur esse sapientiores, quod tu quaerebas, nullus oblata pecunia ab istis erudiri cuperet. *The.* Nullus penitus. *Ho.* Nunc vero exoptant. *The.* Ac vehementer. *Ho.* Videntur, arbitror, illa in quibus adversantur, optime scire.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Δρῶσι δέ γε τοῦτο πρὸς ἅπαντα, φαμέν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πάντ' ἄρα σοφοὶ τοῖς μαθηταῖς φαίνονται.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκ ὄντες γε· ἀδύνατον γὰρ τοῦτό γε ἐφάνη.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἀδύνατον;

ΞΕ. Δοξαστικὴν ἄρα τινὰ περὶ πάντων ἐπιστήμην ὁ σοφιστὴς ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀλήθειαν ἔχων ἀναπέφανται.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν· καὶ κινδυνεύει γε τὸ νῦν εἰρημένον ὀρθότατα περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι.

ΞΕ. Λάβωμεν τοίνυν σαφέστερόν τι παράδειγμα περὶ τούτων.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τόδε. καί μοι πειρῶ προσέχων τὸν νοῦν εὖ μάλα ἀποκρίνασθαι.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἴ τις φαίη μὴ λέγειν μηδ' ἀντιλέγειν, ἀλλὰ ποιεῖν καὶ δρᾶν μιᾷ τέχνῃ ξυνάπαντα ἐπίστασθαι πράγματα.

ΘΕΑΙ. Πῶς πάντ' εἶπες;

ΞΕ. Τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥηθέντος σύ γ' ἡμῖν εὐθὺς ἀγνοεῖς· τὰ γὰρ ξύμπαντα, ὡς ἔοικας, οὐ μανθάνεις.

The. Quidni? *Ho.* Repugnant autem in omnibus. nonne? *The.* Absque dubio. *Ho.* In omnibus itaque sapientes discipulis esse videntur. *The.* Cur non? *Ho.* Neque tamen sunt. impossibile quippe id esse constitit. *The.* Impossibile sane. *Ho.* Opinionem igitur circa omnia potius, quam veram scientiam habere Sophista nobis apparuit. *The.* Prorsus: quodve modo dixisti, recte admodum dixisse videris. *Ho.* Ponamus ergo exemplum aliquod istorum perspicuum. *The.* Quale? *Ho.* Hoc. sed attende diligenter atque apte responde. *The.* Quale inquam. *Ho.* Perinde ac si quis assereret, neque dicere neque contradicere, sed scire potius facere ac fingere arte una cuncta. *The.* Quomodo cuncta dicebas? *Ho.* Principium sermonis huius statim ignoras. quid enim haec dictio, cuncta, significet, num intelligis?

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Λέγω τοίνυν σὲ καὶ ἐμὲ τῶν πάντων, καὶ πρὸς ἡμῖν τἆλλα ζῶα καὶ δένδρα.

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Εἴ τις ἐμὲ καὶ σὲ καὶ τἆλλα φυτὰ πάντα ποιήσειν φαίη.

ΘΕΑΙ. Τίνα δὴ λέγων τὴν ποίησιν; οὐ γὰρ δὴ γεωργόν γε ἐρεῖς τινά· καὶ γὰρ ζώων αὐτὸν εἶπες 234
ποιητήν.

ΞΕ. Φημί, καὶ πρός γε θαλάττης καὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ καὶ θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ξυμπάντων. καὶ τοίνυν καὶ ταχὺ ποιήσας αὐτῶν ἕκαστα πάνυ σμικροῦ νομίσματος ἀποδίδοται.

ΘΕΑΙ. Παιδιὰν λέγεις τινά.

ΞΕ. Τί δαί; τὴν τοῦ λέγοντος ὅτι πάντα οἶδε καὶ ταῦτα ἕτερον ἂν διδάξειεν ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, μῶν οὐ παιδιὰν νομιστέον;

ΘΕΑΙ. Πάντως που.

ΞΕ. Παιδιᾶς δὲ ἔχεις τι τεχνικώτερον καὶ χαριέστερον εἶδος ἢ τὸ μιμητικόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς· πάμπολυ γὰρ εἴρηκας εἶδος εἰς ἓν πάντα ξυλλαβὼν καὶ σχεδὸν ποικιλώτατον.

ΞΕ. Οὐκοῦν τόν γ' ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι

The. Non certe. *Ho.* Dico in numero omnium esse me ac te et alia quoque animalia arboresque. *The.* Quomodo inquis? *Ho.* Si quis me ac te ceteraque viventia omnia se facturum promittat. *The.* Quem faciendi modum dicis? non enim dicis agricultorem quenquam: nam animalium factorem aiebas. *Ho.* Aio, et terrae praeterea et maris coelique ac deorum aliorumque omnium. et cum singula brevi finxerit, unumquodque exiguo pretio vendet. *The.* Iocum quendam narras. *Ho.* Quid vero? nonne et ille iocari dicendus est, qui omnia se nosse praedicat, aliumque docere omnia exigua quadam mercede brevique tempore profitetur? *The.* Prorsus. *Ho.* Iocandi vero speciem habes ullam magis artificiosam iucundamque quam imitationem? *The.* Nullam. amplam sane speciem dixisti, in uno omnia comprehendentem atque multiplicem. *Ho.* An non intelligimus eum, qui arte una cuncta facturum

μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν γιγνώσκομέν που τοῦτο, ὅτι μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ δυνατὸς ἔσται τοὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων, πόῤῥωθεν τὰ γεγραμμένα ἐπιδεικνύς, λανθάνειν ὡς, ὅ τί περ ἂν βουληθῇ δρᾷν, τοῦτο ἱκανώτατος ὢν ἀποτελεῖν ἔργῳ.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δαὶ δή; περὶ τοὺς λόγους ἆρ' οὐ προσδοκῶμεν εἶναί τινα ἄλλην τέχνην, ᾗ δυνατὸν αὖ τυγχάνειν τοὺς νέους καὶ ἔτι πόῤῥω τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθείας ἀφεστῶτας διὰ τῶν ὤτων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεικνύντας εἴδωλα λεγόμενα περὶ πάντων, ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι καὶ τὸν λέγοντα δὴ σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι;

ΘΕΑΙ. Τί γὰρ οὐκ ἂν εἴη ἄλλη τις τοιαύτη τέχνη;

ΞΕ. Τοὺς πολλοὺς οὖν, ὦ Θεαίτητε, τῶν τότε ἀκουόντων ἆρ' οὐκ ἀνάγκη, χρόνου τε ἐπελθόντος αὐτοῖς ἱκανοῦ καὶ προϊούσης ἡλικίας, τοῖς τε οὖσι προσπίπτοντας ἐγγύθεν καὶ διὰ παθημάτων ἀναγκαζομένους ἐναργῶς ἐφάπτεσθαι τῶν ὄντων μεταβάλλειν τὰς τότε γενομένας δόξας, ὥστε σμικρὰ μὲν φαίνεσθαι τὰ μεγάλα, χαλεπὰ δὲ τὰ ῥᾴδια, καὶ πάντα πάντῃ

se profitetur, picturam fingentem equivoca rerum simulacra, dementes pueros posse decipere, dum picta eminus prospicientibus monstrat, quasi, quodcunque velit, efficere possit? *The.* Quid prohibet? *Ho.* Nonne et aliam circa sermones talem artem esse putamus, qua seductores, quasi praestigiis quibusdam utentes, adolescentulos, procul a veritate rerum adhuc existentes, decipere valeant, imagines quasdam verisimiles loco verarum rerum auribus inculcando, adeo ut vera eloqui videantur omniumque hominum esse in omnibus sapientissimi? *The.* Nihil prohibet, aliam quandam eiusmodi esse artem. *Ho.* Necesse est multos, o Theaetete, eorum qui haec audiverunt, cum adoleverint, ac res ipsas cominus consideraverint, affectibus quibusdam res manifeste attrectare coactos, pristinas opiniones abiicere atque ita commutare, ut exigua videantur quae magna, difficilia quae facilia, et singula passim sermonibus con-

ἀνατετράφθαι τὰ ἐν τοῖς λόγοις φαντάσματα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργων παραγενομένων;

ΘΕΑΙ. Ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι. οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τῶν ἔτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκότων εἶναι.

ΞΕ. Τοιγαροῦν ἡμεῖς σε οἵδε πάντες πειρασόμεθα καὶ νῦν πειρώμεθα ὡς ἐγγύτατα ἄνευ τῶν παθημάτων προσάγειν. περὶ δ' οὖν τοῦ σοφιστοῦ τόδε μοι λέ-
γε· πότερον ἤδη τοῦτο σαφὲς ὅτι τῶν γοήτων ἐστί τις, 235
μιμητὴς ὢν τῶν ὄντων, ἢ διστάζομεν ἔτι μὴ περὶ ὅσωνπερ ἀντιλέγειν δοκεῖ δυνατὸς εἶναι, περὶ τοσούτων καὶ τὰς ἐπιστήμας ἀληθῶς ἔχων τυγχάνει;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς ἄν, ὦ ξένε; ἀλλὰ σχεδὸν ἤδη σαφὲς ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστί τις μερῶν.

ΞΕ. Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτόν τινα.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ θετέον;

ΞΕ. Ἄγε δή, νῦν ἡμέτερον ἔργον ἤδη τὸν θῆρα μηκέτ' ἀνεῖναι· σχεδὸν γὰρ αὐτὸν περιειλήφαμεν ἐν ἀμφιβληστρικῷ τινὶ τῶν ἐν τοῖς λόγοις περὶ τὰ τοιαῦτα ὀργάνων, ὥστε οὐκέτ' ἐκφεύξεται τόδε γε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

cepta phantasmata actionum progressibus in contraria verti cogantur. *The.* Ita mihi videtur, prout meae huius aetatis iudicium porrigit. arbitror enim me adhuc ex eorum numero esse, qui a vero procul absunt. *Ho.* At vero nos praesentes tibi opem ferre conabimur. et nunc quidem nitamur, quam proxime absque doctrinis intelligentiam adhibere. De sophista in primis mihi dicas, utrum inter nos constet, quasi praestigiatorem quendam hunc esse verarumque rerum imitatorem: an suspicamur adhuc, ne forte veram illarum rerum scientiam habeat, de quibus contradicere aliis posse videtur. *The.* Quis ulterius suspicetur, hospes? iam ex his, quae dicta sunt, patet eum ex illorum numero esse, qui una quadam disciplina pollent. *Ho.* Praestigiator itaque et imitator quidam est dicendus. *The.* Procul dubio. *Ho.* Deinceps cavendum est, ne praedam hanc dimittamus. ferme namque sophistam veluti funda quadam irretitum ratiocinando comprehendimus. quapropter hoc saltem minime subterfugiet. *The.* Quid istud?

ΞΕ. Τὰ μὴ οὐ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν τις εἷς.

ΘΕΑΙ. Κἀμοὶ τοῦτό γε οὕτω περὶ αὐτοῦ ξυνδοκεῖ.

ΞΕ. Δέδοκται τοίνυν ὅτι τάχιστα διαιρεῖν τὴν εἰδωλοποιικὴν τέχνην, καὶ καταβάντας εἰς αὐτήν, ἐὰν μὲν ἡμᾶς εὐθὺς ὁ σοφιστὴς ὑπομείνῃ, συλλαβεῖν αὐτὸν κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ λόγου, κἀκείνῳ παραδόντας ἀποφῆναι τὴν ἄγραν· ἐὰν δ' ἄρα κατὰ μέρη τῆς μιμητικῆς δύηταί πῃ, ξυνακολουθεῖν αὐτῷ διαιροῦντας ἀεὶ τὴν ὑποδεχομένην αὐτὸν μοῖραν, ἕως περ ἂν ληφθῇ. πάντως οὔτε οὗτος οὔτε ἄλλο γένος οὐδὲν μή ποτε ἐκφυγὸν ἐπεύξηται τὴν τῶν οὕτω δυναμένων μετιέναι καθ' ἕκαστά τε καὶ ἐπὶ πάντα μέθοδον.

ΘΕΑΙ. Λέγεις εὖ, καὶ ταῦτα ταύτῃ ποιητέον.

ΞΕ. Κατὰ δὴ τὸν παρεληλυθότα τρόπον τῆς διαιρέσεως ἔγωγέ μοι καὶ νῦν φαίνομαι δύο καθορᾶν εἴδη τῆς μιμητικῆς· τὴν δὲ ζητουμένην ἰδέαν, ἐν ὁποτέρῳ ποθ' ἡμῖν οὖσα τυγχάνει, καταμαθεῖν οὐδέπω μοι δοκῶ νῦν δυνατὸς εἶναι.

ΘΕΑΙ. Σὺ δ' ἀλλ' εἰπὲ πρῶτον καὶ δίελε ἡμῖν τίνε τὼ δύο λέγεις.

ΞΕ. Μίαν μὲν τὴν εἰκαστικὴν ὁρῶν ἐν αὐτῇ τέ-

Ho. Quod videlicet unus quidam est ex his, qui allucinationibus et praestigiis fallunt? *The.* Idem quoque mihi videtur. *Ho.* Ostensum est utique, quamprimum artem imaginariam, simulacrorum videlicet effectricem, dividere oportere: cumque illam ingressi fuerimus, si statim sophista nos exspectet, capere illum, sicut regio est sermone mandatum, eique tradendo praedam ostendere. sin autem subintrans artis imitandi particulas delitescat, insequendum esse, et partem, qua sese occulit, dividendam aperiendamque, quousque omnino comprehendatur. Nam nec iste nec aliud ullum genus eum fugiet, qui per omnia sigillatim disquirere poterit. *The.* Recte mones, atque ita agendum. *Ho.* Secundum superiorem dividendi rationem duas nunc imitationis species cernere mihi videor. ideam vero, quam quaerimus, utra in specie ponam ambigo. tu vero? *The.* Hasce prius species duas distingue atque declara. *Ho.* Unam quidem assimi-

χνην. ἔστι δ' αὕτη μάλιστα, ὁπόταν κατὰ τὰς τοῦ παραδείγματος συμμετρίας τις ἐν μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι χρώματα ἀποδιδοὺς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις, τὴν τοῦ μιμήματος γένεσιν ἀπεργάζηται.

ΘΕΑΙ. Τί δ'; οὐ πάντες οἱ μιμούμενοί τι τοῦτ' ἐπιχειροῦσι δρᾶν;

ΞΕ. Οὔκουν ὅσοι γε τῶν μεγάλων πού τι πλάττουσιν ἔργων ἢ γράφουσιν. εἰ γὰρ ἀποδιδοῖεν τὴν τῶν καλῶν ἀληθινὴν συμμετρίαν, οἶσθ' ὅτι σμικρότερα μὲν τοῦ δέοντος τὰ ἄνω, μείζω δὲ τὰ κάτω φαίνοιτ' ἂν 236
διὰ τὸ τὰ μὲν πόῤῥωθεν, τὰ δ' ἐγγύθεν ὑφ' ἡμῶν ὁρᾶσθαι;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐ χαίρειν τὸ ἀληθὲς ἐάσαντες οἱ δημιουργοὶ νῦν οὐ τὰς οὔσας συμμετρίας, ἀλλὰ τὰς δοξούσας εἶναι καλὰς τοῖς εἰδώλοις ἐναπεργάζονται;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἄρα ἕτερον οὐ δίκαιον, εἰκός γε ὄν, εἰκόνα καλεῖν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τῆς γε μιμητικῆς τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος κλητέον ὅ περ εἴπομεν ἐν τῷ πρόσθεν, εἰκαστικήν;

landi artem video; cuius opus est, secundum exemplaris commensurationes, quoad longitudinem, latitudinem, profunditatem convenientesque colores aemulam imaginem fabricare. *The.* Quicunque aliquid imitantur, id pro viribus agunt. *Ho.* Nonne quicunque magnum aliquod opus fingunt aut pingunt? si enim veram pulchrorum commensurationem simulacris praeberent, minora quam decet superiora membra, maiora vero quae infra sunt, apparerent: propterea quod illa eminus, ista cominus a nobis conspiciantur. *The.* Omnino. *Ho.* Ergo artifices, veritate dimissa, non eas quae re vera sunt, sed quae videntur pulchrae commensurationes, simulacris ipsis accommodant. *The.* Prorsus. *Ho.* Nonne igitur species haec assimulatrix nuncupanda est? *The.* Certe. *Ho.* Partem igitur geometriae, quae circa ista versatur, assimulatricem, ut supra diximus, appellabimus.

ΘΕΑΙ. Κλητέον.

ΞΕ. Τί δαί; τὸ φαινόμενον μὲν διὰ τὴν [οὐκ] ἐκ καλοῦ θέαν ἐοικέναι τῷ καλῷ, δύναμιν δὲ εἴ τις λάβοι τὰ τηλικαῦτα ἱκανῶς ὁρᾶν, μηδὲ εἰκὸς ᾧ φησιν ἐοικέναι, τί καλοῦμεν; ἆρ' οὐκ, ἐπεί περ φαίνεται μέν, ἔοικε δὲ οὔ, φάντασμα;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν πάμπολυ καὶ κατὰ τὴν ζωγραφίαν τοῦτο τὸ μέρος ἐστὶ καὶ κατὰ ξύμπασαν μιμητικήν;

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὴν δὴ φάντασμα ἀλλ' οὐκ εἰκόνα ἀπεργαζομένην τέχνην ἆρ' οὐ φανταστικὴν ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιμεν;

ΘΕΑΙ. Πολύ γε.

ΞΕ. Τούτω τοίνυν τὼ δύο ἔλεγον εἴδη τῆς εἰδωλοποιικῆς, εἰκαστικὴν καὶ φανταστικήν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὃ δέ γε καὶ τότ' ἠμφεγνόουν, ἐν ποτέρᾳ τὸν σοφιστὴν θετέον, οὐδὲ νῦν πω δύναμαι θεάσασθαι σαφῶς, ἀλλ' ὄντως θαυμαστὸς ἀνὴρ καὶ κατιδεῖν παγχάλεπος, ἐπεὶ καὶ νῦν μάλα εὖ καὶ κομψῶς εἰς ἄπορον εἶδος διερευνήσασθαι καταπέφευγεν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

The. Sic prorsus. *Ho.* Quid porro quod apparet quidem pulchro simile, ex eo quod haud pulchrum respiciat, possitque aliquis tale quid cernere sufficienterque videre, quam pulchro simile non sit, quemadmodum dicebatur, quo illud nomine nuncupabimus? an non, quia apparet quidem, neque tamen est simile, phantasma dicendum? *The.* Profecto. *Ho.* Secundum picturam pars ista, et universum imitationis est genus? *The.* Nempe. *Ho.* Artem vero illam, qua phantasma fingitur, non imago, phantasticam merito nominandam putamus. *The.* Consentaneum est. *Ho.* Has equidem duas imaginariae facultatis species supra ponebam: unam, quae similitudines efficit; alteram, quae phantasmata. *The.* Recte. *Ho.* Atque id est quod ambigebam, utra in specie sit sophista ponendus, neque dum satis agnosco. re vera mirandus vir iste cognituque difficilis: quandoquidem et nunc quam aptissime tergiversatus, in obscurae speciei latebras secessit. *The.* Videtur.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν αὐτὸ γιγνώσκων σύμφῃς, ἤ σε οἷον ῥύμη τις ὑπὸ τοῦ λόγου συνειθισμένον συνεπεσπάσατο πρὸς τὸ ταχὺ ξυμφῆσαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς καὶ πρὸς ὅ τι τοῦτο εἴρηκας;

ΞΕ. Ὄντως, ὦ μακάριε, ἐσμὲν ἐν παντάπασι χαλεπῇ σκέψει. τὸ γὰρ φαίνεσθαι τοῦτο καὶ τὸ δοκεῖν, εἶναι δὲ μή, καὶ τὸ λέγειν μὲν ἄττα, ἀληθῆ δὲ μή, πάντα ταῦτά ἐστι μεστὰ ἀπορίας ἀεὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ καὶ νῦν. ὅπως γὰρ εἰπόντα χρὴ ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν ὄντως εἶναι, καὶ τοῦτο φθεγξάμενον ἐναντιολογίᾳ μὴ συνέχεσθαι, παντάπασιν, ὦ Θεαίτητε, χαλεπόν.

ΘΕΑΙ. Τί δή; 237

ΞΕ. Τετόλμηκεν ὁ λόγος οὗτος ὑποθέσθαι τὸ μὴ ὂν εἶναι· ψεῦδος γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐγίγνετο ὄν. Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων·

οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο δαῇς, φησίν, εἶναι μὴ ἐόντα·
ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήμενος εἶργε νόημα.

παρ' ἐκείνου τε οὖν μαρτυρεῖται, καὶ μάλιστά γε δὴ πάντων ὁ λόγος αὐτὸς ἂν δηλώσειε μέτρια βασανι-

Ho. Nunquid ipsum cognoscens mihi nunc assentiris? an impetus quidam propter hunc sermonem ita te consuetum induxit, ut repente confitereris? *The.* Quorsum haec? *Ho.* In arduam profecto considerationem incidimus. Semper enim tam in praeterito quam praesenti tempore maxime dubium est quod dicitur: apparere quidem hoc atque videri, esse vero nequaquam: et aliquem loqui quaedam, non tamen vera. mirandum quippe, Theaetete, si is sibi non contradixerit, qui asserit quod re vera et dicere et opinari falsa contingit. *The.* Cur? *Ho.* Quia talis locutio, id quod non est, esse admittit. falsum namque haud aliter quod est fieret. Magnus autem Parmenides, o puer, dum pueri adhuc essemus, statim ab initio assidueque id praedicabat. sic enim carminibus passim iocatur. Nunquam, inquit, et nullo modo sunt illa quae non sunt. Sed tu hoc tramite quaerens mentem cohibe. Ab illo itaque testimonium perhibetur: sermoque huiusmodi, si mediocriter discutiatur,

σθείς. τοῦτ' οὖν αὐτὸ πρῶτον θεασώμεθα, εἰ μή τί σοι διαφέρει.

ΘΕΑΙ. Τὸ μὲν ἐμὸν ὅπῃ βούλει τίθεσο, τὸν δὲ λόγον, ᾗ βέλτιστα διέξεισι, σκοπῶν αὐτός τε ἴθι κἀμὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἄγε.

ΞΕ. Ἀλλὰ χρὴ δρᾷν ταῦτα. καί μοι λέγε· τὸ μηδαμῶς ὂν τολμῶμέν που φθέγγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἔριδος ἕνεκα μηδὲ παιδιᾶς, ἀλλ' εἰ σπουδῇ δέοι συννοήσαντά τινα ἀποφήνασθαι τῶν ἀκροατῶν, ποῖ χρὴ τοὔνομ' ἐπιφέρειν τοῦτο τὸ μὴ ὄν, ἔχειν δοκοῦμεν ἂν εἰς τί καὶ ἐπὶ ποῖον αὐτόν τε καταχρήσασθαι καὶ τῷ πυνθανομένῳ δεικνύναι;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὸν ἤρου καὶ σχεδὸν εἰπεῖν οἵῳ γε ἐμοὶ παντάπασιν ἄπορον.

ΞΕ. Ἀλλ' οὖν τοῦτό γε δῆλον, ὅτι τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὂν οὐκ οἰστέον.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐπεί περ οὐκ ἐπὶ τὸ ὄν, οὐδ' ἐπὶ τὸ τὶ φέρων ὀρθῶς ἄν τις φέροι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

ΞΕ. Καὶ τοῦτο ἡμῖν που φανερόν, ὡς καὶ τὸ τὶ τοῦτο ῥῆμα ἐπὶ ὄντι λέγομεν ἑκάστοτε· μόνον γὰρ αὐτὸ

rem patefaciet. Age, hoc in primis, si tibi placet, inspiciamus. *The.* Mea quidem nihil interest: ipse videris, et qua praestare putas, ea et tu pergas et me ducas. *Ho.* Ita prorsus agendum: et mihi responde, num pronuntiare quod nullo modo est, audeamus. *The.* Quidni? *Ho.* Si quidem nullius contentionis aut ioci gratia quaerendum de istis vel respondendum sit, immo audientium quempiam oporteat serio nobis nomen hoc Non ens declarare quo referendum sit; cogniturum eum putamus, quo se vertat, quidve et quo modo interroganti demonstret? *The.* Rem arduam sciscitaris, mihique uni prorsus ignotam. *Ho.* Hoc saltem constat, quod id nomen Non ens nulli eorum quae sunt, attribuendum. *The.* Quomodo enim id fieret? *Ho.* Cum vero ad Ens, ut ita dixerim, referri non possit, neque etiam ad Aliquid referendum. *The.* Quonam pacto? *Ho.* Id quoque nobis patet, quod dictio ista Aliquid circa ens aliquod ubique pronuntiatur: atque impossibile est, ipsum Ali-

λέγειν, ὥς περ γυμνὸν καὶ ἀπηρημωμένον ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἀδύνατον. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον.

ΞΕ. Ἆρα τῇδε σκοπῶν ξύμφῃς ὡς ἀνάγκη τόν τι λέγοντα ἕν γέ τι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἑνὸς γὰρ δὴ τό γε τὶ φήσεις σημεῖον εἶναι, τὸ δὲ τινὲ δυοῖν, τὸ δὲ τινὲς πολλῶν.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸν δὲ δὴ μή τι λέγοντα ἀναγκαιότατον, ὡς ἔοικε, παντάπασι μηδὲν λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τοῦτο συγχωρητέον, τὸ τὸν τοιοῦτον λέγειν μέν [τι], λέγειν μέντοι μηδέν, ἀλλ' οὐδὲ λέγειν φατέον, ὅς γ' ἂν ἐπιχειρῇ μὴ ὂν φθέγγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Τέλος γοῦν ἂν ἀπορίας ὁ λόγος ἔχοι. 238

ΞΕ. Μήπω μέγ' εἴπῃς· ἔτι γάρ, ὦ μακάριε, ἔστι, καὶ ταῦτά γε τῶν ἀποριῶν ἡ μεγίστη καὶ πρώτη. περὶ γὰρ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν οὖσα τυγχάνει.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; λέγε καὶ μηδὲν ἀποκνήσῃς.

ΞΕ. Τῷ μὲν ὄντι που προσγένοιτ' ἄν τι τῶν ὄντων ἕτερον.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

quid solum et quasi nudatum ab omnibus his quae sunt, seorsum enuntiare. *The.* Impossibile certe. *Ho.* Num ita considerans confiteris necessarium esse, cum qui aliquid dicit, unum aliquid dicere? *The.* Ita. *Ho.* Unius porro signum ipsum Aliquid esse dices, duorum et plurium Aliqua? *The.* Dicam plane. *Ho.* Eum vero qui Non aliquid dicit, necesse est neque unum quid, id est nihil dicere? *The.* Necessarium est omnino. *Ho.* Neque id concedendum, hominem talem dicere quidem aliquid, sed non unum quid, id est nihil dicere. *The.* Atqui neque loqui dicendus est ille, qui conatur non ens proferre. unde sermo extremum dubitationis haberet. *Ho.* Nondum magnum hoc dicas. exstat enim adhuc, o beate, circa haec dubitationum maxima atque prima, quae circa ipsius principium accidit. *The.* Quo pacto id dicas, declara, amabo, neque te pigeat. *Ho.* Ei sane quod est, aliquid alterum eorum quae sunt, contingere potest. *The.* Nihil prohibet.

ΞΕ. Μὴ ὄντι δέ τι τῶν ὄντων ἆρά ποτε προςγίγνεσθαι φήσομεν δυνατὸν εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀριθμὸν δὴ τὸν ξύμπαντα τῶν ὄντων τίθεμεν.

ΘΕΑΙ. Εἴ πέρ γε καὶ ἄλλο τι θετέον ὡς ὄν.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν μηδ' ἐπιχειρῶμεν ἀριθμοῦ μήτε πλῆθος μήτε τὸ ἓν πρὸς τὸ μὴ ὂν προςφέρειν.

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἂν ὀρθῶς γε, ὡς ἔοικεν, ἐπιχειροῖμεν, ὥς φησιν ὁ λόγος.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἂν ἢ διὰ τοῦ στόματος φθέγξαιτ' ἄν τις ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τὸ παράπαν λάβοι τὰ μὴ ὄντα ἢ τὸ μὴ ὂν χωρὶς ἀριθμοῦ;

ΘΕΑΙ. Λέγε ὅπῃ.

ΞΕ. Μὴ ὄντα μὲν ἐπειδὰν λέγωμεν, ἆρα οὐ πλῆθος ἐπιχειροῦμεν ἀριθμοῦ προςτιθέναι;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Μὴ ὂν δέ, ἆρα οὐ τὸ ἓν αὖ;

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὔτε δίκαιόν γε οὔτ' ὀρθόν φαμεν ὂν ἐπιχειρεῖν μὴ ὄντι προςαρμόττειν.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ἀληθέστατα.

ΞΕ. Συννοεῖς οὖν ὡς οὔτε φθέγξασθαι δυνατὸν ὀρθῶς οὔτ' εἰπεῖν οὔτε διανοηθῆναι τὸ μὴ ὂν αὐτὸ

Ho. Ei vero quod non est, aliquidne ex his quae sunt, adesse unquam posse dicemus? *The.* Nequaquam. *Ho.* Universum numerorum genus in ordine eorum, quae sunt, ponimus? *The.* Certe, si modo aliud quicquam in eo ponendum. *Ho.* Quare nec numerorum multitudinem neque unum non enti adhibeamus. *The.* Haud recte adhiberemus, ut ratio nobis ostendit. *Ho.* Quo pacto igitur vel ore proferret quisquam vel cogitatione comprehenderet ea, quae non sunt, vel non ens, seorsum a numero? *The.* Qua ratione? *Ho.* Quotiens non entia dicimus, nonne numeri multitudinem tentamus apponere? *The.* Utique. *Ho.* Quotiens autem non ens, unum. *The.* Manifestum id quidem. *Ho.* Enimvero neque iustum neque rectum esse diximus, ut quis non enti ens adiungere audeat. *The.* Vera loqueris. *Ho.* Animadvertisne, quod neque proferri neque recte dici neque cogitari non ens secundum

καθ' αὑτό, ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν ἐψευσάμην ἄρτι λέγων τὴν μεγίστην ἀπορίαν ἐρεῖν αὐτοῦ πέρι;

ΘΕΑΙ. Τί δέ; ἔτι μείζω τινὰ λέγειν ἄλλην ἔχομεν;

ΞΕ. Τί δαί, ὦ θαυμάσιε; οὐκ ἐννοεῖς αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν ὅτι καὶ τὸν ἐλέγχοντα εἰς ἀπορίαν καθίστησι τὸ μὴ ὂν οὕτως ὥςτε, ὁπόταν αὐτὸ ἐπιχειρῇ τις ἐλέγχειν, ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ περὶ ἐκεῖνο ἀναγκάζεσθαι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; εἰπὲ ἔτι σαφέστερον.

ΞΕ. Οὐδὲν δεῖ τὸ σαφέστερον ἐν ἐμοὶ σκοπεῖν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑποθέμενος οὔτε ἑνὸς οὔτε τῶν πολλῶν τὸ μὴ ὂν δεῖν μετέχειν, ἄρτι τε καὶ νῦν οὕτως ἓν αὐτὸ εἴρηκα· τὸ μὴ ὂν γάρ φημι. ξυνίῃς τοι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν ἄφθεγκτόν τε αὐτὸ καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄλογον ἔφην εἶναι. ξυνέπει;

ΘΕΑΙ. Ξυνέπομαι· πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Οὐκοῦν τό γε εἶναι προςάπτειν πειρώμενος ἐναντία τοῖς πρόσθεν ἔλεγον.

seipsum potest, sed incogitabile, ineffabileque et irrationale existit? *The.* Penitus. *Ho.* Nunquid paulo ante mentitus sum, cum dixi maximam circa illud dubitationem me illaturum? *The.* Aliam adhuc ista maiorem adducere possumus? *Ho.* Quid vero, o mirifice adolescens, an non ex his quae dicta sunt, vides, quod non ens tantis eum, qui ipsum redarguit, offundit tenebris, ut cum primum redargutionem aggreditur, sibimet adversari cogatur? *The.* Dic clarius. *Ho.* Haud oportet clarius aliquid in me considerare. Equidem cum supposuissem non ens nec unius nec multorum esse particeps, tamen et paulo ante et nunc etiam unum ipsum protuli, dum hoc ipsum non ens pronuntiarem. percipisne? *The.* Percipio. *Ho.* Quin etiam paulo supra inexplicabile ipsum et ineffabile et irrationale esse dixi. tenes? *The.* Plane. *Ho.* An non, dum ipsum esse praedicare de illo conarer, contraria superioribus proferebam?

259 ΘΕΑΙ. Φαίνει.

ΞΕ. Τί δαί; τοῦτο προςάπτων οὐχ ὡς ἑνὶ διελεγόμην;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἄλογόν τε λέγων καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον ὥς γε πρὸς ἓν τὸν λόγον ἐποιούμην.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Φαμὲν δέ γε δεῖν, εἴ περ ὀρθῶς τις λέξει, μήτε ὡς ἓν μήτε ὡς πολλὰ διορίζειν αὐτό, μηδὲ τὸ παράπαν αὐτὸ καλεῖν· ἕν τι γὰρ ἤδη καὶ κατὰ ταύτην ἂν τὴν πρόςρησιν προςαγορεύοιτο.

ΘΕΑΙ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε ἔτι τί τις ἂν λέγοι; καὶ γὰρ πάλαι καὶ τὰ νῦν ἡττημένον ἂν εὕροι περὶ τὸν τοῦ μὴ ὄντος ἔλεγχον. ὥςτε ἐν ἔμοιγε λέγοντι, καθά περ εἶπον, μὴ σκοπῶμεν τὴν ὀρθολογίαν περὶ τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' ἔα δὴ νῦν ἐν σοὶ σκεψώμεθα.

ΘΕΑΙ. Πῶς φής;

ΞΕ. Ἴθι ἡμῖν εὖ καὶ γενναίως, ἅτε νέος ὤν, ὅ τι μάλιστα δύνασαι συντείνας πειράθητι, μήτε οὐσίαν μήτε τὸ ἓν μήτε πλῆθος ἀριθμοῦ προςτιθεὶς τῷ μὴ ὄντι, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φθέγξασθαί τι περὶ αὐτοῦ.

The. Videris. *Ho.* Nonne cum hoc illi attribui, quasi de uno locutus sum? *The.* Absque dubio. *Ho.* Immo et irrationale dum dicerem, inexplicabileque et ineffabile singulariter pronuntiarem, perinde ac si unum esset, verba de hoc faciebam. *The.* Quidni? *Ho.* Diximus sane, si modo quis recte loqui voluerit, neque ut unum neque ut multa determinare ipsum debere, neque omnino ipsum vocare. nam in una quadam specie appellatione huiusmodi poneretur. *The.* Prorsus. *Ho.* De me igitur quis ulterius dixerit? etenim et supra et nunc me in hac pugna adversus non ens succubuisse comperiet. apud quem de non ente loquentem nulla recta locutio reperitur. sed de te iam, si placet, consideremus. *The.* Quid ais? *Ho.* Conare, age, bene et generose, (es enim iuvenis,) et omni mentis attentione rectum sermonem de non ente proferre, illi nec essentiam nec unum neque numeri multitudinem adhibens.

ΘΕΑΙ. Πολλή μέντ' ἄν με καὶ ἄτοπος ἔχοι προθυμία τῆς ἐπιχειρήσεως, εἰ σὲ τοιαῦθ' ὁρῶν πάσχοντα αὐτὸς ἐπιχειροίην.

ΞΕ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σὲ μὲν καὶ ἐμὲ χαίρειν ἐῶμεν· ἕως δ' ἄν τινι δυναμένῳ δρᾷν τοῦτ' ἐντυγχάνωμεν, μέχρι τούτου λέγωμεν ὡς παντὸς μᾶλλον πανούργως εἰς ἄπορον ὁ σοφιστὴς τόπον καταδέδυκεν.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα δὴ φαίνεται.

ΞΕ. Τοιγαροῦν εἴ τινα φήσομεν αὐτὸν ἔχειν φανταστικὴν τέχνην, ῥᾳδίως ἐκ ταύτης τῆς χρείας τῶν λόγων ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψει τοὺς λόγους, ὅταν εἰδωλοποιὸν αὐτὸν καλῶμεν, ἀνερωτῶν τί ποτε τὸ παράπαν εἴδωλον λέγομεν. σκοπεῖν οὖν, ὦ Θεαίτητε, χρὴ τί τις τῷ νεανίᾳ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρινεῖται.

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι φήσομεν τά τε ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτροις εἴδωλα, ἔτι καὶ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ τετυπωμένα καὶ τἄλλα, ὅσα που τοιαῦτά ἐστιν ἕτερα.

ΞΕ. Φανερός, ὦ Θεαίτητε, εἶ σοφιστὴν οὐχ ἑωρακώς.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Δόξει σοι μύειν ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματα.

The. Quam temerarius essem, si eandem, qua tu succubuisti, pugnam aggrederer. *Ho.* Ergo si vis, te ac me praetermittamus, et donec aliquem recti sermonis compotem nanciscamur, dicamus interim, sophistam prae ceteris versute admodum obscuris sese in latebris occuluisse. *The.* Et maxime quidem. *Ho.* Verumtamen si phantastica quadam arte pollere sophistam asseruerimus; facile ex hoc usu loquendi adversus nos occasionem nactus, in contrarium sermones vertet. nam dum ipsum simulacrorum auctorem vocabimus, quid maxime simulacrum dicamus, interrogabit. Cogitandum protinus, Theaetete, quid ita percontanti sophistae respondeamus. *The.* Dicemus videlicet simulacra esse illa, quae in aquis et speculis offeruntur, picta quoque et figurata et huius generis alia. *Ho.* Videris, Theaetete, sophistam conspexisse nunquam. *The.* Cur? *Ho.* Videbitur tibi aut conniventibus oculis aut sine oculis tecum loqui.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὴν ἀπόκρισιν ὅταν οὕτως αὐτῷ διδῷς, ἐὰν ἐν κατόπτροις ἢ πλάσμασι λέγῃς τι, καταγελάσεταί σου τῶν λόγων, ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ, προσ-
240 ποιούμενος οὔτε κάτοπτρα οὔτε ὕδατα γιγνώσκειν οὔτε τὸ παράπαν ὄψιν, τὸ δ' ἐκ τῶν λόγων ἐρωτήσει σε μόνον.

ΘΕΑΙ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸ διὰ πάντων τούτων, ἃ πολλὰ εἰπὼν ἠξίωσας ἑνὶ προσειπεῖν ὀνόματι, φθεγξάμενος εἴδωλον ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἓν ὄν. λέγε οὖν καὶ ἀμύνου μηδὲν ὑποχωρῶν τὸν ἄνδρα.

ΘΕΑΙ. Τί δῆτα, ὦ ξένε, εἴδωλον ἂν φαῖμεν εἶναι πλήν γε τὸ πρὸς τἀληθινὸν ἀφωμοιωμένον ἕτερον τοιοῦτον;

ΞΕ. Ἕτερον δὲ λέγεις τοιοῦτον ἀληθινόν, ἢ ἐπὶ τίνι τὸ τοιοῦτον εἶπες;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἐοικὸς μέν.

ΞΕ. Ἆρα τὸ ἀληθινὸν ὄντως ὂν λέγων;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Τί δαί; τὸ μὴ ἀληθινὸν ἆρ' ἐναντίον ἀληθοῦς;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρα λέγεις τὸ ἐοικός, εἴ περ αὐτό γε μὴ ἀληθινὸν ἐρεῖς. ἀλλ' ἔστι γε μήν.

The. Qua ratione? *Ho.* Ridebit te, cum per figuras speculaque responderis, perinde ac si cum vidente loquaris: simulabit ille aquas et specula et visum penitus ignorare, atque de hoc tantum sciscitabitur. *The.* De quonam? *Ho.* De eo, inquam, quod his omnibus quae dixisti, commune est, et quasi sit unum in multis, uno nomine, hoc est simulacrum appellasti. Strenue itaque certa, neque ignave cedas, sed generose responde. *The.* Quid aliud, hospes, simulacrum est dicendum, quam quod ad veri similitudinem accedit quodammodo, aliudque est tale? *Ho.* Cum aliud tale dicis, utrum verum, an aliud quiddam intelligi vis? *The.* Verum nullo modo, sed simile. *Ho.* Nunquid verum vere ens vocas? *The.* Idipsum. *Ho.* Non verum autem veri contrarium? *The.* Quid prohibet? *Ho.* Si ergo id quod simile vocas, verum esse negas, ens quoque existere negas: est tamen.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἀληθῶς γε φῄς.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν· πλήν γ' εἰκὼν ὄντως.

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρ' οὐκ ὄντως ἐστὶν ὄντως ἣν λέγογομεν εἰκόνα;

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει τοιαύτην τινὰ πεπλέχθαι συμπλοκὴν τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι, καὶ μάλα ἄτοπον.

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον; ὁρᾷς γοῦν ὅτι καὶ νῦν διὰ τῆς ἐπαλλάξεως ταύτης ὁ πολυκέφαλος σοφιστὴς ἠνάγκακεν ἡμᾶς τὸ μὴ ὂν οὐχ ἑκόντας ὁμολογεῖν εἶναί πως.

ΘΕΑΙ. Ὁρῶ καὶ μάλα.

ΞΕ. Τί δαὶ δή; τὴν τέχνην αὐτοῦ τίνα ἀφορίσαντες ἡμῖν αὐτοῖς συμφωνεῖν οἷοί τε ἐσόμεθα;

ΘΕΑΙ. Πῇ καὶ τὸ ποῖόν τι φοβούμενος οὕτω λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν περὶ τὸ φάντασμα αὐτὸν ἀπατᾷν φῶμεν καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, τότε πότερον ψευδῆ δοξάζειν τὴν ψυχὴν ἡμῶν φήσομεν ὑπὸ τῆς ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐροῦμεν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο· τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴπαιμεν;

ΞΕ. Ψευδὴς δ' αὖ δόξα ἔσται τἀναντία τοῖς οὖσι δοξάζουσα, ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Τἀναντία.

The. Quo pacto? *Ho.* Esse quidem, sed non vere esse fateris. *The.* Certe non verum ens, sed imaginem veram. *Ho.* Ergo non vere est ens id quod vere esse imaginem dicimus, et non vere ens est vere. *The.* Videtur non ens cum ente miris modis implicitum. *Ho.* Cur non mirum videatur? cernis, quam argute multiceps iste sophista nunc rursus hac alternatione nos invitos non ens quodammodo esse fateri coegerit? *The.* Quis non viderit? *Ho.* Qua ratione eius artem definiemus, ita ut nobis constemus? *The.* Quid maxime veritus ita loqueris? *Ho.* Quando ipsum circa phantasmata decipere nos asserimus, eiusque artem decipiendi astutiam nominamus, tunc utrum dicimus animam nostram opinari falsa, eius captiunculis irretitam, an aliud iudicamus? *The.* Non aliud certe. *Ho.* Falsa opinio est contraria eorum quae sunt opinari. *The.* Contraria.

ΞΕ. Λέγεις ἄρα τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν τὴν ψευδῆ δόξαν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΞΕ. Πότερον μὴ εἶναι τὰ μὴ ὄντα δοξάζουσαν, ἢ πως εἶναι τὰ μηδαμῶς ὄντα;

ΘΕΑΙ. Εἶναί πως τὰ μὴ ὄντα δεῖ γε, εἴ περ ψεύσεταί ποτέ τίς τι καὶ κατὰ βραχύ.

ΞΕ. Τί δ'; οὐ καὶ μηδαμῶς εἶναι τὰ πάντως ὄντα δοξάζεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τοῦτο δὴ ψεῦδος.

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Καὶ λόγος, οἶμαι, ψευδὴς οὕτω κατὰ ταὐτὰ ταῦτα νομισθήσεται τά τε ὄντα λέγων μὴ εἶναι καὶ τὰ μὴ ὄντα εἶναι.

241 ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως τοιοῦτος γένοιτο;

ΞΕ. Σχεδὸν οὐδαμῶς· ἀλλὰ ταῦτα ὁ σοφιστὴς οὐ φήσει. ἢ τίς μηχανὴ συγχωρεῖν τινὰ τῶν εὖ φρονούντων, ὅταν ἄφθεγκτα καὶ ἄῤῥητα καὶ ἄλογα καὶ ἀδιανόητα προδιωμολογημένα ᾖ τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα; μανθάνομεν, ὦ Θεαίτητε, ὃ λέγει;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς τοῖς νῦν δή, ψευδῆ τολμήσαντας

Ho. Ais igitur falsam opinionem, quae non sunt, opinari? *The.* Aio. *Ho.* Utrum non esse quae non sunt, putat? an quodammodo esse, quae nullo modo sunt? *The.* Si quis unquam quoquo modo opinando mentitur, necesse est, ut quae non sunt, esse quodammodo iudicet. *Ho.* Nonne etiam quae omnino sunt, nullo modo esse putabit? *The.* Id quoque. *Ho.* Et hoc falsum similiter? *The.* Et hoc. *Ho.* Quin etiam sermo mendax eadem ratione censebitur, qui videlicet quae non sunt, esse, et contra, quae sunt, non esse pronuntiat? *The.* Haud aliter mendax effici potest. *Ho.* Ferme non aliter. non tamen haec sophista fatebitur. quo pacto quis mentis compos haec admiserit, quandoquidem superiora illa nec dici nec proferri neque describi neque cogitari posse constiterit? Intelligimus quod dicitur, Theaetete? *The.* Quidni intelligamus? quod obiiciet nobis sermonem nostrum sibimet repugnare, cum nunc

εἰπεῖν ὡς ἔστιν ἐν δόξαις τε καὶ κατὰ λόγους; τῷ γὰρ μὴ ὄντι τὸ ὂν προσάπτειν ἡμᾶς πολλάκις ἀναγκάζεσθαι, διομολογησαμένους νῦν δή που τοῦτο εἶναι πάντων ἀδυνατώτατον.

ΞΕ. Ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσας. ἀλλ' ὥρα δὴ βουλεύσασθαι τί χρὴ δρᾶν τοῦ σοφιστοῦ πέρι· τὰς γὰρ ἀντιλήψεις καὶ ἀπορίας, ἐὰν αὐτὸν διερευνῶμεν ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες, ὁρᾷς ὡς εὔποροι καὶ πολλαί.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Μικρὸν μέρος τοίνυν αὐτῶν διεληλύθαμεν, οὐσῶν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπεράντων.

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον γὰρ ἄν, ὡς ἔοικεν, εἴη τὸν σοφιστὴν ἑλεῖν, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει.

ΞΕ. Τί οὖν; ἀποστησόμεθα νῦν μαλθακισθέντες;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἔγωγέ φημι δεῖν, εἰ καὶ κατὰ σμικρὸν οἷοί τ' ἐπιλαβέσθαι πῃ τἀνδρός ἐσμεν.

ΞΕ. Ἕξεις οὖν συγγνώμην καὶ καθά περ νῦν εἶπες ἀγαπήσεις, ἐάν πῃ καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐχ ἕξω;

ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἔτι μᾶλλον παραιτοῦμαί σε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

non ens in opinione et locutione ponamus. unde saepe cogi nos dicet non enti ens admovere: quod tamen fieri non posse supra convenimus. *Ho.* Recte in memoriam revocasti. sed consultandum iam, quid de sophista agere nos oporteat. Nam si eum in arte praestigiatorum mendaciumque ponentes definire conemur, obiectiones permultae dubiaque nascuntur. *The.* Patet. *Ho.* Exiguam hactenus illorum particulam ex innumeris partibus, ut ita dixerim, prosecuti sumus. *The.* Si haec ita se habent, impossibile est sophistam comprehendere. *Ho.* Quid ergo? num ab investigatione propter mollitiem desistemus? *The.* Nullo modo desistendum arbitror, si qua ex parte hunc virum capere valeamus. *Ho.* Veniam itaque dabis, et, ut modo dicebas, satis factum duces, si modo parum quid in quaestione tam ardua profecerimus. *The.* Dabo, et libenter quidem. *Ho.* Hoc abs te potissimum peto. *The.* Quidnam?

ΞΕ. Μή με οἷον πατραλοίαν ὑπολάβῃς γίγνεσθαί τινα.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸν τοῦ πατρὸς Παρμενίδου λόγον ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀμυνομένοις ἔσται βασανίζειν, καὶ βιάζεσθαι τό τε μὴ ὂν ὡς ἔστι κατά τι καὶ τὸ ὂν αὖ πάλιν ὡς οὐκ ἔστι πῃ.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται τὸ τοιοῦτον διαμαχητέον ἐν τοῖς λόγοις.

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐ φαίνεται καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο τυφλῷ; τούτων γὰρ μήτε ἐλεγχθέντων μήθ' ὁμολογηθέντων σχολῇ ποτέ τις οἷός τε ἔσται περὶ λόγων ψευδῶν λέγων ἢ δόξης, εἴτε εἰδώλων εἴτε εἰκόνων εἴτε μιμημάτων εἴτε φαντασμάτων αὐτῶν, ἢ καὶ περὶ τεχνῶν τῶν ὅσαι περὶ ταῦτά εἰσι, μὴ καταγέλαστος εἶναι τἀναντία ἀναγκαζόμενος αὑτῷ λέγειν.

242 ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Διὰ ταῦτα μέντοι τολμητέον ἐπιτίθεσθαι τῷ πατρικῷ λόγῳ νῦν, ἢ τὸ παράπαν ἐατέον, εἰ τοῦτό τις εἴργει δρᾶν ὄκνος.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἡμᾶς τοῦτό γε μηδὲν μηδαμῇ εἴρξῃ.

ΞΕ. Τρίτον τοίνυν ἔτι σε σμικρόν τι παραιτήσομαι.

ΘΕΑΙ. Λέγε μόνον.

Ho. Ne me quasi patricidam quendam fieri censeas. *The.* Quorsum haec? *Ho.* Pro repugnantibus nobis necesse erit patris Parmenidis examinare sermonem, cogereque, non ens esse quodammodo, et ens rursus quoquo modo non esse. *The.* Videtur hoc in sermonibus expugnandum. *Ho.* Atqui vel caecus, ut dicitur, id videret. nisi enim ista redarguantur concedanturve, nemo poterit de falsis sermonibus loqui vel opinione vel simulacris aut imaginibus aut imitationibus phantasmatibusve, aut de his artibus quae circa ista versantur, quin risum audientibus moveat, dum sibimet contraria proferre cogetur. *The.* Vera loqueris. *Ho.* Propter haec adversus paternum sermonem instare audendum: vel dimittendum omnino, si qua pigritia seu verecundia detinemur. *The.* At nihil prohibebit, quo minus id faciamus. *Ho.* Tertium praeterea quiddam, et ipsum exiguum quidem, abs te postulo. *The.* Dic sodes.

ΞΕ. Εἶπόν που νῦν δὴ λέγων ὡς πρὸς τὸν περὶ ταῦτ' ἔλεγχον ἀεί τε ἀπειρηκὼς ἐγὼ τυγχάνω καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν.

ΘΕΑΙ. Εἶπες.

ΞΕ. Φοβοῦμαι δὴ τὰ εἰρημένα, μή ποτε διὰ ταῦτά σοι μανικὸς εἶναι δόξω παρὰ πόδα μεταβαλὼν ἐμαυτὸν ἄνω καὶ κάτω. σὴν γὰρ δὴ χάριν ἐλέγχειν τὸν λόγον ἐπιθησόμεθα, ἐάν περ ἐλέγχωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὡς τοίνυν ἔμοιγε μηδαμῇ δόξων μηδὲν πλημμελεῖν, ἂν ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τοῦτον καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἴῃς, θαῤῥῶν ἴθι τούτου γε ἕνεκα.

ΞΕ. Φέρε δή, τίνα ἀρχήν τις ἂν ἄρξαιτο παρακινδυνευτικοῦ λόγου; δοκῶ μὲν γὰρ τήνδ', ὦ παῖ, τὴν ὁδὸν ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν εἶναι τρέπεσθαι.

ΘΕΑΙ. Ποίαν δή;

ΞΕ. Τὰ δοκοῦντα νῦν ἐναργῶς ἔχειν ἐπισκέψασθαι πρῶτον, μή πῃ τεταραγμένοι μὲν ὦμεν περὶ ταῦτα, ῥᾳδίως δ' ἀλλήλοις ὁμολογῶμεν ὡς εὐκρινῶς ἔχοντες.

ΘΕΑΙ. Λέγε σαφέστερον ὃ λέγεις.

ΞΕ. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι καὶ πᾶς ὅς τις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποῖά ἐστιν.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

Ho. Dixi paulo ante me circa talium redargutionem eum semper tum in praesentia nimis defatigari. *The.* Dixisti sane. *Ho.* Vereor, ne propter illa quae a me dicta sunt, furiosus tibi videar, statim me sursum deorsumve permutans. nam tui gratia confutationem illius sermonis aggrediemur, si forte confutemus. *The.* Hac ergo de causa forti animo ad pugnam accingere. neque enim me iudice deliquisse diceris, si eum susceperis confutandum. *Ho.* Undenam commodius disputationem hanc discrimine plenam exordiemur?. Hoc utique calle, o puer, eundum necessario puto. *The.* Quonam? *Ho.* Ut quae faciliora videntur, primum discutiamus; ne rerum difficultate deterriti ab inceptis protinus desistamus; sed ut facile communi consensu disserendo pergamus, quasi leviter ac bene de his iudicare possimus. *The.* Planius quod sentis exprime. *Ho.* Facili disputatione videtur haec Parmenides prosecutus, et quisquis alius unquam quot et qualia sint entia, determinare est ausus. *The.* Quo pacto?

ΞΕ. Μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν, ὁ μὲν ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα γάμους τε καὶ τόκους καὶ τροφὰς τῶν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπών, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ἢ θερμὸν καὶ ψυχρόν, συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι. τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Ἰάδες δὲ καὶ Σικελαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστατον ἀμφότερα καὶ λέγειν ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ συνέχεται. διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν ἀεὶ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν, ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφρο-
243 δίτης, τοτὲ δὲ πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι. ταῦτα δὲ πάντα εἰ μὲν ἀληθῶς τις ἢ μὴ τούτων εἴρηκε, χαλεπὸν καὶ πλημμελὲς οὕτω μεγάλα κλεινοῖς καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν ἐπιτιμᾶν· ἐκεῖνο δὲ ἀνεπίφθονον ἀποφήνασθαι.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

Ho. Fabulam nobis tanquam pueris unusquisque narrasse videtur. Unus quidem, quod tria sunt quae existunt; quodve illorum quaedam invicem quandoque pugnant; interdum vero conciliata in unum coeunt pariuntque et progenitis porrigunt alimenta. Alter vero duo posuit, humidum et siccum, vel calidum et frigidum, eaque coniugavit invicem atque expedivit. Eleatica vero apud nos doctrina, a Xenophane, immo et ab antiquioribus originem ducens. omnia quae esse dicuntur ut unum ponit, fabuloseque disserit. Iades autem et Siculae musae quaedam his posteriores ambo haec invicem implicare tutius censuerunt, ita ut ens et multa et unum sit, discordia vero et concordia teneatur. dissidens enim semper congreditur, ut musae vehementiores canunt. remissiores vero musae semper haec ita se habere dimiserunt: et universum hoc vicissim tum unum et amicum sibi propter Venerem esse, tum multa et sibiipsi dissidens per discordiam. Durum est autem adversus tam inclitos antiquosque viros, seu vera sive falsa dixerint, ferre sententiam. Tantum hoc sine invidia asserere possumus. *The*. Quid?

ΞΕ. Ὅτι λίαν τῶν πολλῶν ἡμῶν ὑπεριδόντες ὠλιγώρησαν· οὐδὲν γὰρ φροντίσαντες εἴτ' ἐπακολουθοῦμεν αὐτοῖς λέγουσιν εἴτε ἀπολειπόμεθα, περαίνουσι τὸ σφέτερον αὐτῶν ἕκαστοι.

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν τις αὐτῶν φθέγξηται λέγων ὡς ἔστιν ἢ γέγονεν ἢ γίγνεται πολλὰ ἢ ἓν ἢ δύο, καὶ θερμὸν αὖ ψυχρῷ συγκεραννύμενον, ἄλλοθί πῃ διακρίσεις καὶ συγκρίσεις ὑποτιθείς, τούτων, ὦ Θεαίτητε, ἑκάστοτε σύ τι πρὸς θεῶν ξυνίης ὅ τι λέγουσιν; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτε μὲν ἦν νεώτερος, τοῦτό τε τὸ νῦν ἀπορούμενον ὁπότε τις εἴποι, τὸ μὴ ὄν, ἀκριβῶς ᾤμην ξυνιέναι· νῦν δὲ ὁρᾷς ἵν' ἐσμὲν αὐτοῦ πέρι τῆς ἀπορίας.

ΘΕΑΙ. Ὁρῶ.

ΞΕ. Τάχα τοίνυν ἴσως οὐχ ἧττον κατὰ τὸ ὂν ταὐτὸν τοῦτο πάθος εἰληφότες ἐν τῇ ψυχῇ περὶ μὲν τοῦτο εὐπορεῖν φαμὲν καὶ μανθάνειν ὁπόταν τις αὐτὸ φθέγξηται, περὶ δὲ θάτερον οὔ, πρὸς ἀμφότερα ὁμοίως ἔχοντες.

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν προειρημένων ἡμῖν ταὐτὸν τοῦτο εἰρήσθω.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

Ho. Quod nos multos nimium contempserunt. nam suum quisque opus exsequitur, nulla nostri cura adhibita, utrum assequamur, necne. *The.* Quo pacto inquis? *Ho.* Quotiens illorum aliquis ait, quod est vel fuit vel fit multa aut unum aut duo, et calidum frigido mixtum, discretiones quasdam concretionesque inducens, quid per deos, Theaetete, ex his significari coniicis? Ego quidem dum eram iunior, si quando id ipsum non ens, de quo nunc ambigimus, proferretur, exacte me intelligere confidebam. nunc vides, quo de hoc dubitantes redacti sumus. *The.* Video equidem. *Ho.* Forte vero et circa ens idem nihilominus noster animus patitur. hoc enim aliunde percipere nos, quotiens proferretur, affirmabamus: illud vero minime; similiter in ambobus affecti. *The.* Forte. *Ho.* Idem quoque de ceteris, quae supra narravimus, dictum sit. *The.* Nempe.

ΞΕ. Τῶν μὲν τοίνυν πολλῶν πέρι καὶ μετὰ τοῦτο σκεψόμεθ᾽, ἂν δόξῃ· περὶ δὲ τοῦ μεγίστου τε καὶ ἀρχηγοῦ πρῶτον νῦν σκεπτέον.

ΘΕΑΙ. Τίνος δὴ λέγεις; ἢ δῆλον ὅτι τὸ ὂν φῂς πρῶτον δεῖν διερευνήσασθαι, τί ποθ᾽ οἱ λέγοντες αὐτὸ δηλοῦν ἡγοῦνται;

ΞΕ. Κατὰ πόδα γε, ὦ Θεαίτητε, ὑπέλαβες. λέγω γὰρ δὴ ταύτῃ δεῖν ποιεῖσθαι τὴν μέθοδον ἡμᾶς, οἷον αὐτῶν παρόντων ἀναπυνθανομένους ὧδε, Φέρε, ὁπόσοι θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἤ τινε δύο τοιούτω τὰ πάντ᾽ εἶναί φατε, τί ποτε ἄρα τοῦτ᾽ ἐπ᾽ ἀμφοῖν φθέγγεσθε, λέγοντες ἄμφω καὶ ἑκάτερον εἶναι; τί τὸ εἶναι τοῦτο ὑπολάβωμεν ὑμῶν; πότερον τρίτον παρὰ τὰ δύο ἐκεῖνα, καὶ τρία τὸ πᾶν ἀλλὰ μὴ δύο ἔτι καθ᾽ ὑμᾶς τιθῶμεν; οὐ γάρ που τοῖν γε δυοῖν καλοῦντες θάτερον ὂν ἀμφότερα ὁμοίως εἶναι λέγετε· σχεδὸν γὰρ ἂν ἀμφοτέρως ἕν, ἀλλ᾽ οὐ δύο εἴτην.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ἀλλ᾽ ἄρα τὰ ἄμφω βούλεσθε καλεῖν ὄν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

144 ΞΕ. Ἀλλ᾽, ὦ φίλοι, φήσομεν, κἂν οὕτω τὰ δύο λέγοιτ᾽ ἂν σαφέστατα ἕν.

Ho. De multis quidem postea, si videbitur, considerabimus: de maximo vero praecipuoque et primo nunc iam cogitandum. *The.* Quid ais? an de ente primum quaerendum censes, quid maxime significare velint qui illud enuntiant? *Ho.* Plane intellexisti, Theaetete. aio equidem, ita nos disputare debere, ac si adessent illi, atque ita interrogare: O vos, quicunque calidum et frigidum aut aliqua duo talia cuncta esse asseveratis, quid hoc in ambobus existere vultis, quotiens ambo atque utrunque esse praedicatis? hoc ipsum Esse, quid a nobis intelligi debet, cum vos profertis? utrum tertium quiddam praeter illa duo? quod si ita est, tria genera iam secundum vos, non duo tantum ponenda videntur. sin autem alterum e duobus ipsum ens vocatis, haud similiter utraque esse dicetis. utrumque enim unum esset, non duo. *The.* Vera loqueris. *Ho.* Nunquid ambo ens vocare vultis? *The.* Forsitan. *Ho.* At nos ad eos, o amici, dicemus, hoc quoque modo duo haec unum affirmaretis.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα εἴρηκας.

ΞΕ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς ἠπορήκαμεν, ὑμεῖς αὐτὰ ἡμῖν ἐμφανίζετε ἱκανῶς, τί ποτε βούλεσθε σημαίνειν ὁπόταν ὂν φθέγγησθε. δῆλον γὰρ ὡς ὑμεῖς μὲν ταῦτα πάλαι γιγνώσκετε, ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ μὲν ᾠόμεθα, νῦν δ' ἠπορήκαμεν. διδάσκετε οὖν πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ἡμᾶς, ἵνα μὴ δοξάζωμεν μανθάνειν μὲν τὰ λεγόμενα παρ' ὑμῶν, τὸ δὲ τούτου γίγνηται πᾶν τοὐναντίον. Ταῦτα δὴ λέγοντές τε καὶ ἀξιοῦντες παρά τε τούτων καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσοι πλεῖον ἑνὸς λέγουσι τὸ πᾶν εἶναι, μῶν ὦ παῖ τι πλημμελήσομεν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστά γε.

ΞΕ. Τί δαί; παρὰ τῶν ἓν τὸ πᾶν λεγόντων ἆρ' οὐ πευστέον εἰς δύναμιν τί ποτε λέγουσι τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἀποκρινέσθωσαν. Ἕν πού φατε μόνον εἶναι; Φαμὲν γάρ, φήσουσιν. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δέ; ὄν καλεῖτέ τι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πότερον ὅ περ ἕν, ἐπὶ τῷ αὐτῷ προσχρώμενοι δυοῖν ὀνόμασιν, ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Τίς οὖν αὐτοῖς ἡ μετὰ τοῦτ', ὦ ξένε, ἀπόκρισις;

The. Recte infers. *Ho*. Postquam igitur nos in hoc defecimus, vos saltem nobis ad sufficientiam declarate, quid hoc nomine ens significare vultis, cum id pronuntiatis. constat enim vos iamdiu novisse: nos autem hactenus scire putavimus, nunc haesitamus: quamobrem hoc nos in primis docete, ne dum quae traditis, discere opinamur, nos opinio fallat. Si haec exigamus tam ab iis quam ab aliis, qui plus quam unum ipsum omne ponunt, nunquid errabimus? *The*. Minime omnium. *Ho*. Quid ad eos, qui omne unum esse tradunt? nonne quaerendum pro viribus, quid ens ipsum dicant? *The*. Cur non? *Ho*. Ad haec ergo respondeant, Unum dicitis esse solum? Dicimus, respondebunt, an non? *The*. Ita. *Ho*. Ens aliquid vocatis? *The*. Certe. *Ho*. Nunquid idem quod unum, nominibus ad idem duobus utentes? an aliud? *The*. Quid ad haec, hospes, ii respondebunt?

ΞΕ. Δῆλον, ὦ Θεαίτητε, ὅτι τῷ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ὑποθεμένῳ πρὸς τὸ νῦν ἐρωτηθὲν καὶ πρὸς ἄλλο δὲ ὁτιοῦν οὐ πάντων ῥᾷστον ἀποκρίνασθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τό τε δύο ὀνόματα ὁμολογεῖν εἶναι μηδὲν θέμενον πλὴν ἓν καταγέλαστόν που.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ τὸ παράπαν γε ἀποδέχεσθαι τοῦ λέγοντος ὡς ἔστιν ὄνομά τι, λόγον οὐκ ἂν ἔχον.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τιθείς τε τοὔνομα τοῦ πράγματος ἕτερον δύο λέγει πού τινε.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἂν ταὐτόν γε αὐτῷ τιθῇ τοὔνομα, ἢ μηδενὸς ὄνομα ἀναγκασθήσεται λέγειν· εἰ δέ τινος αὐτὸ φήσει, συμβήσεται τὸ ὄνομα ὀνόματος ὄνομα μόνον, ἄλλου δὲ οὐδενὸς ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ τὸ ἕν γε, ἑνὸς ἓν ὂν μόνον, καὶ τοῦτο ὀνόματος αὖ τὸ ἓν ὄν.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ ὅλον ἕτερον τοῦ ὄντος ἑνὸς ἢ ταὐτὸν φήσουσι τούτῳ;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ φήσουσί τε καὶ φασίν;

Ho. Patet, o Theaetete, illum, qui hoc supposuit, non facile ad istas aliasque obiectiones huiusmodi responsurum. *The.* Qua ratione? *Ho.* Duo quidem nomina confiteri, cum unum duntaxat ponatur, absurdum est. *The.* Quidni? *Ho.* Quin etiam dicente aliquo, quod nomen aliquod est, admittere temerarium. *The.* Quo pacto? *Ho.* Qui ponit nomen a re diversum, duo quaedam inducit. *The.* Patet. *Ho.* Praeterea si idem cum re nomen esse concedit, cogetur vel nullius esse nomen: vel si alicuius, nominis nomen esse fateri, alterius vero nequaquam. *The.* Sic est. *Ho.* Et unum unius ens solum: et hoc nominis ipsum unum ens. *The.* Necesse est. *Ho.* Quid porro, totum ab ente uno diversum an idem dicent? *The.* Cur non dixerint? dicunt enim

ΞΕ. Εἰ τοίνυν ὅλον ἐστίν, ὥς περ καὶ Παρμενίδης λέγει,

πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,
μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔ τέ τι μεῖζον
οὔ τέ τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ,

τοιοῦτόν γε ὂν τὸ ὂν μέσον τε καὶ ἔσχατα ἔχει, ταῦτα δὲ ἔχον πᾶσα ἀνάγκη μέρη ἔχειν. ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε μεμερισμένον πάθος μὲν τοῦ ἑνὸς ἔχειν ἐπὶ τοῖς μέρεσι πᾶσιν οὐδὲν ἀποκωλύει, καὶ ταύτῃ δὴ πᾶν τε ὂν καὶ ὅλον ἓν εἶναι. 245

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΞΕ. Τὸ δὲ πεπονθὸς ταῦτα ἆρ' οὐκ ἀδύνατον αὐτό γε τὸ ἓν αὐτὸ εἶναι;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ἀμερὲς δή που δεῖ παντελῶς τό γε ἀληθῶς ἓν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον εἰρῆσθαι.

ΘΕΑΙ. Δεῖ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τὸ δέ γε τοιοῦτον ἐκ πολλῶν μερῶν ὂν οὐ συμφωνήσει τῷ λόγῳ.

ΘΕΑΙ. Μανθάνω.

ΞΕ. Πότερον δὴ πάθος ἔχον τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς οὕ-

Ho. Si ergo totum est, quemadmodum inquit Parmenides: Aequalis undique sphaerae moli persimile a medio ad circumferentiam penitus aeque distans: eo namque neque maius quicquam neque potentius est: necessarium est, ob talem circumferentiam ipsum ens medium extremave habere, et icciroo partibus quoque constare. *The.* Sic oportet. *Ho.* Atqui nihil prohibet, ipsum divisum in partibus omnibus passionem unius admittere, atque hoc modo et omne ens et totum unum existere. *The.* Nihil penitus. *Ho.* Quod autem haec patitur, an non impossibile est id ipsum unum esse. *The.* Quare? *Ho.* Quia secundum veram rationem impartibile omnino re vera unum est ponendum. *The.* Oportet sane. *Ho.* Quod vero tale est, ut ex pluribus partibus construatur, cum universa ratione minime consonabit. *The.* Intelligo. *Ho.* Utrum totum ipsum unius recipiens passionem, ita et unum et totum erit?

πως ἓν τε ἔσται καὶ ὅλον, ἢ παντάπασι μὴ λέγωμεν ὅλον εἶναι τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὴν προβέβληκας αἵρεσιν.

ΞΕ. Ἀληθέστατα μέντοι λέγεις. πεπονθός τε γὰρ τὸ ὂν ἕν εἶναί πως, οὐ ταὐτὸν ὂν τῷ ἑνὶ φαίνεται, καὶ πλέονα δὴ τὰ πάντα ἑνὸς ἔσται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐάν γε τὸ ὂν ᾖ μὴ ὅλον διὰ τὸ πεπονθέναι τὸ ὑπ' ἐκείνου πάθος, ᾖ δὲ αὐτὸ τὸ ὅλον, ἐνδεὲς τὸ ὂν ἑαυτοῦ ξυμφαίνει.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἑαυτοῦ στερόμενον οὐκ ὂν ἔσται τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ ἑνός γε αὖ πλείω τὰ πάντα γίγνεται, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ὅλου χωρὶς ἰδίαν ἑκατέρου φύσιν εἰληφότος.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ ὄντος δέ γε τὸ παράπαν τοῦ ὅλου, ταὐτά τε ταῦτα ὑπάρχει τῷ ὄντι καὶ πρὸς τῷ μὴ εἶναι μηδ' ἂν γενέσθαι ποτὲ ὄν.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸ γενόμενον ἀεὶ γέγονεν ὅλον, ὥστε οὔτε

vel omnino non dicimus ipsum unum totum existere? *The.* Optionem ambiguam proposuisti. *Ho.* Vera narras. cumque ens unum esse admittat, cur non ens et unum idem apparet, et plura omnia, quam unum, erunt? *The.* Certe. *Ho.* Quod si ens sit non totum, ex eo quod illius susceperit passionem, sit autem ipsum totum, indigum ens sui ipsius efficitur. *The.* Maxime. *Ho.* Enimvero secundum hunc sermonem cum seipso priveiur, non ens erit ens ipsum. *The.* Sequitur. *Ho.* Atque ita rursus omnia plura quam unum existent, cum tam ens quam totum propriam naturam seorsum ab altero sit sortitum. *The.* Profecto. *Ho.* Et si omnino non sit totum, eadem haec enti proveniunt: ac praeter id quod contingit non esse, contingit etiam neque factum fuisse ens unquam. *The.* Quid? *Ho.* Quicquid factum est, semper factum est totum. Quamobrem

οὐσίαν οὔτε γένεσιν ὡς οὖσαν δεῖ προςαγορεύειν [τὸ ἓν ἢ] τὸ ὅλον ἐν τοῖς οὖσι μὴ τιθέντα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασιν ἔοικε ταῦθ' οὕτως ἔχειν.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὐδ' ὁποσονοῦν τι δεῖ τὸ μὴ ὅλον εἶναι· ποσόν τι γὰρ ὄν, ὁπόσον ἂν ᾖ, τοσοῦτον ὅλον ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε.

ΞΕ. Καὶ τοίνυν ἄλλα μυρία ἀπεράντους ἀπορίας ἕκαστον εἰληφὸς φανεῖται τῷ τὸ ὂν εἴτε δύο τινὲ εἴτε ἓν μόνον εἶναι λέγοντι.

ΘΕΑΙ. Δηλοῖ σχεδὸν καὶ τὰ νῦν ὑποφαίνοντα· συνάπτεται γὰρ ἕτερον ἐξ ἄλλου, μείζω καὶ χαλεπωτέραν φέρον περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀεὶ ῥηθέντων πλάνην.

ΞΕ. Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ πάνυ μὲν οὐ διεληλύθαμεν, ὅμως δὲ ἱκανῶς ἐχέτω· τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν' ἐκ πάντων εἰδῶμεν ὅτι τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν εὐπορώτερον εἰπεῖν ὅ τί ποτ' ἔστιν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν πορεύεσθαι χρὴ καὶ ἐπὶ τούτους. 246

ΞΕ. Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι διὰ τὴν ἀμφιςβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

neque essentiam neque generationem tanquam existentem appellare debet, qui unum vel totum in ordine eorum quae sunt, non ponit. *The.* Omnino sic esse videtur. *Ho.* Praeterea quod totum non est, quantum esse nullo modo potest. nam quatenus quantum est, eatenus est et totum. *The.* Prorsus. *Ho.* Innumerae quoque praeter istas dubitationes adversus eum insurgunt, quisquis ens aut unum solum aut duo quaedam ponit. *The.* Testantur hoc, quae modo monstravimus. nam alia semper ex alia adversus dicta gravior exoritur dubitatio. *Ho.* Sermones quidem illorum, qui de ente et non ente exacte disserunt, nondum retulimus. verumtamen satis ista sint. Eos autem, qui aliter tractant, rursus in medium adducamus, ut ex his omnibus intelligamus, nihilo facilius ens quam non ens quid sit definiri posse. *The.* Certe et isti adeundi videntur. *Ho.* Videtur utique inter eos quasi gigantum pugna quaedam esse, propter eam controversiam, qua invicem de essentia certant. *The.* Quo pacto?

ΞΕ. Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες. τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων διισχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προςβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι, τῶν δὲ ἄλλων εἴ τίς τί φησι μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τὸ παράπαν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν.

ΘΕΑΙ. Ἦ δεινοὺς εἴρηκας ἄνδρας· ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς προςέτυχον.

ΞΕ. Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφιςβητοῦντες μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου ποθὲν ἀμύνονται, νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι· τὰ δὲ ἐκείνων σώματα καὶ τὴν λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις γένεσιν ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ προςαγορεύουσιν. ἐν μέσῳ δὲ περὶ ταῦτα ἄπλετος ἀμφοτέρων μάχη τις, ὦ Θεαίτητε, ἀεὶ ξυνέστηκεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Παρ' ἀμφοῖν τοίνυν τοῖν γενοῖν κατὰ μέρος λάβωμεν λόγον ὑπὲρ ἧς τίθενται τῆς οὐσίας.

ΘΕΑΙ. Πῶς οὖν δὴ ληψόμεθα;

ΞΕ. Παρὰ μὲν τῶν ἐν εἴδεσιν αὐτὴν τιθεμένων ῥᾷον·

Ho. Quidam illorum de coelo et invisibili regione omnia ipsis certe manibus in terram trahunt, saxa et quercus apprehendentes. Nam cum talia haec omnia tangant, solum id esse affirmant, quod quoquo modo percipitur atque tangitur, idemque corpus et essentiam tradunt. quicquid vero absque corpore dicitur esse, contemnunt, nihil aliud audire volentes. *The.* Novi equidem quos viros dixeris. tales enim multos reperi. *Ho.* Horum autem adversarii caute admodum atque pie superne ex invisibili sede pro invisibili essentia pugnant, atque intelligibiles quasdam et incorporeas species cogunt essentiam veram existere. illorum vero corpora eamque quam nominant veritatem in minima rationibus partiuntur, generationemque pro essentia fluentem denominant. Unde ingens et inextricabilis pugna inter utrosque de his semper exstitit. *The.* Vera narras. *Ho.* Ab utrisque itaque rationem essentiae quam ponunt, sigillatim iam exigamus. *The.* Quomodo exigemus? *Ho.* Ab iis, qui in speciebus essentiam locant, facilius: mi-

ἡμερώτεροι γάρ· παρὰ δὲ τῶν εἰς σῶμα πάντα ἑλκόντων βίᾳ χαλεπώτερον, ἴσως δὲ καὶ σχεδὸν ἀδύνατον. ἀλλ' ὧδέ μοι δεῖν δοκεῖ περὶ αὐτῶν δρᾶν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Μάλιστα μέν, εἴ πῃ δυνατὸν ἦν, ἔργῳ βελτίους αὐτοὺς ποιεῖν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγχωρεῖ, λόγῳ ποιῶμεν, ὑποτιθέμενοι νομιμώτερον αὐτοὺς ἢ νῦν ἐθέλοντας ἂν ἀποκρίνασθαι. τὸ γὰρ ὁμολογηθὲν παρὰ βελτιόνων που κυριώτερον ἢ τὸ παρὰ χειρόνων· ἡμεῖς δὲ οὐ τούτων φροντίζομεν, ἀλλὰ τἀληθὲς ζητοῦμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Κέλευε δὴ τοὺς βελτίους γεγονότας ἀποκρίνασθαί σοι, καὶ τὸ λεχθὲν παρ' αὐτῶν ἀφερμήνευε.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Λεγόντων δὴ θνητὸν ζῶον εἴ φασιν εἶναί τι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τοῦτο δὲ οὐ σῶμα ἔμψυχον ὁμολογοῦσιν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τιθέντες τι τῶν ὄντων ψυχήν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δαί; ψυχὴν οὐ τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δὲ ἄδι- 247
κόν φασιν εἶναι, καὶ τὴν μὲν φρόνιμον, τὴν δὲ ἄφρονα;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ δικαιοσύνης ἕξει καὶ παρουσίᾳ τοιαύτην

tiores enim sunt: ab illis autem, qui ad corpora vi singula trahunt, durius, forte vero et impossibile. Verum sic de illis agendum videtur. *The.* Quo pacto? *Ho.* Praestaret illos opere meliores, si fieri posset, efficere. sin autem id fieri nequit, danda opera est, ut sermone saltem efficiamus, supponentes eos modestius atque rectius quam nunc responsuros. quod enim a potioribus conceditur, firmius atque potius est quam quod a deterioribus est concessum. nos autem non id curamus, sed quaerimus veritatem. *The.* Probe. *Ho.* Iube eos meliores factos tibi protinus respondere, et quod aiunt interpretare. *The.* Fiet. *Ho.* Utrum quod mortale animal nominant, esse aliquid asserunt? *The.* Quidni asserant? *Ho.* Nonne hoc animatum corpus appellant? *The.* Valde. *Ho.* Dum hoc ferunt, animam esse aliquid volunt? *The.* Ita. *Ho.* Animam unam iustam, iniustam alteram, unam sapientem, insipientem alteram arbitrantur? *The.* Utique. *Ho.* An non iustitiae aliorumque talium ha-

αὐτῶν ἑκάστην γίγνεσθαι, καὶ τῶν ἐναντίων ἐναντίαν.

ΘΕΑΙ. Ναί, καὶ ταῦτα ξύμφασιν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε δυνατόν τῳ παραγίγνεσθαι καὶ ἀπογίγνεσθαι πάντως εἶναί τι φήσουσιν.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὔσης οὖν δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ τῶν ἐναντίων, καὶ δὴ καὶ ψυχῆς ἐν ᾗ ταῦτα ἐγγίγνεται, πότερον ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν εἶναί φασί τι αὐτῶν ἢ πάντα ἀόρατα;

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὐδὲν τούτων γε ὁρατόν.

ΞΕ. Τί δαί; τῶν τοιούτων μῶν σῶμά τι λέγουσιν ἴσχειν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ἀποκρίνονται πᾶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν δοκεῖν σφίσι σῶμά τι κεκτῆσθαι, φρόνησιν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν ἠρώτηκας, αἰσχύνονται τὸ τολμᾷν ἢ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν ἢ πάντ' εἶναι σώματα διισχυρίζεσθαι.

ΞΕ. Σαφῶς γάρ ἡμῖν, ὦ Θεαίτητε, βελτίους γεγόνασιν ἄνδρες, ἐπεὶ τούτων οὐδ' ἂν ἓν ἐπαισχυνθεῖεν οἵ γε αὐτῶν σπαρτοί τε καὶ αὐτόχθονες, ἀλλὰ διατείνοιντ' ἂν πᾶν ὃ μὴ δυνατοὶ ταῖς χερσὶ ξυμπιέζειν εἰσίν, ὡς ἄρα τοῦτο οὐδὲν τὸ παράπαν ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οἷα διανοοῦνται λέγεις.

bitu praesentiaque talem animam fieri, contrariorum vero contrariam? *The.* Haec quoque fatentur. *Ho.* Quod alicui adesse et abesse potest, esse aliquid dabunt? *The.* Dant certe. *Ho.* Cum ergo sit aliquid iustitia et sapientia et virtus quaelibet, nec non virtutis cuiusque contrarium, et anima praeterea, cui haec accidunt; utrum videri tangique posse istorum singula, an non, opinantur? *The.* Ferme nullum ex his videri. *Ho.* Nunquid horum aliquod habere corpus existimant? *The.* Haud simpliciter ad ista respondent: sed animam quidem corpus aliquod habere: sapientiam vero et cetera, de quibus percontabaris, aut nihil esse aut corpus asserere nondum audent. *Ho.* Procul dubio, Theaetete, meliores viri nobis evaserunt. nam quicunque illorum Spartae atque indigenae sunt, horum neutrum asserere verentur: immo quod pugno premi nequit, omnino nihil esse contenderent. *The.* Ferme quod sentiunt enarrasti.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἀνερωτῶμεν αὐτούς· εἰ γάρ τι καὶ σμικρὸν ἐθέλουσι τῶν ὄντων συγχωρεῖν ἀσώματον, ἐξαρκεῖ. τὸ γὰρ ἐπί τε τούτοις ἅμα καὶ ἐπ' ἐκείνοις ὅσα ἔχει σῶμα ξυμφυὲς γεγονός, εἰς ὃ βλέποντες ἀμφότερα εἶναι λέγουσι, τοῦτο αὐτοῖς ῥητέον. Τάχ' οὖν ἴσως ἂν ἀποροῖεν, εἰ δή τι τοιοῦτον πεπόνθασι. σκόπει προτεινομένων ἡμῶν ἆρ' ἐθέλοιεν ἂν δέχεσθαι καὶ ὁμολογεῖν τοιόνδ' εἶναι τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή; λέγε, καὶ τάχα εἰσόμεθα.

ΞΕ. Λέγω δὴ τὸ καὶ ὁποιανοῦν τινὰ κεκτημένον δύναμιν εἴτ' εἰς τὸ ποιεῖν ἕτερον ὁτιοῦν πεφυκὸς εἴτ' εἰς τὸ παθεῖν καὶ σμικρότατον ὑπὸ τοῦ φαυλοτάτου, κἂν εἰ μόνον εἰςάπαξ, πᾶν τοῦτο ὄντως εἶναι· τίθεμαι γὰρ ὅρον ὁρίζειν τὰ ὄντα, ὡς ἔστιν οὐκ ἄλλο τι πλὴν δύναμις.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἐπεί περ αὐτοί γε οὐκ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι τούτου βέλτιον λέγειν, δέχονται τοῦτο.

ΞΕ. Καλῶς· ἴσως γὰρ ἂν εἰςύστερον ἡμῖν τε καὶ τούτοις ἕτερον ἂν φανείη. πρὸς μὲν οὖν τούτους τοῦτο ἡμῖν ἐνταῦθα μενέτω ξυνομολογηθέν.

ΘΕΑΙ. Μένει.

ΞΕ. Πρὸς δὲ τοὺς ἑτέρους ἴωμεν, τοὺς τῶν εἰδῶν 248
φίλους· σὺ δ' ἡμῖν καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀφερμήνευε.

Ho. Ab illis iterum perquiramus. Nam si quid vel exiguum quidem incorporeum esse concedunt, sufficit. Quod incorporeis simul atque corporeis rebus est insitum, cuius ratione esse utraque dicunt, hoc ab illis exprimi quaerimus. *The.* Deesset forte illis responsio, si quid eis tale contingeret. *Ho.* Vide, utrum proponentibus nobis ens tale quiddam existere, admissuri sint. *The.* Quidnam declara. forte enim intelligemus. *Ho.* Dico equidem quicquid potentiam quamcunque nactum est vel ad aliud agendum vel patiendum ab alio, quamvis minimum quid a vilissimo quodam, et si solum semel, quodlibet tale re vera esse. Et hac ens definitione describo, nihil aliud quam potentiam esse. *The.* At vero postquam in praesentia ipsi hoc melius nihil habent, hoc et accipiunt. *Ho.* Probe. forsitan deinceps nobis aliquando et illis aliter dicendum videbitur. Atque id nunc erga illos admissum ratumque maneat. *The.* Manet. *Ho.* Ad specierum amicos iam descendamus. tu autem nobis illorum sensum interpretare.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν χωρίς που διελόμενοι λέγετε; ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ σώματι μὲν ἡμᾶς γενέσει δι' αἰσθήσεως κοινωνεῖν, διὰ λογισμοῦ δὲ ψυχῇ πρὸς τὴν ὄντως οὐσίαν, ἣν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχειν φατέ, γένεσιν δὲ ἄλλοτε ἄλλως.

ΘΕΑΙ. Φαμὲν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὲ δὴ κοινωνεῖν, ὦ πάντων ἄριστοι, τί τοῦθ' ὑμᾶς ἐπ' ἀμφοῖν λέγειν φῶμεν; ἆρ' οὐ τὸ νῦν δὴ παρ' ἡμῶν ῥηθέν;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Πάθημα ἢ ποίημα ἐκ δυνάμεώς τινος ἀπὸ τῶν πρὸς ἄλληλα ξυνιόντων γιγνόμενον. Τάχ' οὖν, ὦ Θεαίτητε, αὐτῶν τὴν πρὸς ταῦτα ἀπόκρισιν σὺ μὲν οὐ κατακούεις, ἐγὼ δὲ ἴσως διὰ συνήθειαν.

ΘΕΑΙ. Τίν' οὖν δὴ λέγουσι λόγον;

ΞΕ. Οὐ συγχωροῦσιν ἡμῖν τὸ νῦν δὴ ῥηθὲν πρὸς τοὺς γηγενεῖς οὐσίας πέρι.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἱκανὸν ἔθεμεν ὅρον που τῶν ὄντων, ὅταν

The. Fiet. *Ho*. Aliud essentiam, aliud generationem dicitis, alterum ab altero secernentes? *The*. Absque controversia. *Ho*. Et corpore quidem nos per sensum cum generatione communicare: anima vero per rationem cum vera essentia; quam semper secundum eadem et eodem modo sese habere, generationem vero alias aliter apparere asseveratis? *The*. Asseveramus. *Ho*. Communionem hanc, o viri omnium optimi, quid in ambobus esse dicitis? num id, quod nos paulo ante inducebamus? *The*. Quid istuc? *Ho*. Passionem vel actionem ex potentia quadam, ab iis quae invicem congrediuntur provenientem. Forsitan illorum ad haec responsionem, o Theaetete, haud satis percipis; ac me diuturna cum illis consuetudo ad percipiendum iuvat. *The*. Quid ergo respondent? *Ho*. Non dant nobis quod supra adversus homines terra genitos de essentia dictum. *The*. Quid illud? *Ho*. Sufficientem entium definitionem hanc posui:

τῳ παρῇ ἡ τοῦ πάσχειν ἢ δρᾶν καὶ πρὸς τὸ σμικρότατον δύναμις;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πρὸς δὴ ταῦτα τόδε λέγουσιν, ὅτι γενέσει μὲν μέτεστι τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν δυνάμεως, πρὸς δὲ οὐσίαν τούτων οὐδετέρου τὴν δύναμιν ἁρμόττειν φασίν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν λέγουσί τι;

ΞΕ. Πρὸς ὅ γε λεκτέον ἡμῖν ὅτι δεόμεθα παρ' αὐτῶν ἔτι πυθέσθαι σαφέστερον, εἰ προσομολογοῦσι τὴν μὲν ψυχὴν γιγνώσκειν, τὴν δ' οὐσίαν γιγνώσκεσθαι.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὴν τοῦτό γε.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ γιγνώσκειν ἢ τὸ γιγνώσκεσθαι φατὲ ποίημα ἢ πάθος ἢ ἀμφότερον; ἢ τὸ μὲν πάθημα, τὸ δὲ θάτερον; ἢ παντάπασιν οὐδέτερον οὐδετέρου τούτων μεταλαμβάνειν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὡς οὐδέτερον οὐδετέρου· τἀναντία γὰρ ἂν τοῖς ἔμπροσθεν λέγοιεν.

ΞΕ. Μανθάνω, τόδε γε, ὡς τὸ γιγνώσκειν εἴ περ ἔσται ποιεῖν τι, τὸ γιγνωσκόμενον ἀναγκαῖον αὖ ξυμβαίνει πάσχειν. τὴν οὐσίαν δὴ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον γιγνωσκομένην ὑπὸ τῆς γνώσεως, καθ' ὅσον γιγνώσκεται, κατὰ τοσοῦτον κινεῖσθαι διὰ τὸ πάσχειν, ὃ δή φαμεν οὐκ ἂν γενέσθαι περὶ τὸ ἠρεμοῦν.

videlicet quando alicui agendi vel patiendi vis aliqua vel minima adest. *The.* Hanc ipsam. *Ho.* Ad haec aiunt, quod generatio potentiae agendi vel patiendi est particeps: essentiae vero nulla huiusmodi potentia convenit. *The.* An non id quod dicunt, aliquid est? *Ho.* Ad hoc a nobis obiiciendum, quod clarius ab illis audire cupimus, utrum assentiantur animam cognoscere, essentiam vero cognosci. *The.* Affirmant profecto. *Ho.* Cognoscere vel cognosci actionem vocatis vel passionem vel utrumque: vel neutrum istorum in neutro participare vultis? Patet, quod in neutro neutrum. ali quin contraria illorum, quae supra concesserant, nunc admitterent. *The.* Intelligo. *Ho.* Si quidem cognoscere agere aliquid esset, cognosci vero pati, quod cognoscitur, pateretur. et iccirco essentiam hac ratione pati ex ipsa cognitione contingeret, dum cognoscitur: et quatenus cognoscitur, eatenus pati: et quatenus patitur, eatenus et moveri. quod circa rem stabilem fieri non posse dicimus.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τί δαὶ πρὸς Διός; ὡς ἀληθῶς κίνησιν καὶ ζωὴν καὶ ψυχὴν καὶ φρόνησιν ἦ ῥᾳδίως πεισθησόμεθα τῷ παντελῶς ὄντι μὴ παρεῖναι, μηδὲ ζῆν αὐτὸ μηδὲ
249 φρονεῖν, ἀλλὰ σεμνὸν καὶ ἅγιον νοῦν οὐκ ἔχον ἀκίνητον ἑστὸς εἶναι;

ΘΕΑΙ. Δεινὸν μέντ' ἂν, ὦ ξένε, λόγον συγχωροῖμεν.

ΞΕ. Ἀλλὰ νοῦν μὲν ἔχειν, ζωὴν δὲ μὴ φῶμεν;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀμφότερα ἐνόντ' αὐτῷ λέγομεν, οὐ μὴν ἐν ψυχῇ γε φήσομεν αὐτὸ ἔχειν αὐτά;

ΘΕΑΙ. Καὶ τίν' ἂν ἕτερον ἔχοι τρόπον;

ΞΕ. Ἀλλὰ δῆτα νοῦν μὲν καὶ ζωὴν καὶ ψυχήν, ἀκίνητον μέντοι τὸ παράπαν ἔμψυχον ὂν ἑστάναι;

ΘΕΑΙ. Πάντα ἔμοιγε ἄλογα ταῦτ' εἶναι φαίνεται.

ΞΕ. Καὶ τὸ κινούμενον δὴ καὶ κίνησιν συγχωρητέον ὡς ὄντα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Ξυμβαίνει δ' οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἀκινήτων τε ὄντων νοῦν μηδενὶ περὶ μηδενὸς εἶναι μηδαμοῦ.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐὰν αὖ φερόμενα καὶ κινούμενα

The. Recte. *Ho.* Quid vero? dic per Iovem, re vera motum, vitam, animam, sapientiam nunquid ab eo, quod omnino ac vere est, abesse prorsus existimandum: neque vivere ipsum, neque sapere, neque venerandam sanctamque mentem habere, sed immobile stabileque esse? *The.* Absurdum nimis id, hospes, si concedatur. *Ho.* Nunquid mentem quidem habere, vitam vero minime? *The.* Qui istuc? *Ho.* An haec utraque inesse illi dicemus, non tamen ab eo in anima contineri? *The.* At quonam modo alio contineret? *Ho.* Utrum mentem, vitam, animam habere dicendum: immobile tamen, cum omnino sit animatum, consistere? *The.* Haec omnia mihi ratione carere videntur. *Ho.* Motum igitur et motionem tanquam existentia adesse fatendum. *The.* Quid obstat? *Ho.* Ex hoc, o Theaetete, sequitur, mentem nulli rerum immobilium nusquam nullo modo de nullo adesse. *The.* Sequitur plane. *Ho.* Verumtamen si ferri agitarique cuncta consentiemus, hoc ser-

πάντ' εἶναι συγχωρῶμεν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ταὐτὸν τοῦτο ἐκ τῶν ὄντων ἐξαιρήσομεν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως καὶ περὶ τὸ αὐτὸ δοκεῖ σοι χωρὶς στάσεως γενέσθαι ποτ' ἄν;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Τί δ'; ἄνευ τούτων νοῦν καθορᾷς ὄντα ἢ γενόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστα.

ΞΕ. Καὶ μὴν πρός γε τοῦτον παντὶ λόγῳ μαχετέον, ὃς ἂν ἐπιστήμην ἢ φρόνησιν ἢ νοῦν ἀφανίζων ἰσχυρίζηται περί τινος ὁπῃοῦν.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τῷ δὴ φιλοσόφῳ καὶ ταῦτα μάλιστα τιμῶντι πᾶσα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη διὰ ταῦτα μήτε τῶν ἓν ἢ καὶ τὰ πολλὰ εἴδη λεγόντων τὸ πᾶν ἑστηκὸς ἀποδέχεσθαι, τῶν τε αὖ πανταχῇ τὸ ὂν κινούντων μηδὲ τὸ παράπαν ἀκούειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν παίδων εὐχήν, ὅσα ἀκίνητα καὶ κεκινημένα, τὸ ὄν τε καὶ τὸ πᾶν, ξυναμφότερα λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Τί δὴ οὖν; ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤδη φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

mone ipsum idem ex genere rerum existentium auferemus. *The.* Qua ratione? *Ho.* Videtur tibi absque statu esse unquam posse quod dicitur, secundum eadem, eodem modo et circa idem? *The.* Nequaquam. *Ho.* Cernis usquam sine his mentem vel fuisse, vel esse? *The.* Minime. *Ho.* Adversus eum omni rationum conatu pugnandum, qui scientia, prudentia menteque sublatis quicquam aliud asseveret. *The.* Et vehementer quidem. *Ho.* Necesse est eum qui philosophatur atque ista in primis honorat, propterea neque sermonem illorum admittere, quicunque unam speciem rerum vel plures inducentes totum stare solum ferunt; neque illos audire, qui ens moveri dumtaxat affirmant: verum secundum puerorum optionem, comprehensis omnibus quotcunque vel stant vel moventur, ambo simul ens et omne vocare. *The.* Vera loqueris. *Ho.* An non ut decet ens sermone iam comprehendisse videmur? *The.* Prorsus.

ΞΕ. Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα, ὦ Θεαίτητε, ὡς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ γνώσεσθαι πέρι τὴν ἀπορίαν τῆς σκέψεως.

ΘΕΑΙ. Πῶς αὖ καὶ τί τοῦτ' εἴρηκας;

ΞΕ. Ὦ μακάριε, οὐκ ἐννοεῖς ὅτι νῦν ἐσμὲν ἐν ἀγνοίᾳ τῇ πλείστῃ περὶ αὐτοῦ, φαινόμεθα δέ τι λέγειν ἡμῖν αὐτοῖς;

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ γοῦν· ὅπῃ δ' αὖ λελήθαμεν οὕτως ἔχοντες, οὐ πάνυ ξυνίημι.

ΞΕ. Σκόπει δὴ σαφέστερον, εἰ ταῦτα νῦν ξυνομολογοῦντες δικαίως ἂν ἐπερωτηθεῖμεν ἅ περ αὐτοὶ τότε
250 ἠρωτῶμεν τοὺς λέγοντας εἶναι τὸ πᾶν θερμὸν καὶ ψυχρόν.

ΘΕΑΙ. Ποῖα; ὑπόμνησόν με.

ΞΕ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ πειράσομαί γε δρᾶν τοῦτο ἐρωτῶν σὲ καθά περ ἐκείνους τότε, ἵνα ἅμα τι καὶ προΐωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Εἶεν δή, κίνησιν καὶ στάσιν ἆρ' οὐκ ἐναντιώτατα λέγεις ἀλλήλοις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν εἶναί γε ὁμοίως φῂς ἀμφότερα αὐτὰ καὶ ἑκάτερον.

Ho. Papae, o Theaetete, quanta nunc in ambiguitate versamur! nihil enim aliud nunc praeter difficultatem considerandi nosse mihi videmur. *The.* Quorsum haec? *Ho.* Videsne, o beate, quod dum illud penitus ignoramus, dicere tamen de illo nos aliquid arbitramur? *The.* Et ego arbitror. atque haud scio quam ob causam nobis haec ignoratio sit occulta. *Ho.* Animadverte obsecro diligentius, num in praesentia nos his concessis merito quis perinde interrogare posset, ut et ipsi supra interrogavimus eos, qui omne calidum et frigidum esse volebant. *The.* Quemadmodum? memora mihi, si placet. *Ho.* Conabor equidem eodem modo abs te nunc quaerere, quo ab illis, ut aliquid proficiamus. *The.* Optime. *Ho.* Motum et statum nonne invicem contraria maxime nuncupas? *The.* Cur non? *Ho.* Enimvero esse illa similiter ais, et ambo pariter, et utrumque

ΘΕΑΙ. Φημὶ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ἆρα κινεῖσθαι λέγων ἀμφότερα καὶ ἑκάτερον, ὅταν εἶναι συγχωρῇς;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἀλλ' ἑστάναι σημαίνεις λέγων αὐτὰ ἀμφότερα εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Τρίτον ἄρα τι παρὰ ταῦτα τὸ ὂν ἐν τῇ ψυχῇ τιθεὶς, ὡς ὑπ' ἐκείνου τήν τε στάσιν καὶ τὴν κίνησιν περιεχομένην, συλλαβὼν καὶ ἀπιδὼν αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς οὐσίας κοινωνίαν, οὕτως εἶναι προςεῖπας ἀμφότερα.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύομεν ὡς ἀληθῶς τρίτον ἀπομαντεύεσθαί τι τὸ ὂν, ὅταν κίνησιν καὶ στάσιν εἶναι λέγωμεν.

ΞΕ. Οὐκ ἄρα κίνησις καὶ στάσις ἐστὶ ξυναμφότερον τὸ ὂν, ἀλλ' ἕτερον δή τι τούτων.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἄρα τὸ ὂν οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Ποῖ δὴ χρὴ τὴν διάνοιαν ἔτι τρέπειν τὸν βουλόμενον ἐναργές τι περὶ αὐτοῦ παρ' ἑαυτῷ βεβαιώσασθαι;

ΘΕΑΙ. Ποῖ γάρ;

The. Aio equidem. *Ho.* Quando esse utrumque et ambo concedis, tunc moveri praedicas? *The.* Nullo pacto. *Ho.* An stare forte significas, cum esse utrumque dicis et ambo? *The.* Neque hoc. *Ho.* Ergo tertium quiddam ipsum ens cogitas; et tanquam sub illo motus et status contineantur, comprehendis utraque, atque eorum in essentia communionem respiciens, sic esse ambo denominas. *The.* Videmur re vera tertium quiddam ipsum ens vaticinari, quando motum et statum esse dicimus. *Ho.* Hac de causa ipsum ens ambo ista motus et status non est, sed praeter haec aliud. *The.* Apparet. *Ho.* Ens itaque suapte natura neque stat penitus neque movetur. *The.* Sic ferme dicendum. *Ho.* Quonam cogitatio convertenda, ut animus de ente ratum aliquid et manifestum habeat? *The.* Ignoro.

ΞΕ. Οἶμαι μὲν οὐδαμόσε ἔτι ῥᾴδιον. εἰ γάρ τι μὴ κινεῖται, πῶς οὐχ ἕστηκεν; ἢ τὸ μηδαμῶς ἑστὸς πῶς οὐκ αὖ κινεῖται; τὸ δὲ ὂν ἡμῖν νῦν ἐκτὸς τούτων ἀμφοτέρων ἀναπέφανται. ἦ δυνατὸν οὖν τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Πάντων μὲν οὖν ἀδυνατώτατον.

ΞΕ. Τόδε τοίνυν μνησθῆναι δίκαιον ἐπὶ τούτοις.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι τοῦ μὴ ὄντος ἐρωτηθέντες τοὔνομα ἐφ' ὅ τί ποτε δεῖ φέρειν, πάσῃ συνεσχόμεθα ἀπορίᾳ. μέμνησαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μῶν οὖν ἐν ἐλάττονί τινι νῦν ἐσμὲν ἀπορίᾳ περὶ τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ μέν, ὦ ξένε, εἰ δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν πλείονι φαινόμεθα.

ΞΕ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐνταῦθα κείσθω διηπορημένον· ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἴσου τό τε ὂν καὶ τὸ μὴ ὂν ἀπορίας μετειλήφατον, νῦν ἐλπὶς ἤδη, καθά περ ἂν αὐτῶν θάτερον εἴτε ἀμυδρότερον εἴτε σαφέστερον ἀναφαίνηται, καὶ θάτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι· καὶ ἐὰν
251 αὖ μηδέτερον ἰδεῖν δυνώμεθα, τὸν γοῦν λόγον ὅπῃ περ ἂν οἷοί τε ὦμεν εὐπρεπέστατα διωσόμεθα οὕτως ἀμφοῖν ἅμα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς.

Ho. Haud facile usquam arbitror. si quid enim non movetur, cur non stet saltem? vel quod non stat, cur non moveatur? Ens vero nobis extra haec utraque esse apparuit. fierine id potest? *The.* Minime omnium. *Ho.* Hoc utique recordari in praesentia debemus. *The.* Quale id? *Ho.* Quod de non entis nomine interrogati, cuinam conveniret, declarare nequivimus. recordarisne? *The.* Quidni recorder? *Ho.* Nunquid circa ens modo facundiores sumus? *The.* Mihi quidem, hospes, si modo dici potest, magis deficere nunc videmur. *Ho.* Hoc ergo hic ponatur ambiguum. postquam vero tam ens quam non ens ex aequo nobis obscurum est visum, spes restat deinceps, si alterum clarius vel obscurius videbitur, et alterum similiter visum iri: et si alterum ignotum penitus, alterum quoque similiter fore. sermonem igitur quantum possumus decentissime circa utrumque pariter persequamur. *The.* Scite.

ΞΕ. Λέγωμεν δὴ καθ' ὅν τινά ποτε τρόπον πολλοῖς ὀνόμασι ταὐτὸν τοῦτο ἑκάστοτε προσαγορεύομεν.

ΘΕΑΙ. Οἷον δὴ τί; παράδειγμα εἰπέ.

ΞΕ. Λέγομεν ἄνθρωπον δή που πόλλ' ἄττα ἐπονομάζοντες, τά τε χρώματα ἐπιφέροντες αὐτῷ καὶ τὰ σχήματα καὶ μεγέθη καὶ κακίας καὶ ἀρετάς, ἐν οἷς πᾶσι καὶ ἑτέροις μυρίοις οὐ μόνον ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναί φαμεν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὸν καὶ ἕτερα ἄπειρα, καὶ τἆλλα δὴ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὕτως ἓν ἕκαστον ὑποθέμενοι πάλιν αὐτὸ πολλὰ καὶ πολλοῖς ὀνόμασι λέγομεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γερόντων τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον ὡς ἀδύνατον τά τε πολλὰ ἓν καὶ τὸ ἓν πολλὰ εἶναι, καὶ δή που χαίρουσιν οὐκ ἐῶντες ἀγαθὸν λέγειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄνθρωπον. ἐντυγχάνεις γάρ, ὦ Θεαίτητε, ὡς ἐγῷμαι, πολλάκις τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακόσιν, ἐνίοτε πρεσβυτέροις ἀνθρώποις, καὶ ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως τὰ τοιαῦτα τεθαυμακόσι, καὶ δή τι καὶ πάσσοφον οἰομένοις τοῦτ' αὐτὸ ἀνευρηκέναι.

Ho. Dicamus plane quo pacto multis nominibus idem hoc appellamus. *The.* Exemplum ad hoc inducas. *Ho.* Hominem unum vocantes cognomentis multis denominamus, dum colores illi, figuras, magnitudines attribuimus, virtutesque et vitia: in quibus omnibus aliisque permultis non hominem tantum esse ipsum dicimus, sed et bonum et alia multa: atque in aliis similiter agimus. quodlibet enim unum ponentes multa deinde multisque nominibus appellamus. *The.* Vera narras. *Ho.* Unde iuvenibus, ut arbitror, et tardo ingenio senibus adversandi occasionem dedimus. Nam continuo quisque obiicere potest, quod impossibile sit, multa unum et unum multa esse. Quapropter exsultant, dum hominem bonum dici non sinunt, sed bonum quidem bonum: hominem vero hominem vocari volunt. Incidisti saepenumero, ut arbitror, Theaetete, in homines, qui argutiis eiuscemodi student, plerumque etiam seniores, qui propter inopiam sapientiae haec admirantur, et tanquam magnificum quiddam invenerint, se temere iactant.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἵνα τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ τοὺς πώποτε περὶ οὐσίας καὶ ὁτιοῦν διαλεχθέντας, ἔστω καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, ὅσοις ἔμπροσθεν διειλέγμεθα, τὰ νῦν ὡς ἐν ἐρωτήσει λεχθησόμενα.

ΘΕΑΙ. Τὰ ποῖα δή;

ΞΕ. Πότερον μήτε τὴν οὐσίαν κινήσει καὶ στάσει προσάπτωμεν μήτε ἄλλο ἄλλῳ μηδὲν μηδενί, ἀλλ' ὡς ἄμικτα ὄντα καὶ ἀδύνατα μεταλαμβάνειν ἀλλήλων οὕτως αὐτὰ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν λόγοις τιθῶμεν; ἢ πάντα εἰς ταὐτὸν ξυνάγωμεν ὡς δυνατὰ ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλοις; ἢ τὰ μέν, τὰ δὲ μή; Τούτων, ὦ Θεαίτητε, τί ποτ' ἂν προαιρεῖσθαι τούτους φήσαιμεν;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν ἔχω πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι. τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος ἐφ' ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐσκέψω;

ΞΕ. Καλῶς λέγεις, καὶ τιθῶμέν γε αὐτοὺς λέγειν, εἰ βούλει, πρῶτον μηδενὶ μηδὲν μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν. οὐκοῦν κίνησίς τε καὶ στά-
252 σις οὐδαμῇ μεθέξετον οὐσίας;

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

The. Et maxime quidem. *Ho.* Ut igitur cunctos, quicunque de essentia unquam aliquid locuti sunt, sermo comprehendat, quae deinceps interrogando subiiciemus, tam adversus istos quam adversus alios, quos supra retulimus, dicta intelligantur. *The.* Quaenam ista? *Ho.* Utrum neque essentiam cum motu statuve iungemus, neque aliud quicquam cum alio quoquam, sed quasi invicem res communicare nequeant, nostris sermonibus eas penitus secernemus? an in idem omnia congeremus, tanquam misceri singula possint? an partim licebit quidem, partim minime? Quid ex his potissimum, Theaetete, electuros illos putamus? *The.* Nescio quid pro illis respondeam. Cur non sigillatim respondendo, quid ex unoquoque sequitur exquisivisti? *Ho.* Recte admones. Ponamus ergo, si vis, dicere illos primum, nihil prorsus cum aliquo ad aliquid communionem ullam habere. nonne motus et status nullo modo essentiae participabunt? *The.* Nullo modo certe.

ΞΕ. Τί δέ; ἔσται πότερον αὐτῶν οὐσίας μὴ προςκοινωνοῦν;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔσται.

ΞΕ. Ταχὺ δὴ ταύτῃ γε τῇ συνομολογίᾳ πάντα ἀνάστατα γέγονεν, ὡς ἔοικεν, ἅμα τε τῶν τὸ πᾶν κινούντων καὶ τῶν ὡς ἓν ἱστάντων καὶ ὅσοι κατ' εἴδη τὰ ὄντα κατὰ ταὐτὰ ὡςαύτως ἔχοντα εἶναί φασιν ἀεί. πάντες γὰρ οὗτοι τό γε εἶναι προςάπτουσιν, οἱ μὲν ὄντως κινεῖσθαι λέγοντες, οἱ δὲ ὄντως ἑστηκότα εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ ὅσοι τοτὲ μὲν ξυντιθέασι τὰ πάντα, τοτὲ δὲ διαιροῦσιν, εἴτε εἰς ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς ἄπειρα εἴτε εἰς πέρας ἔχοντα στοιχεῖα διαιρούμενοι καὶ ἐκ τούτων συντιθέντες, ὁμοίως μὲν ἐὰν ἐν μέρει τοῦτο τιθῶσι γιγνόμενον, ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἀεί, κατὰ πάντα ταῦτα λέγοιεν ἂν οὐδέν, εἴ περ μηδεμία ἔστι ξύμμιξις.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ἔτι τοίνυν ἂν αὐτοὶ πάντων καταγελαστότατα μετίοιεν τὸν λόγον οἱ μηδὲν ἐῶντες κοινωνίᾳ παθήματος ἑτέρου θάτερον προςαγορεύειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τῷ τε εἶναί που περὶ πάντα ἀναγκάζονται

Ho. Num erit illorum aliquod, cum neutrum sit, essentiae particeps? *The.* Non erit. *Ho.* Statim hac consensione omnia, ut videtur, perversa sunt, tum illorum dogmata, qui moveri omnia, tum illorum, qui stare ut unum volunt: ac etiam illorum, qui secundum species ea quae sunt, eodem modo et secundum eadem esse semper existimant. omnes enim esse adiungunt, partim vere moveri, partim vere stare dicentes. *The.* Sic est omnino. *Ho.* Quin etiam quicunque interdum componunt omnia, interdum dividunt, sive in unum et ex uno in infinita, sive in terminata elementa dividant et ex his componant: similiter quidem si interdum vicissim id fieri ponant, similiter quoque si semper: in his, inquam, omnibus nihil veri dicunt, quandoquidem rerum est nulla commixtio. *The.* Recte. *Ho.* Praeterea et ipsi quam absurdissime sermonem transigeremus, si nihil permitteremus alterius passionis communione alterum appellari. *The.* Quomodo? *Ho.* Ipso esse circa singula quodammodo uti

χρῆσθαι καὶ τῷ χωρὶς καὶ τῷ ἄλλων καὶ τῷ καθ' αὑτὸ καὶ μυρίοις ἑτέροις, ὧν ἀκρατεῖς ὄντες εἴργεσθαι καὶ μὴ συνάπτειν ἐν τοῖς λόγοις οὐκ ἄλλων δέονται τῶν ἐξελεγξόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὸν πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες, ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον ὥς περ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλέα, περιφέροντες ἀεὶ πορεύονται.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ λέγεις ὅμοιόν τε καὶ ἀληθές.

ΞΕ. Τί δ', ἂν πάντα ἀλλήλοις ἐῶμεν δύναμιν ἔχειν ἐπικοινωνίας;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο μὲν οἷός τε κἀγὼ διαλύειν.

ΞΕ. Πῶς;

ΘΕΑΙ. Ὅτι κίνησίς τε αὐτὴ παντάπασιν ἵσταιτ' ἂν καὶ στάσις αὖ πάλιν αὐτὴ κινοῖτο, εἴ περ ἐπιγιγνοίσθην ἐπ' ἀλλήλοιν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γέ που ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις ἀδύνατον, κίνησίν τε ἵστασθαι καὶ στάσιν κινεῖσθαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸ τρίτον δὴ μόνον λοιπόν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἕν γέ τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ συμμίγνυσθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

coguntur, et ipso seorsum et altero et secundum seipsum et innumeris aliis: quibus cum abstinere nequeant, quin sermonibus suis interserant, nullis aliorum redargutionibus indigent, sed, ut fertur, domi hostem et adversarium habent intrinsecus reclamantem, instar Euryclis absurdi, eumque secum circumferunt. *The.* Verum est quod dicis ac simile. *Ho.* Quid vero, si omnia vim mutuae communionis habere dicamus? hoc profecto et ipse refellere possum. *The.* Qua ratione? *Ho.* Quoniam et motus ipse omnino quiesceret et status agitaretur, si invicem commiscerentur. hoc autem summa quadam necessitate impossibile est, motum stare statumve moveri. *The.* Cur non? *Ho.* Tertium itaque solum restat. *The.* Sane. *Ho.* Etenim unum aliquod istorum necessarium est, vel omnia vel nullum vel alia commisceri, alia minime. *The.* Necessarium prorsus.

ΞΕ. Καὶ μὴν τά γε δύο ἀδύνατον εὑρέθη.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πᾶς ἄρα ὁ βουλόμενος ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι τὸ λοιπὸν τῶν τριῶν θήσει.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὅτε δὴ τὰ μὲν ἐθέλει τοῦτο δρᾶν, τὰ δ' οὔ, σχεδὸν οἷον τὰ γράμματα πεπονθότ' ἂν εἴη. καὶ γὰρ 253
ἐκείνων τὰ μὲν ἀναρμοστεῖ που πρὸς ἄλληλα, τὰ δὲ ξυναρμόττει.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὰ δέ γε φωνήεντα διαφερόντως τῶν ἄλλων οἷον δεσμὸς διὰ πάντων κεχώρηκεν, ὥστε ἄνευ τινὸς αὐτῶν ἀδύνατον ἁρμόττειν καὶ τῶν ἄλλων ἕτερον ἑτέρῳ.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε.

ΞΕ. Πᾶς οὖν οἶδεν ὁποῖα ὁποίοις δυνατὰ κοινωνεῖν, ἢ τέχνης δεῖ τῷ μέλλοντι δρᾶν ἱκανῶς αὐτά;

ΘΕΑΙ. Τέχνης.

ΞΕ. Ποίας;

ΘΕΑΙ. Τῆς γραμματικῆς.

ΞΕ. Τί δαί, περὶ τοὺς τῶν ὀξέων καὶ βαρέων φθόγγους ἆρ' οὐχ οὕτως; ὁ μὲν τοὺς συγκεραννυμένους τε καὶ μὴ τέχνην ἔχων γιγνώσκειν μουσικός, ὁ δὲ μὴ ξυνιεὶς ἄμουσος;

Ho. Duo quidem reperiri non possunt. *The.* Non certe. *Ho.* Sequitur ut quicunque recte respondere vult, reliquum e tribus ponere debeat. *The.* Maxime. *Ho.* Quandoquidem alia coire volunt, alia minime: ferme idem rebus aliis quod literis evenit. nam quaedam ex literis invicem copulantur, quaedam minime. *The.* Patet. *Ho.* Vocalium quippe literarum series per alias omnes tanquam vinculum quoddam protenditur, sine quo nullae invicem literae vinciri possunt. *The.* Et maxime quidem. *Ho.* An intelligit unusquisque quae literae quibus congruant? vel arte opus est, ut recte id fiat? *The.* Arte. *Ho.* Qua? *The.* Grammatica. *Ho.* Nonne idem circa gravium et acutorum sonos? qui enim voces invicem consonas dissonasve arte dignoscit, musicus: qui vero ignorat, musicae expers.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ κατὰ τῶν ἄλλων δὴ τεχνῶν καὶ ἀτεχνιῶν τοιαῦτα εὑρήσομεν ἕτερα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δ'; ἐπειδὴ καὶ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα κατὰ ταὐτὰ μίξεως ἔχειν ὡμολογήκαμεν, ἆρ' οὐ μετ' ἐπιστήμης τινὸς ἀναγκαῖον διὰ τῶν λόγων πορεύεσθαι τὸν ὀρθῶς μέλλοντα δείξειν ποῖα ποίοις συμφωνεῖ τῶν γενῶν καὶ ποῖα ἄλληλα οὐ δέχεται; καὶ δὴ καὶ διὰ πάντων εἰ συνέχοντα ταῦτ' ἐστίν, ὥστε συμμίγνυσθαι δυνατὰ εἶναι; καὶ πάλιν ἐν ταῖς διαιρέσεσιν, εἰ δι' ὅλων ἕτερα τῆς διαιρέσεως αἴτια;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐπιστήμης δεῖ, καὶ σχεδόν γε ἴσως τῆς μεγίστης;

ΞΕ. Τίν' οὖν αὖ προσεροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ταύτην; ἢ πρὸς Διὸς ἐλάθομεν εἰς τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐμπεσόντες ἐπιστήμην, καὶ κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν πρότερον ἀνευρηκέναι τὸν φιλόσοφον;

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήθ' ἕτερον ὂν ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι;

ΘΕΑΙ. Ναί, φήσομεν.

The. Ita est. *Ho.* Et in aliis artibus artiumque defectibus eiusmodi alia reperiemus. *The.* Manifestum id quidem. *Ho.* Cum vero et genera rerum eodem pacto mutuam communionem habere dixerimus, nonne scientia quadam sermones peragere debet, quisquis recte qualia genera qualibus congruant aut dissonent, sit ostensurus, quin etiam per omnia cogniturus si ista conveniant, adeo ut commisceri possint, et in divisionibus rursus, si per omnia altera divisionis est causa? *The.* Scientia prorsus opus est, ac ferme omnium maxima. *Ho.* Quam igitur hanc appellabimus, Theaetete? Nunquid clanculum in liberalium hominum scientiam incidimus? videmur utique, dum quaereremus sophistam, ante illum invenisse philosophum? *The.* Qui istuc? *Ho.* Per genera dividere, et neque eandem speciem alteram credere neque alteram rursus eandem esse, nonne dialecticae officium esse dicemus? *The.* Dicemus profecto.

ΞΕ. Οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾷν μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν, ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρίς, πάντῃ διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς χωρὶς πάντῃ διωρισμένας· τοῦτο δ' ἔστιν, ᾗ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ μή, διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγᾦμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλῳ δοίη τις;

ΞΕ. Τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον ἐν τοιούτῳ τινὶ τόπῳ καὶ νῦν καὶ ἔπειτα ἀνευρήσομεν, ἐὰν ζητῶμεν, ἰδεῖν μὲν χαλεπὸν ἐναργῶς καὶ τοῦτον, ἕτερον μὴν τρόπον 254
ἥ τε τοῦ σοφιστοῦ χαλεπότης ἥ τε τούτου.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὁ μὲν ἀποδιδράσκων εἰς τὴν τοῦ μὴ ὄντος σκοτεινότητα, τριβῇ προσαπτόμενος αὐτῆς, διὰ τὸ σκοτεινὸν τοῦ τόπου κατανοῆσαι χαλεπός. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Ὁ δέ γε φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λο-

Ho. Quicunque hoc agere potest, unam ideam per multa, unoquoque seorsum posito, passim porrectam acute persentit: et multas invicem alias extrinsecus sub una comprehensas: et unam rursus per tota illa, quae multa sunt, ad unam copulatam, et multas seorsum undique distinctas. Hoc autem est scire per genus discernere qua singula communicare vicissim possunt et qua non possunt. *The.* Omnino. *Ho.* At vero dialecticum opus haud alteri dabis, ut arbitror, quam pure legitimeque philosophanti. *The.* Quo pacto alteri dari posset? *Ho.* Philosophum quidem tali quodam in loco et nunc et in posterum, si quaeremus, inveniemus, quamquam et iste non facile conspici potest. Sed alia ratione sophista, alia philosophus intuitum refugit oculorum. *The.* Qua? *Ho.* Sophistam pono, quia in non entis tenebras aufugit, et diuturna consuetudine tenebris illis offunditur, iccirco summa difficultate discernitur. *The.* Sic est. *Ho.* Philosophus autem entis ipsius ideae

γισμῶν προςκείμενος ἰδέᾳ, διὰ τὸ λαμπρὸν αὖ τῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπετὴς ὀφθῆναι· τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα ἀδύνατα.

ΘΕΑΙ. Καὶ ταῦτα εἰκὸς οὐχ ἧττον ἐκείνων οὕτως ἔχειν.

ΞΕ. Οὐκοῦν περὶ μὲν τούτου καὶ τάχα ἐπισκεψόμεθα σαφέστερον, ἂν ἔτι βουλομένοις ἡμῖν ᾖ· περὶ δὲ τοῦ σοφιστοῦ που δῆλον ὡς οὐκ ἀνετέον, πρὶν ἂν ἱκανῶς αὐτὸν θεασώμεθα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς εἶπες.

ΞΕ. Ὅτ᾽ οὖν δὴ τὰ μὲν ἡμῖν τῶν γενῶν ὡμολόγηται κοινωνεῖν ἐθέλειν ἀλλήλοις, τὰ δὲ μή, καὶ τὰ μὲν ἐπ᾽ ὀλίγον, τὰ δ᾽ ἐπὶ πολλά, τὰ δὲ καὶ διὰ πάντων οὐδὲν κωλύειν τοῖς πᾶσι κεκοινωνηκέναι, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ξυνεπισπώμεθα τῷ λόγῳ τῇδε σκοποῦντες, μὴ περὶ πάντων τῶν εἰδῶν, ἵνα μὴ ταραττώμεθα ἐν πολλοῖς, ἀλλὰ προελόμενοι τῶν μεγίστων λεγομένων ἄττα, πρῶτον μὲν ποῖα ἕκαστά ἐστιν, ἔπειτα κοινωνίας ἀλλήλων πῶς ἔχει δυνάμεως, ἵνα τό τε ὂν καὶ μὴ ὂν εἰ μὴ πάσῃ σαφηνείᾳ δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλ᾽ οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα περὶ αὐτῶν,

ratiocinatione semper inhaerens, ob regionis illius splendorem haud facile cernitur. Nam vulgarium animarum oculi divinitatis radios sustinere non possunt. *The.* Consentaneum est ista sic non minus quam illa sese habere. *Ho.* De hoc alias clarius, si pro voluntate licebit, tractabimus. Sophista vero non prius est dimittendus, quam sufficienter a nobis sit cognitus. *The.* Egregie. *Ho.* Postquam ergo inter nos convenit, ex generibus quaedam vicissim congredi, quaedam penitus dissidere: et alia quidem cum paucis, alia cum multis, nonnulla quoque per omnia omnibus cohaerere: sequamur deinceps rationem sermonis huius in hunc modum considerantes. non de omnibus speciebus, inquam, ne multitudine confundamur, verum quasdam ex maximis eligentes: primum quidem quales quaeque sint; deinde quam vim mutuae communionis habeant, ut ens atque non ens, si non possumus perspicua penitus notione comprehendere, saltem congrua de his disputandi ratione non careamus, quoad investigationis huius conditio

καθ' ὅσον ὁ τρόπος ἐνδέχεται τῆς νῦν σκέψεως, ἐὰν ἄρα ἡμῖν πῃ παρεικάθῃ τὸ μὴ ὂν λέγουσιν ὡς ἔστιν ὄντως μὴ ὂν ἀθῴοις ἀπαλλάττειν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Μέγιστα μὴν τῶν γενῶν, ἃ νῦν δὴ διῇμεν, τό τε ὂν αὐτὸ καὶ στάσις καὶ κίνησις.

ΘΕΑΙ. Πολύ γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν τώ γε δύο φαμὲν αὐτοῖν ἀμίκτω πρὸς ἀλλήλω.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τὸ δέ γε ὂν μικτὸν ἀμφοῖν· ἐστὸν γὰρ ἄμφω που.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τρία δὴ γίγνεται ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν αὐτῶν ἕκαστον τοῖν μὲν δυοῖν ἕτερόν ἐστιν, αὐτὸ δ' ἑαυτῷ ταὐτόν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Τί ποτ' αὖ νῦν οὕτως εἰρήκαμεν τό τε ταὐτὸν καὶ θάτερον; πότερα δύο γένη τινὲ αὐτώ, τῶν μὲν τριῶν ἄλλω, ξυμμιγνυμένω μὴν ἐκείνοις ἐξ ἀνάγκης ἀεί, καὶ περὶ πέντε ἀλλ' οὐ περὶ τριῶν ὡς ὄντων αὐτῶν σκεπτέον, ἢ τό τε ταὐτὸν τοῦτο καὶ θάτερον ὡς ἐκείνων τι προσαγορεύοντες λανθάνομεν ἡμᾶς 255
αὐτούς;

patitur. Quod si non ens velut imaginando esse re vera non ens dicemus, insontes forsitan evademus. *The.* Decet sane. *Ho.* Maxima vero omnium genera, quae modo referebamus, ens ipsum et status et motus. *The.* Valde. *Ho.* Duo haec invicem misceri non posse est dictum. *The.* Certe. *Ho.* Ens vero utrisque misceri: ambo enim quodammodo sunt. *The.* Nil obstat. *Ho.* Sequitur, ut tria sint ista. *The.* Sequitur. *Ho.* An non istorum quodlibet a duobus reliquis alterum est, sibi idem? *The.* Est. *Ho.* Quid ita nunc idem et alterum diximus? Nunquid ut duo quaedam genera alia quam tria superiora, illis autem necessario semper annexa? atque ita de quinque generibus cogitandum? an idem hoc et alterum illorum quiddam enunciavimus, quod tamen nos latuit?

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ' οὔ τι μὴν κίνησίς γε καὶ στάσις οὔθ' ἕτερον οὔτε ταὐτόν ἐστιν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅ τί περ ἂν κοινῇ προςείπωμεν κίνησιν καὶ στάσιν, τοῦτο οὐδέτερον αὐτοῖν οἷόν τε εἶναι.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Κίνησίς τε στήσεται καὶ στάσις αὖ κινηθήσεται· περὶ γὰρ ἀμφότερα θάτερον ὁποτερονοῦν γιγνόμενον αὐτοῖν ἀναγκάσει μεταβάλλειν αὖ θάτερον ἐπὶ τοὐναντίον τῆς αὑτοῦ φύσεως, ἅτε μετασχὸν τοῦ ἐναντίου.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε.

ΞΕ. Μετέχετον μὴν ἄμφω ταὐτοῦ καὶ θατέρου.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν λέγωμεν κίνησίν γ' εἶναι ταὐτὸν ἢ θάτερον, μηδ' αὖ στάσιν.

ΘΕΑΙ. Μὴ γάρ.

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα τὸ ὂν καὶ τὸ ταὐτὸν ὡς ἕν τι διανοητέον ἡμῖν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ' εἰ τὸ ὂν καὶ τὸ ταὐτὸν μηδὲν διάφορον σημαίνετον, κίνησιν αὖ πάλιν καὶ στάσιν ἀμφότερα εἶναι λέγοντες ἀμφότερα οὕτως αὐτὰ ταὐτὸν ὡς ὄντα προςεροῦμεν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἀδύνατον.

The. Forsitan. *Ho.* At vero motus statusque neque alterum est neque idem. *The.* Quam ob causam? *Ho.* Quod communiter motum statumve vocavimus, hoc neutrum illorum esse potest. *The.* Cur? *Ho.* Quia et motus staret et status itidem moveretur. Circa enim ambo alterum, utrumvis illorum effectum, cogeret alterum in naturae suae transire contrarium, utpote contrarii particeps. *The.* Prorsus. *Ho.* Ambo tamen eodem alterove participant. *The.* Nempe. *Ho.* Ne ergo dicamus, aut motum esse idem vel alterum, aut statum similiter. *The.* Non certe. *Ho.* Sed nunquid ens et idem unum esse invicem cogitandum? *The.* Forte. *Ho.* At si ens et idem nihilo inter se differunt, quotiens motum et statum ambo esse dicemus, ambo similiter ista idem denominabimus: hoc autem impossibile.

ΞΕ. Ἀδύνατον ἄρα ταὐτὸν καὶ τὸ ὂν ἓν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Τέταρτον δὴ πρὸς τοῖς τρισὶν εἴδεσιν εἶδος τὸ ταὐτὸν τιθῶμεν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ θάτερον ἆρα ἡμῖν λεκτέον πέμπτον, ἢ τοῦτο καὶ τὸ ὂν ὡς δύ' ἄττα ὀνόματα ἐφ' ἑνὶ γένει διανοεῖσθαι δεῖ;

ΘΕΑΙ. Τάχ' ἄν.

ΞΕ. Ἀλλ' οἶμαί σε συγχωρεῖν τῶν ὄντων τὰ μὲν αὐτὰ καθ' αὑτά, τὰ δὲ πρὸς ἄλληλα ἀεὶ λέγεσθαι.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΞΕ. Τὸ δ' ἕτερον ἀεὶ πρὸς ἕτερον. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκ ἄν, εἴ γε τὸ ὂν καὶ τὸ θάτερον μὴ πάμπολυ διεφερέτην· ἀλλ' εἴ περ θάτερον ἀμφοῖν μετεῖχε τοῖν εἰδοῖν ὥς περ τὸ ὄν, ἦν ἄν ποτέ τι καὶ τῶν ἑτέρων ἕτερον οὐ πρὸς ἕτερον. νῦν δὲ ἀτεχνῶς ἡμῖν ὅ τί περ ἂν ἕτερον ᾖ, συμβέβηκεν ἐξ ἀνάγκης ἑτέρου τοῦτο ὅ πέρ ἐστιν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Λέγεις καθά περ ἔχει.

ΞΕ. Πέμπτον δὴ τὴν θατέρου φύσιν λεκτέον ἐν τοῖς εἴδεσιν οὖσαν, ἐν οἷς προαιρούμεθα.

ΘΕΑΙ. Ναί.

Non potest igitur idem et ens unum esse. *The.* Sic ferme dicendum. *Ho.* Quartam ergo speciem praeter tres superiores ipsum idem ponamus. *The.* Ponamus. *Ho.* Nunquid ipsum alterum quinto loco ponendum? vel hoc et ens nomina duo unum quiddam significare putandum? *The.* Forte. *Ho.* Arbitror tamen concessurum te, quod eorum quae sunt, quaedam ipsa secundum seipsa sunt, quaedam ad alia referuntur. *The.* Quidni? *Ho.* Alterum autem semper ad alterum. nonne? *The.* Semper. *Ho.* Non tamen ita, nisi alterum et ens inter se longe differrent. sed si alterum speciebus utrisque participaret, ut ens, esset utique aliquid eorum, quae altera sunt, alterum utique non ad alterum. Nunc autem quicquid re vera alterum est, ex necessitate sequitur, ut secundum id quod est, alterum sit. *The.* Sic est, ut dicis. *Ho.* Quintam ergo alterius ipsius naturam in speciebus, quibus adiunximus, ponere decet. *The.* Profecto.

ΞΕ. Καὶ διὰ πάντων γε αὐτὴν αὐτῶν φήσομεν εἶναι διεληλυθυῖαν· ἓν ἕκαστον γὰρ ἕτερον εἶναι τῶν ἄλλων οὐ διὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μετέχειν τῆς ἰδέας τῆς θατέρου.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὧδε δὴ λέγωμεν ἐπὶ τῶν πέντε καθ' ἓν ἀναλαμβάνοντες.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Πρῶτον μὲν κίνησιν, ὡς ἔστι παντάπασιν ἕτερον στάσεως. ἢ πῶς λέγομεν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐ στάσις ἄρ' ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

256 ΞΕ. Ἔστι δέ γε διὰ τὸ μετέχειν τοῦ ὄντος.

ΘΕΑΙ. Ἔστιν.

ΞΕ. Αὖθις δὴ πάλιν ἡ κίνησις ἕτερον ταὐτοῦ ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Οὐ ταὐτὸν ἄρα ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν αὕτη γ' ἦν ταὐτὸν διὰ τὸ μετέχειν αὖ πάντ' αὐτοῦ.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Τὴν κίνησιν δὴ ταὐτόν τ' εἶναι καὶ μὴ ταὐτὸν ὁμολογητέον καὶ οὐ δυσχεραντέον. οὐ γὰρ ὅταν

Ho. Dicendum quoque per omnia haec illam discurrere. esse enim ex aliis unumquodque alterum, non per sui ipsius naturam, sed quia alterius ideae sit particeps. *The.* Re vera. *Ho.* Sic autem de quinque sigillatim repetendo dicamus. *The.* Qui? *Ho.* Principio, quod motus omnino alterum quiddam est quam status. Itane, an aliter asserendum? *The.* Ita prorsus. *Ho.* Non ergo status est. *The.* Nullo pacto. *Ho.* Est autem ex eo quod entis est particeps. *The.* Est. *Ho.* Rursus motus alterum est, quam ipsum idem. *The.* Ferme. *Ho.* Non ergo ipsum idem est. *The.* Non certe. *Ho.* Attamen idem quodammodo est propter participationem. omnia enim ipso eodem participant. *The.* Summopere. *Ho.* Concedendum igitur sine controversia, motum et idem esse pariter et non idem. neque enim simili ra-

εἴπωμεν αὐτὴν ταὐτὸν καὶ μὴ ταὐτόν, ὁμοίως εἰρήκαμεν, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ταὐτόν, διὰ τὴν μέθεξιν ταὐτοῦ πρὸς αὐτὴν οὕτω λέγομεν, ὅταν δὲ μὴ ταὐτόν, διὰ τὴν κοινωνίαν αὖ θατέρου, δι' ἣν ἀποχωριζομένη ταὐτοῦ γέγονεν οὐκ ἐκεῖνο ἀλλ' ἕτερον, ὥςτε ὀρθῶς αὖ λέγεται πάλιν οὐ ταὐτόν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν κἂν εἴ πῃ μετελάμβανεν αὐτὴ κίνησις στάσεως, οὐδὲν ἂν ἄτοπον ἦν στάσιμον αὐτὴν προςαγορεύειν;

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατά γε, εἴ περ τῶν γενῶν συγχωρησόμεθα τὰ μὲν ἀλλήλοις ἐθέλειν μίγνυσθαι, τὰ δὲ μή.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐπί γε τὴν τούτου πρότερον ἀπόδειξιν ἢ τῶν νῦν ἀφικόμεθα, ἐλέγχοντες ὡς ἔστι κατὰ φύσιν ταύτῃ.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Λέγωμεν δὴ πάλιν. ἡ κίνησίς ἐστιν ἕτερον τοῦ ἑτέρου, καθά περ ταὐτοῦ τε ἦν ἄλλο καὶ τῆς στάσεως;

ΘΕΑΙ. Ἀναγκαῖον.

ΞΕ. Οὐχ ἕτερον ἄρ' ἐστί πῃ καὶ ἕτερον κατὰ τὸν νῦν δὴ λόγον.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

tione utrunque pronuntiamus: sed idem, quia ipsius eiusdem particeps, sibimet idem est: non idem vero, quia ipsum quoque alterum recipit, quo ab ipso eodem seiungitur, neque illud est, sed aliud quiddam. Quamobrem recte non idem iterum dicitur. *The.* Recte nimirum. *Ho.* Quin etiam si quo modo statum ipse motus admitteret, motum stabilem nominare nequaquam esset absurdum. *The.* Recte, si quidem concesserimus e generibus quaedam invicem communicare velle, quaedam minime. *Ho.* At vero ad huius prius demonstrationem, quam praesentium refellendo pervenimus, quod videlicet sic natura se res habeat. *The.* Cur non? *Ho.* Dicamus iterum, motum alterum esse quam ipsum alterum, quemadmodum aliud quam idem et status erat. *The.* Necesse est. *Ho.* Est ergo et alterum hac ratione quodammodo et non alterum. *The.* Verum.

ΞΕ. Τί οὖν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο; ἆρ' οὐ τῶν μὲν τριῶν ἕτερον αὐτὴν φήσομεν εἶναι, τοῦ δὲ τετάρτου μὴ φῶμεν, ὁμολογήσαντες αὐτὰ εἶναι πέντε, περὶ ὧν καὶ ἐν οἷς προὐθέμεθα σκοπεῖν;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς; ἀδύνατον γὰρ συγχωρεῖν ἐλάττω τὸν ἀριθμὸν τοῦ νῦν δὴ φανέντος.

ΞΕ. Ἀδεῶς ἄρα τὴν κίνησιν ἕτερον εἶναι τοῦ ὄντος διαμαχόμενοι λέγωμεν;

ΘΕΑΙ. Ἀδεέστατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν δὴ σαφῶς ἡ κίνησις ὄντως οὐκ ὄν ἐστι καὶ ὄν, ἐπεί περ τοῦ ὄντος μετέχει;

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Ἔστιν ἄρα ἐξ ἀνάγκης τὸ μὴ ὂν ἐπί τε κινήσεως εἶναι καὶ κατὰ πάντα τὰ γένη· κατὰ πάντα γὰρ ἡ θατέρου φύσις ἕτερον ἀπεργαζομένη τοῦ ὄντος ἕκαστον οὐκ ὂν ποιεῖ, καὶ ξύμπαντα δὴ κατὰ ταὐτὰ οὕτως οὐκ ὄντα ὀρθῶς ἐροῦμεν, καὶ πάλιν, ὅτι μετέχει τοῦ ὄντος, εἶναί τε καὶ ὄντα.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Περὶ ἕκαστον ἄρα τῶν εἰδῶν πολὺ μέν ἐστι τὸ ὄν, ἄπειρον δὲ πλήθει τὸ μὴ ὄν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

Ho. Quid vero deinceps? num alterum ipsum, quam tria dicemus, non tamen a quarto diversum, cum quinque illa esse confessi fuerimus, e quibus unum considerandum proposuimus? *The.* At quomodo? Neque enim minorem illorum numerum, quam supra constiterit, induere possumus. *Ho.* Ergo nihil veriti asseveremus, motum aliud esse quam ens. *The.* Asseveremus protinus. *Ho.* Quare motus re vera non ens existit et ens, quandoquidem entis est particeps. *The.* Manifestum id quidem. *Ho.* Sequitur itaque, non ens in motu et in aliis generibus omnibus esse. nam in singulis alterius ipsius natura, dum alterum unumquodque quam ipsum ens efficit, non ens efficit singula: atque ideo cuncta similiter non entia hae de causa praedicabimus; et quia ente participant, esse iterum dicemus, entiaque vocabimus. *The.* Apparet. *Ho.* Ergo circa speciem quamlibet ens quidem plurimum est, non ens autem multitudine infinitum. *The.* Videtur.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὂν αὐτὸ τῶν ἄλλων ἕτερον εἶναι λεκτέον.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη. 257

ΞΕ. Καὶ τὸ ὂν ἄρ' ἡμῖν, ὅσα πέρ ἐστι τὰ ἄλλα, κατὰ τοσαῦτα οὐκ ἔστιν. ἐκεῖνα γὰρ οὐκ ὂν ἓν μὲν αὐτό ἐστιν, ἀπέραντα δὲ τὸν ἀριθμὸν τἆλλα οὐκ ἔστιν αὖ.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν δὴ καὶ ταῦτα οὐ δυςχεραντέον, ἐπεί περ ἔχει κοινωνίαν ἀλλήλοις ἡ τῶν γενῶν φύσις. εἰ δέ τις ταῦτα μὴ συγχωρεῖ, πείσας ἡμῶν τοὺς ἔμπροσθεν λόγους οὕτω πειθέτω τὰ μετὰ ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Δικαιότατα εἴρηκας.

ΞΕ. Ἴδωμεν δὴ καὶ τόδε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὁπόταν τὸ μὴ ὂν λέγωμεν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐναντίον τι λέγομεν τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἕτερον μόνον.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον ὅταν εἴπωμέν τι μὴ μέγα, τότε μᾶλλόν τί σοι φαινόμεθα τὸ σμικρὸν ἢ τὸ ἴσον δηλοῦν τῷ ῥήματι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Οὐκ ἄρ' ἐναντίον ὅταν ἀπόφασις λέγηται ση-

Ho. An non ipsum quoque ens aliud, quam unumquodque aliorum est dicendum? *The.* Necesse est. *Ho.* Ens itaque, quot numero alia sunt, totidem non est ipsum. nam cum illa ipsum non sit, unum quidem ipsum est: alia vero quae infinita sunt numero, non est. *The.* Ita paene dicendum. *Ho.* Haud sane turbare nos ista debent; si quidem natura generum mutuam communionem habet: si quis autem minus haec accipit, sciendum positis superioribus, concedi haec insuper oportere. *The.* Iuste loqueris. *Ho.* Videamus et hoc. *The.* Quidnam? *Ho.* Quotiens non ens dicimus, ut videmur, nequaquam entis contrarium dicimus, sed alterum quiddam solum. *The.* Quemadmodum? *Ho.* Ceu cum non magnum dicimus, non magis parvum quam aequale eo vocabulo significamus. *The.* Sic est. *Ho.* Non ergo contrarium, quando negatio dicitur, significari

μαίνειν συγχωρησόμεθα, τοσοῦτον δὲ μόνον, ὅτι τῶν ἄλλων τί μηνύει τὸ μὴ καὶ τὸ οὔ προτιθέμενα τῶν ἐπιόντων ὀνομάτων, μᾶλλον δὲ τῶν πραγμάτων περὶ ἅττ' ἂν κέηται τὰ ἐπιφθεγγόμενα ὕστερον τῆς ἀποφάσεως ὀνόματα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Τόδε δὲ διανοηθῶμεν, εἰ καὶ σοὶ ξυνδοκεῖ.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἡ θατέρου μοι φύσις φαίνεται κατακεκερματίσθαι καθάπερ ἐπιστήμη.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Μία μέν ἐστί που καὶ ἐκείνη, τὸ δ' ἐπί τῳ γιγνόμενον μέρος αὐτῆς ἕκαστον ἀφορισθὲν ἐπωνυμίαν ἴσχει τινὰ ἑαυτῆς ἰδίαν· διὸ πολλαὶ τέχναι τ' εἰσὶ λεγόμεναι καὶ ἐπιστῆμαι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὰ τῆς θατέρου φύσεως μόρια μιᾶς οὔσης ταὐτὸν πέπονθε τοῦτο.

ΘΕΑΙ. Τάχ' ἄν. ἀλλ' ὅπῃ δὴ λέγωμεν.

ΞΕ. Ἔστι τῷ καλῷ τι θατέρου μόριον ἀντιτιθέμενον;

ΘΕΑΙ. Ἔστιν.

ΞΕ. Τοῦτ' οὖν ἀνώνυμον ἐροῦμεν ἢ τιν' ἔχον ἐπωνυμίαν;

fatebimur: tantum vero duntaxat asseverabimus, quod Non et Neque aliquid ex aliorum numero significant, quando nomina antecedunt: immo quotiens antecedunt res ipsas, circa quas nomina negationes sequentia pronuntiantur. *The.* Sic est omnino. *Ho.* Hoc praeterea, si tibi videtur, meditemur. *The.* Quid istud? *Ho.* Ipsius alterius natura eodem modo, quo et scientia, divisa dispersaque videtur. *The.* Dic age, quo pacto? *Ho.* Una quidem est et illa. pars autem illius in aliquo residens sigillatimque determinata cognomentum proprium est sortita: quocirca multae artes scientiaeque esse dicuntur. *The.* Prorsus. *Ho.* Nonne et partes naturae ipsius alterius, quae una est, idem quod et partes scientiae patiuntur? *The.* Forsitan. Verum qua ratione, declara. *Ho.* Est pulchro pars aliqua ipsius alterius opposita? *The.* Est. *Ho.* Hancne omni cognomento carere dicemus? an potius cognominari?

ΘΕΑΙ. Ἔχον· ὃ γὰρ μὴ καλὸν ἑκάστοτε φθεγγόμεθα, τοῦτο οὐκ ἄλλου τινὸς ἕτερόν ἐστιν ἢ τῆς τοῦ καλοῦ φύσεως.

ΞΕ. Ἴθι νῦν, τόδε μοι λέγε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἄλλο τι τῶν ὄντων τινὸς γένους ἀφορισθὲν καὶ πρός τι τῶν ὄντων αὖ πάλιν ἀντιτεθὲν οὕτω ξυμβέβηκεν εἶναι τὸ μὴ καλόν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ὄντος δὴ πρὸς ὂν ἡ ἀντίθεσις, ὡς ἔοικ', εἶναί τι συμβαίνει τὸ μὴ καλόν,

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Τί οὖν; κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἆρα μᾶλλον μὲν τὸ καλὸν ἡμῖν ἐστὶ τῶν ὄντων, ἧττον δὲ τὸ μὴ καλόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Ὁμοίως ἄρα τὸ μὴ μέγα καὶ τὸ μέγα αὐτὸ 258 εἶναι λεκτέον;

ΘΕΑΙ. Ὁμοίως.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸ μὴ δίκαιον τῷ δικαίῳ κατὰ ταὐτὰ θετέον πρὸς τὸ μηδέν τι μᾶλλον εἶναι θάτερον θατέρου;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Καὶ τἄλλα δὴ ταύτῃ λέξομεν, ἐπεί περ ἡ θα-

The. Cognominari. *Ho.* Quod enim non pulchrum ubique pronuntiamus, hoc non ab alio quoquam alterum est quam a pulchri natura. Age itaque ad hoc responde. *The.* Ad quid respondeam? *Ho.* Cum aliquid in parte quadam entium determinatum sit, rursusque alicui entium opponatur, contingatque ita non pulchrum dici, sequitur, non pulchrum esse aliquid, quandoquidem est illud cui opponitur. *The.* Recte admodum. *Ho.* Nunquid ex hoc sermone pulchrum magis in numero entium, non pulchrum minus ponendum? *The.* Nihilo magis. *Ho.* Similiter ergo tam non magnum quam magnum esse dicendum. *The.* Similiter. *Ho.* Quin etiam non iustum ex aequo ac iustum esse asseverandum. *The.* Absque dubio. *Ho.* Eademque erit de ceteris ratio, postquam alterius ipsius nat-

τέρου φύσις ἐφάνη τῶν ὄντων οὖσα. ἐκείνης δὲ οὔσης ἀνάγκη δὴ καὶ τὰ μόρια αὐτῆς μηδενὸς ἧττον ὄντα τιθέναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Οὐκοῦν, ὡς ἔοικεν, ἡ τῆς θατέρου μορίου φύσεως καὶ τῆς τοῦ ὄντος πρὸς ἄλληλα ἀντικειμένων ἀντίθεσις οὐδὲν ἧττον, εἰ θέμις εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ ὄντος οὐσία ἐστίν, οὐκ ἐναντίον ἐκείνῳ σημαίνουσα, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, ἕτερον ἐκείνου.

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Τίν' οὖν αὐτὴν προςείπωμεν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι τὸ μὴ ὄν, ὃ διὰ τὸν σοφιστὴν ἐζητοῦμεν, αὐτό ἐστι τοῦτο.

ΞΕ. Πότερον οὖν, ὥς περ εἶπες, ἔστιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων οὐσίας ἐλλειπόμενον, καὶ δεῖ θαῤῥοῦντα ἤδη λέγειν ὅτι τὸ μὴ ὂν βεβαίως ἐστὶ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἔχον, ὥς περ τὸ μέγα ἦν μέγα καὶ τὸ καλὸν ἦν καλὸν καὶ τὸ μὴ μέγα * μὴ * μέγα καὶ τὸ μὴ καλὸν * μὴ * καλόν, οὕτω δὲ καὶ τὸ μὴ ὂν κατὰ ταὐτὸν ἦν τε καὶ ἔστι μὴ ὄν, ἐνάριθμον τῶν πολλῶν ὄντων εἶδος ἕν; ἤ τινα ἔτι πρὸς αὐτό, ὦ Θεαίτητε, ἀπιστίαν ἔχομεν;

ΘΕΑΙ. Οὐδεμίαν.

tura e genere entium esse apparuit. ea vero existente, necesse est ėt partes eius nihilo minus existere. *The.* Quid prohibet? *Ho.* Oppositio ipsa, quae est inter partem naturae ipsius alterius partemve entis, nihilominus, si dictu fas est, quam ens ipsum essentia est: neque contrarium illius, sed alterum quiddam dumtaxat significat. *The.* Perspicue. *Ho.* Quam igitur ipsam appellabimus? *The.* Constat utique, quod non ens a nobis gratia sophistae quaesitum, hoc ipsum est. *Ho.* An, ut dicebas, nullius aliorum essentiam derelinquit? oportetque audacter iam dicere, quod non ens firmiter naturam suam habet; quemadmodum magnum erat magnum pulchrumque erat pulchrum, ac etiam non magnum et non pulchrum? eodemque pacto non ens secundum idem erat et est non ens, species una multis aliis entibus annumerata. Numquid ulterius circa hoc, Theaetete, diffidimus? *The.* Nequaquam

ΞΕ. Οἶσθ' οὖν ὅτι Παρμενίδῃ μακροτέρως τῆς
πορρήσεως ἠπιστήκαμεν;

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Πλεῖον ἢ ἐκεῖνος ἀπεῖπεν σκοπεῖν, ἡμεῖς εἰς
ὃ πρόσθεν ἔτι ζητήσαντες ἀπεδείξαμεν αὐτῷ.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅτι ὁ μέν πού φησιν

οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα,
ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως.

ΞΕ. Ἡμεῖς δέ γε οὐ μόνον ὡς ἔστι τὰ μὴ ὄντα
πεδείξαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδος ὃ τυγχάνει ὂν τοῦ μὴ
ντος ἀπεφηνάμεθα· τὴν γὰρ θατέρου φύσιν ἀποδεί-
αντες οὖσάν τε καὶ κατακεκερματισμένην ἐπὶ πάντα
ὰ ὄντα πρὸς ἄλληλα, τὸ πρὸς τὸ ὂν ἕκαστον μόριον
ὑτῆς ἀντιτιθέμενον ἐτολμήσαμεν εἰπεῖν ὡς αὐτὸ τοῦ-
ὁ ἐστιν ὄντως τὸ μὴ ὄν.

ΘΕΑΙ. Καὶ παντάπασί γε, ὦ ξένε, ἀληθέστατά μοι
οκοῦμεν εἰρηκέναι.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἡμᾶς εἴπῃ τις ὅτι τοὐναντίον τοῦ
ντος τὸ μὴ ὂν ἀποφαινόμενοι τολμῶμεν λέγειν ὡς
ὅτιν. ἡμεῖς γὰρ περὶ μὲν ἐναντίου τινὸς αὐτῷ χαί-
ειν πάλαι λέγομεν, εἴτ' ἔστιν εἴτε μή, λόγον ἔχον ἢ
αὶ παντάπασιν ἄλογον· ὃ δὲ νῦν εἰρήκαμεν εἶναι τὸ 259

Io. Advertisne, quam longe a Parmenidis mente divertimus?
The. Curnam? Ho. Illius limites transgressi sumus, dum ulte-
ius quam statuerit consideravimus et ostendimus. The. Quo
acto? Ho. Quoniam, inquit ille, Nunquam nullo modo sunt
on entia, Sed tu quaerens ab hoc progressu cohibe mentem.
Iaec ille. Nos autem non solum non entia esse ostendimus,
ed quae sit non entis species demonstravimus. cum enim
stenderemus, alterius ipsius naturam esse, perque omnia entia
ivisam atque dispersam invicem; tunc partem eius oppositam
i quod cuiusque ens est, esse ipsum re vera non ens asserui-
ius. The. Vera prorsus, o hospes, dixisse mihi videmur. Ho.
Iemo itaque dicat, quod, postquam non ens entis contrarium
stendimus, esse ipsum dicere audeamus. nos enim iam diu id
raetermisimus, utrum revera sit contrarium necne. Quod autem

οὕτοις διεμαχόμεθα καὶ προσηναγκάζομεν ἐᾷν ἕτερον ἑτέρῳ μίγνυσθαι.

ΘΕΑΙ. Πρὸς δὴ τί;

ΞΕ. Πρὸς τὸ τὸν λόγον ἡμῖν τῶν ὄντων ἕν τι γενῶν εἶναι. τούτου γὰρ στερηθέντες τὸ μὲν μέγιστον φιλοσοφίας ἂν στερηθεῖμεν, ἔτι δ' ἐν τῷ παρόντι δεῖ λόγον ἡμᾶς διομολογήσασθαι τί ποτ' ἐστίν, εἰ δὲ ἀφῃρέθημεν αὐτὸ μηδ' εἶναι τὸ παράπαν, οὐδὲν ἂν ἔτι που λέγειν οἷοί τ' ἦμεν. ἀφῃρέθημεν δ' ἄν, εἰ συνεχωρήσαμεν μηδεμίαν εἶναι μίξιν μηδενὶ πρὸς μηδέν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς τοῦτό γε. λόγον δὲ διότι νῦν διομολογητέον οὐκ ἔμαθον.

ΞΕ. Ἀλλ' ἴσως τῇδ' ἑπόμενος ῥᾷστ' ἂν μάθοις.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τὸ μὲν δὴ μὴ ὂν ἡμῖν ἕν τι τῶν ἄλλων γένος ὂν ἀνεφάνη, κατὰ πάντα τὰ ὄντα διεσπαρμένον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο σκεπτέον εἰ δόξῃ τε καὶ λόγῳ μίγνυται.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Μὴ μιγνυμένου μὲν αὐτοῦ τούτοις ἀναγκαῖον ἀληθῆ πάντ' εἶναι, μιγνυμένου δὲ δόξα τε ψευδὴς γίγνεται καὶ λόγος· τὸ γὰρ τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν ἢ

opportune nunc adversus istos pugnantes coëgimus eos, ut alterum alteri commisceri permitterent. *The.* Ad quid maxime? *Ho.* Ad hoc, ut oratio unum aliquid e generibus sit. hoc enim si privaremur, philosophia ut plurimum careremus. Oportet praeterea in praesentia communi consensu quid oratio sit, definire. quod si penitus e medio tolleretur, nulla de re loqui possemus. tolleretur autem, si concessum esset nullam esse rerum commixtionem. *The.* Recte id quidem. verum qua de causa nunc oratio definienda sit, non intelligo. *Ho.* At forte hoc modo percipies. *The.* Quo? *Ho.* Non ens constitit unum aliquid genus ex aliis existens, per omnia quae sunt, diffusum. *The.* Constitit. *Ho.* Considerandum ergo deinceps, utrum opinioni atque orationi immisceatur. *The.* Cur? *Ho.* Quoniam, si nullo modo his immiscetur, vera esse omnia necesse est. sin autem miscetur, falsa opinio oratioque falsa exoriuntur. dicere

λέγειν, τοῦτ' ἐστί που τὸ ψεῦδος ἐν διανοίᾳ τε καὶ λόγοις γιγνόμενον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ὄντος δέ γε ψεύδους ἔστιν ἀπάτη.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἀπάτης οὔσης εἰδώλων τε καὶ εἰκόνων ἤδη καὶ φαντασίας πάντα ἀνάγκη μεστὰ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸν δέ γε σοφιστὴν ἔφαμεν ἐν τούτῳ που τῷ τόπῳ καταπεφευγέναι μέν, ἔξαρνον δὲ γεγονέναι τὸ παράπαν μηδ' εἶναι ψεῦδος· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὔτε διανοεῖσθαί τινα οὔτε λέγειν· οὐσίας γὰρ οὐδὲν οὐδαμῇ τὸ μὴ ὂν μετέχειν.

ΘΕΑΙ. Ἦν ταῦτα.

ΞΕ. Νῦν δέ γε τοῦτο μὲν ἐφάνη μετέχον τοῦ ὄντος, ὥςτε ταύτῃ μὲν ἴσως οὐκ ἂν μάχοιτο ἔτι· τάχα δ' ἂν φαίη τῶν εἰδῶν τὰ μὲν μετέχειν τοῦ μὴ ὄντος, τὰ δ' οὔ, καὶ λόγον δὴ καὶ δόξαν εἶναι τῶν οὐ μετεχόντων. ὥςτε τὴν εἰδωλοποιικὴν καὶ φανταστικήν, ἐν ᾗ φαμὲν αὐτὸν εἶναι, διαμάχοιτ' ἂν πάλιν ὡς παντάπασιν οὐκ ἔστιν, ἐπειδὴ δόξα καὶ λόγος οὐ κοινωνεῖ τοῦ μὴ ὄντος· ψεῦδος γὰρ τὸ παράπαν οὐκ εἶναι ταύτης μὴ συνισταμένης τῆς κοινωνίας. διὰ ταῦτ' οὖν

enim et opinari non entia, hoc ipsum falsum est, orationi et cogitationi contingens. *The.* Sic est. *Ho.* Cum vero sit falsitas, deceptio sequitur. *The.* Statim. *Ho.* Orta deceptione, necesse est simulacris et imaginibus phantasiaque cuncta repleri. *The.* Nihil repugnat. *Ho.* Sophistam utique dicebamus hic aufugisse, dum falsum aliquo modo esse renueret, quia non ens nemo cogitet vel pronuntiet, cum non ens nulla ex parte sit essentiae particeps. *The.* Sic est dictum. *Ho.* Nunc autem hoc entis particeps nobis apparuit. quapropter haud ultra hunc in modum pugnabit. Forte vero dicet quasdam e speciebus non ente participare, quasdam minime: orationem et opinionem ex illorum numero esse, quae non participent: et iccirco facultatem illam phantasticam, simulacrorum magistram, in qua illum locavimus, nusquam esse contendet, postquam opinio oratioque non ente nullo modo participant: falsumque nihil esse dicet, cum nulla communio talis reperiatur. Quamobrem, quid

λόγον πρῶτον καὶ δόξαν καὶ φαντασίαν διερευνητέον ὅ τί ποτ' ἔστιν, ἵνα φανέντων καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτῶν τῷ μὴ ὄντι κατίδωμεν, κατιδόντες δὲ τὸ ψεῦδος
261 ὂν ἀποδείξωμεν, ἀποδείξαντες δὲ τὸν σοφιστὴν εἰς αὐτὸ ἐνδήσωμεν, εἴ περ ἔνοχός ἐστιν, ἢ καὶ ἀπολύσαντες ἐν ἄλλῳ γένει ζητῶμεν.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε, ὦ ξένε, ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι τὸ περὶ τὸν σοφιστὴν κατ' ἀρχὰς λεχθέν, ὅτι δυσθήρευτον εἴη τὸ γένος. φαίνεται γὰρ οὖν προβλημάτων γέμειν, ὧν ἐπειδάν τι προβάλῃ, τοῦτο πρότερον ἀναγκαῖον διαμάχεσθαι πρὶν ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἀφικέσθαι. νῦν γὰρ μόγις μὲν τὸ μὴ ὂν ὡς οὐκ ἔστι προβληθὲν διεπεράσαμεν, ἕτερον δὲ προβέβληται, καὶ δεῖ δὴ ψεῦδος ὡς ἔστι καὶ περὶ λόγον καὶ περὶ δόξαν ἀποδεῖξαι, καὶ μετὰ τοῦτο ἴσως ἕτερον, καὶ ἔτ' ἄλλο μετ' ἐκεῖνο· καὶ πέρας, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν φανήσεταί ποτε.

ΞΕ. Θαῤῥεῖν, ὦ Θεαίτητε, χρὴ τὸν καὶ σμικρόν τι δυνάμενον εἰς τὸ πρόσθεν ἀεὶ προϊέναι. τί γὰρ ὅ γ' ἀθυμῶν ἐν τούτοις δράσειεν ἂν ἐν ἄλλοις, ἢ μηδὲν ἐν ἐκείνοις ἀνύτων ἢ καὶ πάλιν εἰς τοὔπισθεν ἀπωσθείς; σχολῇ που, τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον, ὅ γε τοιοῦτος ἄν ποτε ἕλοι πόλιν. νῦν δ' ἐπεί, ὦ 'γαθέ, τοῦτο

oratio sit opinioque et phantasia, primo investigandum, ut his declaratis eorum cum non ente communionem conspiciamus: qua inspecta falsum esse aliquid ostendamus: cumque hoc ostenderimus, in eo Sophistam, si reus sit, vinciamus; alioquin absolventes illum in alio quodam genere deinde quaeramus. *The.* Verum omnino videtur, hospes, quod ab initio de Sophista praediximus, quod videlicet difficile capi posset. Multis enim est obicibus circumseptus, neque ad eum pervenire quis potest, nisi prius obstaculum, quod primo iecit ille, submoverit. Et nunc quidem vix tandem obiectionem illam evasimus, qua non ens nullo modo esse intulerat. continuo siquidem aliud est illatum. Unde oportet falsitatem circa orationem opinionemque ostendere: ac forsitan post hoc aliud: aliudque post illud; nullusque terminus invenitur. *Ho.* Forti animo persequi, Theaetete, debet, quisquis contra progredi, postquam invasit, aliquantulum valet. qui enim in istis haesitet, in aliis audebit nunquam. Nam qui illis aut nihil perficit aut retro repellitur, nunquam, ut proverbio fertur, expugnabit urbem. Nunc vero, postquam

λέγεις διαπεπέρανται, τό τοι μέγιστον ἡμῖν τεῖχος ͅρημένον ἂν εἴη, τὰ δ' ἄλλα ἤδη ῥάω καὶ σμικρότερα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς εἶπες.

ΞΕ. Λόγον δὴ πρῶτον καὶ δόξαν, καθά περ ἐῤ-ήθη νῦν δή, λάβωμεν, ἵν' ἐναργέστερον ἀπολογισώμεθα, πότερον αὐτῶν ἅπτεται τὸ μὴ ὂν ἢ παντάπασιν ἀληθῆ μέν ἐστιν ἀμφότερα ταῦτα, ψεῦδος δὲ οὐδέποτε οὐδέτερον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Φέρε δή, καθά περ ἐπὶ τῶν εἰδῶν καὶ τῶν ͅραμμάτων ἐλέγομεν, περὶ τῶν ὀνομάτων πάλιν ὡςαύτως ἐπισκεψώμεθα· φαίνεται γάρ πῃ ταύτῃ τὸ νῦν ͅητούμενον.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον οὖν δὴ περὶ τῶν ὀνομάτων ὑπᾳουστέον;

ΞΕ. Εἴτε πάντα ἀλλήλοις ξυναρμόττει εἴτε μηδέν· ͅἴτε τὰ μὲν ἐθέλει, τὰ δὲ μή.

ΘΕΑΙ. Δῆλον τοῦτό γε, ὅτι τὰ μὲν ἐθέλει, τὰ ͅ' οὔ.

ΞΕ. Τὸ τοιόνδε λέγεις ἴσως, ὅτι τὰ μὲν ἐφεξῆς ͅεγόμενα καὶ δηλοῦντά τι ξυναρμόττει, τὰ δὲ τῇ συνεχείᾳ μηδὲν σημαίνοντα ἀναρμοστεῖ.

ΘΕΑΙ. Πῶς τί τοῦτ' εἶπες;

ΞΕ. Ὅ περ ᾠήθην ὑπολαβόντα σε προσομολογεῖν.

ngens obstaculum iam disiecimus, reliqua posthac minora leioraque supersunt. *The.* Praeclare loqueris. *Ho.* Orationem itaue primo, sicuti dictum est, opinionemve capiamus, ut clarius stendamus, utrum non ens haec attingat; an vero omnino sint mbo, falsumque neutrum. *The.* Optime. *Ho.* Age, quemadnodum circa species et literas diximus, similiter circa nomina ursus excogitemus. videtur enim quod nunc quaeritur ita sese abere. *The.* Quid potissimum de nominibus vis intelligi? *Ho.* Jtrum omnia invicem congruant, aut nullum; aut quaedam onsonent, alia dissonent. *The.* Patet quod quaedam congruunt, uaedam minime. *Ho.* Forte tale quiddam ais, quod quae conequenter dicta aliquid exprimunt, invicem congruunt: quae ero continuata nihil significant, non conveniunt. *The.* Quonodo dicebas quidve? *Ho.* Quod intelligere te et fateri putavi.

ἔστι γὰρ ἡμῖν που τῶν τῇ φωνῇ περὶ τὴν οὐσίαν δηλωμάτων διττὸν γένος.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν ὀνόματα, τὸ δὲ ῥήματα κληθέν.

262 ΘΕΑΙ. Εἰπὲ ἑκάτερον.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα ῥῆμά που λέγομεν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γ' ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἐκεῖνα πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν ὄνομα.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐξ ὀνομάτων μὲν μόνων συνεχῶς λεγομένων οὐκ ἔστι ποτὲ λόγος, οὐδ' αὖ ῥημάτων χωρὶς ὀνομάτων λεχθέντων.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' οὐκ ἔμαθον.

ΞΕ. Δῆλον γὰρ ὡς πρὸς ἕτερόν τι βλέπων ἄρτι ξυνωμολόγεις, ἐπεὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐβουλόμην εἰπεῖν, ὅτι συνεχῶς ὧδε λεγόμενα ταῦτα οὐκ ἔστι λόγος.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον βαδίζει τρέχει καθεύδει καὶ τἆλλα ὅσα πράξεις σημαίνει ῥήματα, κἂν πάντα τις ἐφεξῆς αὔτ' εἴπῃ, λόγον οὐδέν τι μᾶλλον ἀπεργάζεται.

ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ πάλιν ὅταν λέγηται λέων ἔλαφος

Duo namque sunt genera declarationum earum, quae circa essentiam voce fiunt. *The.* Quo pacto? *Ho.* Unum quidem nominum genus, verborum alterum. *The.* Dic utrumque. *Ho.* Declarationem, qua actiones significantur, verbum dicimus. *The.* Sane. *Ho.* Signum autem vocis agentibus ipsis impositum, nomen. *The.* Prorsus. *Ho.* Ex solis nominibus suppositis invicem oratio nunquam efficitur, neque rursus ex verbis absque nominibus subsequenter pronuntiatis. *The.* Haec non didici. *Ho.* Constat utique quod alio intendens animum paulo ante assentiebare. nam hoc ipsum est, quod dicere volebam, quod ista, si solum ita continuata pronuntiantur, orationem non faciunt. *The.* Quomodo? *Ho.* Ut, vadit, currit, dormit, et alia verba, quaecunque actiones significant: quae si quis subiungat omnia, nihilo magis orationem facit. *The.* Sic est. *Ho.* Rursusque cum dicitur, leo, cervus, equus, ceteraque nomina, quae

ἵππος, ὅσα τε ὀνόματα τῶν τὰς πράξεις αὖ πραττόντων ὠνομάσθη, καὶ κατὰ ταύτην δὴ τὴν συνέχειαν οὐδείς πω ξυνέστη λόγος· οὐδεμίαν γὰρ οὔτε οὕτως οὔτ' ἐκείνως πρᾶξιν οὐδ' ἀπραξίαν οὐδὲ οὐσίαν ὄντος οὐδὲ μὴ ὄντος δηλοῖ τὰ φωνηθέντα, πρὶν ἄν τις τοῖς ὀνόμασι τὰ ῥήματα κεράσῃ. τότε δ' ἥρμοσέ τε καὶ λόγος ἐγένετο εὐθὺς ἡ πρώτη συμπλοκή, σχεδὸν τῶν λόγων ὁ πρῶτος καὶ σμικρότατος.

ΘΕΑΙ. Πῶς ἄρ' ὧδε λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν εἴπῃ τις ἄνθρωπος μανθάνει, λόγον εἶναι φῂς τοῦτον ἐλάχιστόν τε καὶ πρῶτον;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΞΕ. Δηλοῖ γὰρ ἤδη που τότε περὶ τῶν ὄντων ἢ γιγνομένων ἢ γεγονότων ἢ μελλόντων, καὶ οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλά τι περαίνει, συμπλέκων τὰ ῥήματα τοῖς ὀνόμασι. διὸ λέγειν τε καὶ αὐτὸν ἀλλ' οὐ μόνον ὀνομάζειν εἴπομεν, καὶ δὴ καὶ τῷ πλέγματι τούτῳ τὸ ὄνομα ἐφθεγξάμεθα λόγον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὕτω δὴ καθά περ τὰ πράγματα τὰ μὲν ἀλλήλοις ἥρμοττε, τὰ δ' οὔ, καὶ περὶ τὰ τῆς φωνῆς αὖ σημεῖα τὰ μὲν οὐχ ἁρμόττει, τὰ δὲ ἁρμόττοντα αὐτῶν λόγον ἀπειργάσατο.

ipsos agentes significant, nondum hac continuatione oratio ulla conficitur. nam quae proferuntur, haud ante actionem vel actionis impedimentum aut essentiam sive existentis rei seu non existentis ostendunt, quam verba nominibus misceantur. tunc vero primum conveniunt, statimque fit oratio, et prima horum complexio prima oratio est, etiamsi sit brevissima. *The.* Qui istuc inquis? *Ho.* Quando quis dicit, Homo discit, orationem hanc esse ais primam atque brevissimam? *The.* Equidem. *Ho.* Tunc sane declarat aliquid de his, quae sunt vel fiunt aut fuerunt iam aut erunt, neque nominat tantum, sed et definit aliquid, verba nominibus copulans. Ideoque non modo nominare, verum etiam loqui ipsum dicimus, talique contextui nomen orationem enunciavimus. *The.* Recte. *Ho.* Enimvero quemadmodum res aliquae consonant invicem, ut supra diximus, aliquae dissonant; ita et signa vocum quaedam nequaquam conveniunt, quaedam conventu orationem conflant.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἔτι δὴ σμικρὸν τόδε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Λόγον ἀναγκαῖον, ὅταν περ ᾖ, τινὸς εἶναι λόγον, μὴ δέ τινος ἀδύνατον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ ποιόν τινα αὐτὸν εἶναι δεῖ;

ΘΕΑΙ. Πῶς δ᾽ οὔ;

ΞΕ. Προσέχωμεν δὴ τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς.

ΘΕΑΙ. Δεῖ γοῦν.

ΞΕ. Λέξω τοίνυν σοι λόγον, συνθεὶς πρᾶγμα πράξει δι᾽ ὀνόματος καὶ ῥήματος· ὅτου δ᾽ ἂν ὁ λόγος ᾖ, σύ μοι φράζειν.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ᾽ ἔσται κατὰ δύναμιν.

263 *ΞΕ.* Θεαίτητος κάθηται. μῶν μὴ μακρὸς ὁ λόγος;

ΘΕΑΙ. Οὔκ, ἀλλὰ μέτριος.

ΞΕ. Σὸν ἔργον δὴ φράζειν περὶ οὗ τ᾽ ἐστὶ καὶ ὅτου.

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι περὶ ἐμοῦ τε καὶ ἐμός.

ΞΕ. Τί δὲ ὅδ᾽ αὖ;

ΘΕΑΙ. Ποῖος;

ΞΕ. Θεαίτητος, ᾧ νῦν ἐγὼ διαλέγομαι, πέτεται.

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτον. οὐδ᾽ ἂν εἷς ἄλλως εἴποι πλὴν ἐμόν τ᾽ εἶναι καὶ περὶ ἐμοῦ.

ΞΕ. Ποιὸν δέ γέ τινά φαμεν ἀναγκαῖον ἕκαστον εἶναι τῶν λόγων.

The. Prorsus. *Ho.* Accipe et hoc breve. *The.* Quale istud? *Ho.* Orationem necesse est, quotiens fit, alicuius esse orationem: nullius enim esse orationem impossibile est. *The.* Ita videtur. *Ho.* Nonne et qualem quandam esse ipsam oportet?. *The.* Oportet sane. *Ho.* Animadvertamus obsecro diligenter. *The.* Decet. *Ho.* Afferam orationem tibi, rem cum actione per nomen verbumque coniungens: cuius autem oratio sit tu dicas. *The.* Efficiam, ut potero. *Ho.* Theaetetus sedet, num oratio ista prolixa? *The.* Non, sed mediocris. *Ho.* Tuum est nunc dicere, de quo et cuius oratio est. *The.* De me videlicet atque mea. *Ho.* Ista autem? *The.* Quaenam? *Ho.* Theaetetus iste, quicum ego nunc disputo, volat. *The.* Nemo de hac quoque aliter diceret, nisi quod de me meaque est. *Ho.* Diximus, qualem quandam esse orationem quamlibet oportere.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τούτων δὴ ποῖόν τινα ἑκάτερον φατέον εἶναι;

ΘΕΑΙ. Τὸν μὲν ψευδῆ που, τὸν δὲ ἀληθῆ.

ΞΕ. Λέγει δὲ αὐτῶν ὁ μὲν ἀληθὴς τὰ ὄντα, ὡς ἔστι περὶ σοῦ.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ὁ δὲ δὴ ψευδὴς ἕτερα τῶν ὄντων.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὰ μὴ ὄντ' ἄρα ὡς ὄντα λέγει.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Ὄντων δέ γε ὄντα ἕτερα περὶ σοῦ. πολλὰ μὲν γὰρ ἔφαμεν ὄντα περὶ ἕκαστον εἶναί που, πολλὰ δὲ οὐκ ὄντα.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὃν ὕστερον δὴ λόγον εἴρηκα περὶ σοῦ, πρῶτον μέν, ἐξ ὧν ὡρισάμεθα τί ποτ' ἔστι λόγος, ἀναγκαιότατον αὐτὸν ἕνα τῶν βραχυτάτων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Νῦν δὴ γοῦν ταύτῃ ξυνωμολογήσαμεν.

ΞΕ. Ἔπειτα δέ γε τινός.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Εἰ δὲ μή ἐστι σός, οὐκ ἄλλου γε οὐδενός.

ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Μηδενὸς δὲ ὢν οὐδ' ἂν λόγος εἴη τὸ παράπαν· ἀπεφήναμεν γὰρ ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἦν λόγον ὄντα μηδενὸς εἶναι λόγον.

The. Diximus. *Ho*. Unam veram, alteram falsam. Vera oratio ea quae sunt, ut sunt, de te praedicat. *The*. Certe. *Ho*. Falsa autem alia praeter illa quae sunt. *The*. Profecto. *Ho*. Quae non sunt ergo, quasi sint asserit. *The*. Sic ferme. *Ho*. Re vera entia de te alia. multa siquidem entia circa unumquodque esse praediximus, multa quoque non entia. *The*. Omnino. *Ho*. Primum quidem necesse est orationem illam, quam secundo loco de te protuli, secundum orationis definitionem, unam quandam ex brevissimis esse. *The*. Sic enim inter nos convenit. *Ho*. Deinde exprime, num alicuius sit. *The*. Alicuius. *Ho*. Si tua non est, alterius multo minus. *The*. Patet. *Ho*. Si nullius est, neque oratio prorsus est. nam ostensum est fieri non posse, ut quae oratio est, nullius oratio sit.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Περὶ δὴ σοῦ λεγόμενα μέντοι θάτερα ὡς τὰ αὐτὰ καὶ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, παντάπασιν, ὡς ἔοικεν, ἡ τοιαύτη σύνθεσις ἔκ τε ῥημάτων γιγνομένη καὶ ὀνομάτων ὄντως τε καὶ ἀληθῶς γίγνεσθαι λόγος ψευδής.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δὲ δή; διάνοιά τε καὶ δόξα καὶ φαντασία, μῶν οὐκ ἤδη δῆλον ὅτι ταῦτα τὰ γένη ψευδῆ τε καὶ ἀληθῆ πάνθ᾽ ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνεται;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὧδ᾽ εἴσει ῥᾷον, ἂν πρῶτον λάβῃς, τί ποτ᾽ ἔστι καὶ τί διαφέρουσιν ἕκαστ᾽ ἀλλήλων.

ΘΕΑΙ. Δίδου μόνον.

ΞΕ. Οὐκοῦν διάνοια μὲν καὶ λόγος ταὐτόν· πλὴν ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος τοῦτ᾽ αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη, διάνοια.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ δέ γ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου κέκληται λόγος.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐν λόγοις αὐτὸ ἴσμεν ὄν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

The. Scite. *Ho.* Ergo quotiens de te altera ita praedicantur, ac si eadem essent, et non entia perinde ac si entia; huiusmodi quaedam ex verbis ac nominibus compositio procul dubio fit oratio falsa. *The.* Vera admodum loqueris. *Ho.* Quid autem de cogitatione, opinione et phantasia dicemus? nonne iam constat, quod haec omnia genera tum vera tum falsa in animis nostris efficiuntur? *The.* Qua ratione? *Ho.* Sic intelliges facile, si prius quid unumquodque istorum sit, quove inter se singula differant, acceperis. *The.* Dato modo. *Ho.* Nonne cogitatio et oratio idem? nisi quod cogitatio dicitur illa ipsa sine strepitu vocis interior collocutio, qua sese animus noster alloquitur. *The.* Penitus. *Ho.* Sed per os effluxus prolationis ab illa oratio nuncupatur. *The.* Verum. *Ho.* Quin etiam in oratione hoc animadvertimus. *The.* Quid?

ΞΕ. Φάσιν τε καὶ ἀπόφασιν.

ΘΕΑΙ. Ἴσμεν.

ΞΕ. Ὅταν οὖν τοῦτο ἐν ψυχῇ κατὰ διάνοιαν ἐγγίγνηται μετὰ σιγῆς, πλὴν δόξης ἔχεις ὅ τι προςείπῃς αὐτό; 264

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Τί δ' ὅταν μὴ καθ' αὑτὴν ἀλλὰ δι' αἰσθήσεως παρῇ τινι τὸ τοιοῦτον αὖ πάθος, ἆρ' οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν ἕτερόν τι πλὴν φαντασίαν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐπεί περ λόγος ἀληθὴς ἦν καὶ ψευδής, τούτων δ' ἐφάνη διάνοια μὲν αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος, δόξα δὲ διανοίας ἀποτελεύτησις, φαίνεται δὲ ὃ λέγομεν σύμμιξις αἰσθήσεως καὶ δόξης, ἀνάγκη δὴ καὶ τούτων τῷ λόγῳ ξυγγενῶν ὄντων ψευδῆ τε αὐτῶν ἔνια καὶ ἐνίοτε εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Κατανοεῖς οὖν ὅτι πρότερον εὑρέθη ψευδὴς δόξα καὶ λόγος ἢ κατὰ τὴν προςδοκίαν ἣν ἐφοβήθημεν ἄρτι, μὴ παντάπασιν ἀνήνυτον ἔργον ἐπιβαλλοίμεθα ζητοῦντες αὐτό;

ΘΕΑΙ. Κατανοῶ.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν μηδ' εἰς τὰ λοιπὰ ἀθυμῶμεν.

Ho. Affirmationem, inquam, et negationem. *The.* Nempe. *Ho.* Quando igitur hoc in anima per cogitationem silentio fit, potestne alio quam opinionis nomine nuncupari? *The.* Nequaquam. *Ho.* Quid vero? cum non per ipsam, sed per sensum rursus talis passio accidit, potestne aliter quam phantasia cognominari? *The.* Non aliter. *Ho.* Postquam oratio partim vera partim falsa esse apparuit, cogitatio vero interior ipsius animae collocutio, opinio vero cogitationis conclusio, in quâ opinionis sensusque commixtio reperitur: necessarium esse videtur, ut cogitationes opinionesque partim verae partim falsae sint; quippe cum sint orationi cognatae. *The.* Nihil repugnat. *Ho.* Advertisne, nos facilius, quam putabamus, orationem et cogitationem falsam invenisse? Metuebamus sane, ne opus irritum et inexplicabile ista quaerentes aggrederemur. *The.* Adverto. *Ho.* Ergo ne reliqua metuamus: verum postquam pa-

ἐπειδὴ γὰρ πέφανται ταῦτα, τῶν ἔμπροσθεν ἀναμνησθῶμεν κατ' εἴδη διαιρέσεων.

ΘΕΑΙ. Ποίων δή;

ΞΕ. Διειλόμεθα τῆς εἰδωλοποιικῆς εἴδη δύο, τὴν μὲν εἰκαστικήν, τὴν δὲ φανταστικήν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τὸν σοφιστὴν εἴπομεν ὡς ἀποροῖμεν εἰς ὁποτέραν θήσομεν.

ΘΕΑΙ. Ἦν ταῦτα.

ΞΕ. Καὶ τοῦθ' ἡμῶν ἀπορουμένων ἔτι μείζων κατεχύθη σκοτοδινία, φανέντος τοῦ λόγου τοῦ πᾶσιν ἀμφισβητοῦντος ὡς οὔτε εἰκὼν οὔτε εἴδωλον οὔτε φάντασμα εἴη τὸ παράπαν οὐδὲν διὰ τὸ μηδαμῶς μηδέποτε μηδαμοῦ ψεῦδος εἶναι.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ἀληθῆ.

ΞΕ. Νῦν δέ γ' ἐπειδὴ πέφανται μὲν λόγος, πέφανται δ' οὖσα δόξα ψευδής, ἐγχωρεῖ δὴ μιμήματα τῶν ὄντων εἶναι καὶ τέχνην ἐκ ταύτης γίγνεσθαι τῆς διαθέσεως ἀπατητικήν.

ΘΕΑΙ. Ἐγχωρεῖ.

ΞΕ. Καὶ μὴν ὅτι γ' ἦν ὁ σοφιστὴς τούτων, πότερον διωμολογημένον ἡμῖν ἐν τοῖς πρόσθεν ἦν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἐπιχειρῶμεν, σχίζοντες διχῇ τὸ

tefacta sunt ista, superiores illas secundum species divisiones iterum resumamus. *The.* Quales? *Ho.* Imaginariam artem in duas divisimus, assimilatricem scilicet et phantasticam. *The.* Sic egimus. *Ho.* Qua vero in arte duarum sophistam collocaremus, ambigebamus. *The.* Profecto. *Ho.* Post hanc ambiguitatem repente profundior emersit caligo, cum sermo ille cunctis dubius inferretur, quod neque imago neque simulacrum neque phantasma omnino usquam est, quia nullo modo nusquam nunquam falsum exstat. *The.* Vera narras. *Ho.* Nunc autem postquam apparuit quidem oratio, apparuit et opinio falsa, possibile est simulacra quaedam rerum verarum aemula esse, et ab hac dispositione artem decipiendi manare. *The.* Possibile certe. *Ho.* Quin etiam quod in his Sophista versatur, est concessum? *The.* Est. *Ho.* Adnitamur iterum, bifariam genus propositum partientes, semper

προτεθὲν γένος, πορεύεσθαι κατὰ τοὐπὶ δεξιὰ ἀεὶ μέρος τοῦ τμηθέντος ἐχόμενοι τῆς τοῦ σοφιστοῦ κοινωνίας, ἕως ἂν αὐτοῦ τὰ κοινὰ πάντα περιελόντες, τὴν οἰκείαν λιπόντες φύσιν ἐπιδείξωμεν μάλιστα μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐγγυτάτω γένει τῆς τοιαύτης μεθόδου πεφυκόσιν. 265

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν τότε μὲν ἠρχόμεθα ποιητικὴν καὶ κτητικὴν τέχνην διαιρούμενοι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τῆς κτητικῆς ἐν θηρευτικῇ καὶ ἀγωνίᾳ καὶ ἐμπορικῇ καί τισιν ἐν τοιούτοις εἴδεσιν ἐφαντάζετο ἡμῖν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Νῦν δέ γ' ἐπειδὴ μιμητικὴ περιείληφεν αὐτὸν τέχνη, δῆλον ὡς αὐτὴν τὴν ποιητικὴν δίχα διαιρετέον πρώτην. ἡ γάρ που μίμησις ποίησίς τίς ἐστιν, εἰδώλων μέντοι φαμέν, ἀλλ' οὐκ αὐτῶν ἑκάστων. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ποιητικῆς δὴ πρῶτον δύο ἔστω μέρη.

ΘΕΑΙ. Ποίω;

ΞΕ. Τὸ μὲν θεῖον, τὸ δ' ἀνθρώπινον.

ΘΕΑΙ. Οὔπω μεμάθηκα.

ad dexteram progredi divisi partem, et quae cum Sophista quoquo modo communicant, circumspicere, ut communibus omnibus amputatis propriam eius sedem atque effigiem et nos intueamur, et his, qui ad huiusmodi disciplinae progressum natura accedunt quam proxime, ostendamus. *The.* Probe. *Ho.* Nonne ab initio artem efficiendi unam, acquirendi alteram partientes induximus? *The.* Certe. *Ho.* Divisa postmodum acquirendi arte, sub ea Sophistam locavimus in venatione, certamine, mercatura et huiuscemodi speciebus. *The.* Sic prorsus est actum. *Ho.* Nunc vero postquam efficiendi quoque ars Sophistam complexa est, constat in primis artem hanc esse bifariam dividendam. imitatio quippe effectio quaedam est, simulacrorum scilicet, non verarum rerum, quemadmodum supra diximus. nonne? *The.* Procul dubio. *Ho.* Effectricis igitur facultatis duae primum sint partes. *The.* Quae? *Ho.* Divina et humana. *The.* Nondum intelligo.

ΞΕ. Ποιητικήν, εἴ περ μεμνήμεθα τὰ κατ' ἀρχὰς λεχθέντα, πᾶσαν ἔφαμεν εἶναι δύναμιν, ἥ τις ἂν αἰτία γίγνηται τοῖς μὴ πρότερον οὖσιν ὕστερον γίγνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Μεμνήμεθα.

ΞΕ. Ζῶα δὴ πάντα θνητὰ καὶ φυτά, ὅσα τ' ἐπὶ γῆς ἐκ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν φύεται καὶ ὅσα ἄψυχα ἐν γῇ ξυνίσταται σώματα τηκτὰ καὶ ἄτηκτα, μῶν ἄλλου τινὸς ἢ θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν ὕστερον γίγνεσθαι πρότερον οὐκ ὄντα; ἢ τῷ τῶν πολλῶν δόγματι καὶ ῥήματι χρώμενοι;

ΘΕΑΙ. Ποίῳ;

ΞΕ. Τῷ τὴν φύσιν αὐτὰ γεννᾶν ἀπό τινος αἰτίας αὐτομάτης καὶ ἄνευ διανοίας φυούσης· ἢ μετὰ λόγου τε καὶ ἐπιστήμης θείας ἀπὸ θεοῦ γιγνομένης;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μὲν ἴσως διὰ τὴν ἡλικίαν πολλάκις ἀμφότερα μεταδοξάζω· νῦν μὴν βλέπων εἰς σὲ καὶ ὑπολαμβάνων οἴεσθαί σε κατά γε θεὸν αὐτὰ γίγνεσθαι, ταύτῃ καὶ αὐτὸς νενόμικα.

ΞΕ. Καλῶς γε, ὦ Θεαίτητε. καὶ εἰ μέν γέ σε ἡγούμεθα τῶν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἄλλως πως δοξαζόντων εἶναι, νῦν ἂν τῷ λόγῳ μετὰ πειθοῦς ἀναγκαίας

Ho. Si modo quae supra dicta sunt, recordamur, effectricem facultatem diximus vim quandam, quae causa est, ut sint postea, quae ante non fuerant. *The.* Recordamur. *Ho.* Animalia cuncta mortalia plantasque, quaecunque terra ex seminibus radicibusve nascuntur, et quaecunque inanimata in terra consistunt, sive liquefieri possint sive non possint, nunquid alio quodam opifice fabricata quam Deo fieri post, cum prius non fuerint, praedicabimus? an multorum doctrinam sermonesque sectabimur? *The.* Quorum? *Ho.* Dicentium ista natura ipsa gigni a causa quadam fortuita, sine mente haec agente: vel cum ratione potius scientiaque divina ab ipso Deo tributa. *The.* Ego forte propter aetatem tum hoc tum aliud opinor. in praesentia vero ad te respiciens, putansque existimare te per Deum haec omnia gigni, idem ipse quoque existimo. *Ho.* Recte admodum, Theaetete. Ac si te putaremus in posterum aliter opinaturum, nunc ratione, simul cum necessaria quadam per-

ἐπεχειροῦμεν ποιεῖν ὁμολογεῖν· ἐπειδὴ δέ σου καταμανθάνω τὴν φύσιν, ὅτι καὶ ἄνευ τῶν παρ' ἡμῶν λόγων αὐτὴ πρόςεισιν ἐφ' ἅ περ νῦν ἕλκεσθαι φῄς, ἐάσω· χρόνος γὰρ ἐκ περιττοῦ γίγνοιτ' ἄν. ἀλλὰ θήσω τὰ μὲν φύσει λεγόμενα ποιεῖσθαι θείᾳ τέχνῃ, τὰ δ' ἐκ τούτων ὑπ' ἀνθρώπων ξυνιστάμενα ἀνθρωπίνῃ, καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον δύο ποιητικῆς γένη, τὸ μὲν ἀνθρώπινον εἶναι, τὸ δὲ θεῖον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τέμνε δὴ δυοῖν οὔσαιν δίχα ἑκατέραν αὖθις.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον τότε μὲν κατὰ πλάτος τέμνων τὴν ποιη- 266
τικὴν πᾶσαν, νῦν δὲ αὖ κατὰ μῆκος.

ΘΕΑΙ. Τετμήσθω.

ΞΕ. Τέτταρα μὴν αὐτῆς οὕτω τὰ πάντα μέρη γίγνεται, δύο μὲν τὰ πρὸς ἡμῶν, ἀνθρώπεια, δύο δ' αὖ τὰ πρὸς θεῶν, θεῖα.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὰ δέ γ' ὡς ἑτέρως αὖ διῃρημένα, μέρος μὲν ἓν ἀφ' ἑκατέρας τῆς μερίδος αὐτοποιητικόν, τὼ δ' ὑπολοίπω σχεδὸν μάλιστ' ἂν λεγοίσθην εἰδωλοποιικώ. καὶ κατὰ ταῦτα δὴ πάλιν ἡ ποιητικὴ διχῇ διαιρεῖται.

ΘΕΑΙ. Λέγε ὅπῃ ἑκατέρα αὖθις.

suasione, ut nobis crederes efficeremus. quoniam vero eius ingenii esse te novi, ut etiam sine nostra demonstratione ultro ad illa sis profecturus, ad quae nunc trahi te dicis, dimittam. nam supervacua disputatio talis esset. Ponam vero illa, quae natura gigni dicuntur, arte divina fieri: quae autem ex his ab hominibus componuntur, humana: atque hac ratione duo effectricis facultatis genera, humanum videlicet et divinum. *The.* Praeclare. *Ho.* Cum vero duae sint artes, utramque bifariam divide. *The.* Qui? *Ho.* Quemadmodum ars effectrix universa per latitudinem est divisa, ita nunc per longitudinem dividatur: atque ita quatuor illius partes efficiuntur, duae quoad nos, humanae, duae iterum quoad deos, divinae. *The.* Profecto. *Ho.* Ex his quidem rursus aliter nunc divisis, utriusque partitionis pars una est effectrix, reliquae autem imaginariae nominantur. unde rursus efficiendi facultas in duo dividitur. *The.* Dicas iterum quemadmodum utraque.

ΞΕ. Ἡμεῖς μέν που καὶ τἆλλα ζῷα καὶ ἐξ ὧν τὰ πεφυκότ' ἐστί, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τούτων ἀδελφά, θεοῦ γεννήματα πάντα ἴσμεν αὐτὰ ἀπειργασμένα ἕκαστα. ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Τούτων δέ γε ἑκάστων εἴδωλα, ἀλλ' οὐκ αὐτά, παρέπεται, δαιμονίᾳ καὶ ταῦτα μηχανῇ γεγονότα.

ΘΕΑΙ. Ποῖα;

ΞΕ. Τά τε ἐν τοῖς ὕπνοις καὶ ὅσα μεθ' ἡμέραν φαντάσματα αὐτοφυῆ λέγεται, σκιὰ μὲν ὅταν ἐν τῷ πυρὶ σκότος ἐγγίγνηται, διπλοῦν δὲ ἡνίκ' ἂν φῶς οἰκεῖόν τε καὶ ἀλλότριον περὶ τὰ λαμπρὰ καὶ λεῖα εἰς ἓν συνελθὸν τῆς ἔμπροσθεν εἰωθυίας ὄψεως ἐναντίαν αἴσθησιν παρέχον εἶδος ἀπεργάζηται.

ΘΕΑΙ. Δύο γὰρ οὖν ἐστὶ ταῦτα θείας ἔργα ποιήσεως, αὐτό τε καὶ τὸ παρακολουθοῦν εἴδωλον ἑκάστῳ.

ΞΕ. Τί δὲ τὴν ἡμετέραν τέχνην; ἆρ' οὐκ αὐτὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῇ φήσομεν ποιεῖν, γραφικῇ δέ τιν' ἑτέραν, οἷον ὄναρ ἀνθρώπινον ἐγρηγορόσιν ἀπειργασμένην;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα οὕτω κατὰ δύο διττὰ ἔργα τῆς ἡμετέρας αὖ ποιητικῆς πράξεως, τὸ μὲν αὐτό, φαμέν, αὐτουργική, τὸ δὲ εἴδωλον εἰδωλοποιική.

Ho. Homines utique et animalia cetera, eave ex quibus ista gignuntur, ignis et aqua horumque germana, Dei opera esse cognoscimus. *The.* Nempe. *Ho.* Post haec horum simulacra sequuntur, daemonica quadam machinatione producta. *The.* Qualia? *Ho.* Phantasmata, quae dormientibus occurrunt, quaeve in die per se absque arte videntur, umbra quidem, cum tenebrae igni miscentur: duplex autem, quando lumen proprium et extraneum, circa perspicua leviaque in unum concurrens, sensumque contrarium solitae visionis praebens, speciem efficit. Duo ergo sunt ista divinae effectionis opera, res videlicet singulae, singularumque rerum sequentia simulacra. Ars autem humana architectura domum fabricat, pictura domus imaginem, veluti quoddam humanum insomnium vigilantibus factum. *The.* Nulli dubium. *Ho.* In aliis quoque similiter per duo partiendo, gemina opera effectricis nostrae actionis invenimus: ipsam quippe rem principali facultate, imaginem vero imaginaria facimus.

ΘΕΑΙ. Νῦν μᾶλλον ἔμαθον, καὶ τίθημι δύο διχῇ ποιητικῆς εἴδη· θεία μὲν καὶ ἀνθρωπίνη κατὰ θάτερον τμῆμα, κατὰ δὲ θάτερον τὸ μὲν αὐτῶν ὄν, τὸ δὲ ὁμοιωμάτων τινῶν γέννημα.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν εἰδωλουργικῆς ἀναμνησθῶμεν, ὅτι τὸ μὲν εἰκαστικόν, τὸ δὲ φανταστικὸν ἔμελλεν εἶναι γένος, εἰ τὸ ψεῦδος ὄντως ὂν ψεῦδος καὶ τῶν ὄντων ἕν τι φανείη πεφυκός.

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐφάνη τε καὶ διὰ ταῦτα δὴ καταριθμήσομεν αὐτὼ νῦν ἀναμφισβητήτως εἴδη δύο;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ τοίνυν φανταστικὸν αὖθις διορίζωμεν δίχα;

ΘΕΑΙ. Πῇ; 267

ΞΕ. Τὸ μὲν δι' ὀργάνων γιγνόμενον, τὸ δὲ αὐτοῦ παρέχοντος ἑαυτὸν ὄργανον τοῦ ποιοῦντος τὸ φάντασμα.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Ὅταν, οἶμαι, τὸ σὸν σχῆμά τις τῷ ἑαυτοῦ χρώμενος σώματι προσόμοιον ἢ φωνὴν φωνῇ φαίνεσθαι ποιῇ, μίμησις τοῦτο τῆς φανταστικῆς μάλιστα κέκληταί που.

ΘΕΑΙ. Ναί.

The. Plane iam intelligo, ac duas bifariam pono effectricis species facultatis. Primo siquidem in divinam partior et humanam: deinde in rerum ipsarum imaginumve effectionem. *Ho.* Reminiscamur obsecro duo dixisse nos imaginariae facultatis genera esse oportere, assimilatorium scilicet et phantasticum, si modo aliquid re vera falsum, et falsum unum aliquid eorum, quae sunt, sit futurum. *The.* Dictum certe. *Ho.* Nonne constitit? ideoque nunc ipsi duas sine controversia species annumerabimus? *The.* Sane. *Ho.* Phantasticum itaque rursus in duo secandum. *The.* Quemadmodum? *Ho.* Unum per instrumenta factum; alterum illius, qui sese instrumentum phantasma efficientis exhibet. *The.* Qui istuc ais? *Ho.* Quotiens aliquis figuram tuam usurpans, corpus suum tuo reddit persimile, seu vocem voci, imitatio ista phantastice nuncupatur. *The.* Utique.

εὐήθης αὐτῶν ἐστίν, οἰόμενος εἰδέναι ταῦτα ἃ δοξάζει· τὸ δὲ θατέρου σχῆμα διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις κυλίνδησιν ἔχει πολλὴν ὑποψίαν καὶ φόβον ὡς ἀγνοεῖ ταῦτα ἃ πρὸς τοὺς ἄλλους ὡς εἰδὼς ἐσχημάτισται.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν ἑκατέρου γένους ὧν εἴρηκας.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὸν μὲν ἁπλοῦν μιμητήν τινα, τὸν δὲ εἰρωνικὸν μιμητὴν θήσομεν;

ΘΕΑΙ. Εἰκὸς γοῦν.

ΞΕ. Τούτου δ' αὖ τὸ γένος ἓν ἢ δύο φῶμεν;

ΘΕΑΙ. Ὅρα σύ.

ΞΕ. Σκοπῶ, καί μοι διττὼ καταφαίνεσθόν τινε· τὸν μὲν δημοσίᾳ τε καὶ μακροῖς λόγοις πρὸς πλήθη δυνατὸν εἰρωνεύεσθαι καθορῶ, τὸν δὲ ἰδίᾳ τε καὶ βραχέσι λόγοις ἀναγκάζοντα τὸν προσδιαλεγόμενον ἐναντιολογεῖν αὐτὸν αὑτῷ.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ὀρθότατα.

ΞΕ. Ὅτι τὸ μὲν τῶν ἵππων καὶ ὄνων πέφυκεν ἐξ ἀλλήλων γεννᾶν.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε λοιπὸν ἔτι τῆς λείας ἀγέλης τῶν ἡμέρων ἀμιγὲς γένει πρὸς ἄλληλα.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δ'; ὁ πολιτικὸς ἄρ' ἐπιμέλειαν ἔχειν φαίνεται πότερα κοινογενοῦς φύσεως ἢ τινος ἰδιογενοῦς;

ΝΕ. ΣΩ. Δῆλον ὅτι τῆς ἀμίκτου.

locata est, altera in mutilata parte relicta. *So.* Sic penitus de his dictum est. nam ad sufficientiam ostensa sunt. *Hosp.* Constat utique, regem gregis cuiusdam cornibus mutilati pastorem esse. *So.* Constat sane. *Hosp.* Hanc itaque discerpentes, quod movetur, exhibere illi conemur. *So.* Omnino. *Hosp.* Utrum placet, ipsam in partem iunctis unguibus et partem unguibus scissis dividere? an potius in generationem propriam et communem? Intelligis? *Sd.* Quid? *Hosp.* Quod equorum et asinorum genus inter se promiscue generat. *So.* Nempe. *Hosp.* Reliqua vero domestica et socialis generis animalia sine aliena commixtione propria tantum ex specie procreant. *So.* Perspicuum cuique. *Hosp.* Civilis itaque disciplina numquid promiscuae generationis animalia, an simplicis, curat? *So.* Immixtae ac simplicis procul dubio.

ΞΕ. Ταύτην δὴ δεῖ καθά περ τὰ ἔμπροσθεν, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς δίχα διαστέλλειν.

ΝΕ. ΣΩ. Δεῖ γὰρ οὖν. 26

ΞΕ. Καὶ μὴν τό γε ζῶον, ὅσον ἥμερον καὶ ἀγελαῖον, σχεδὸν πλὴν γενοῖν δυοῖν πᾶν ἤδη κατακεκερμάτισται. τὸ γὰρ τῶν κυνῶν οὐκ ἐπάξιον καταριθμεῖν γένος ὡς ἐν ἀγελαίοις θρέμμασιν.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν. ἀλλὰ τίνι δὴ τὼ δύο διαιροῦμεν;

ΞΕ. Ὧι περ καὶ δίκαιόν γε Θεαίτητόν τε καὶ σὲ διανέμειν, ἐπειδὴ καὶ γεωμετρίας ἅπτεσθον.

ΝΕ. ΣΩ. Τῷ;

ΞΕ. Τῇ διαμέτρῳ δή που καὶ πάλιν τῇ τῆς διαμέτρου διαμέτρῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς εἶπες;

ΞΕ. Ἡ φύσις ἣν τὸ γένος ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων κέκτηται, μῶν ἄλλως πως εἰς τὴν πορείαν πέφυκεν ἢ καθά περ ἡ διάμετρος ἡ δυνάμει δίπους;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκ ἄλλως.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἥ γε τοῦ λοιποῦ γένους πάλιν ἐστὶ κατὰ δύναμιν αὖ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως διάμετρος, εἴ περ δυοῖν γέ ἐστι ποδοῖν δὶς πεφυκυῖα.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὐκ ἔστι; καὶ δὴ καὶ σχεδὸν ὃ βούλει δηλοῦν μανθάνω.

Hosp. Hanc utique animantium naturam, quemadmodum in superioribus hucusque servavimus, gemina per membra secare debemus. *So.* Decet. *Hosp.* Enimvero hoc animantes ferme omnes domesticas conciliabilisque naturae, quas cicures nominant, generibus duobus exceptis, iam discrevimus. genus porro nostrum inter gregabilia pecora numerare non decet. *So.* Non certe. sed quo pacto? *Hosp.* Hoc, inquam, in duo distinguendum, quemadmodum te ac Theaetetum discernere decet, quandoquidem in geometria versati estis: diametro scilicet et diametri rursus diametro. *So.* Qui istuc ais? *Hosp.* Nunquid aliter generis humani conditio ad progressum natura instituta est, quam diameter potentia bipes? *So.* Haud aliter. *Hosp.* Reliqui sane conditio generis rursus secundum potentiam nostrae potentiae est diameter, quippe cum bis duobus sit pedibus constituta. *So.* Nihil obstat, quo minus sit huiusmodi. ac paene iam, quod ostendere vis, intelligo.

ΞΕ. Πρὸς δὴ τούτοις ἕτερον αὖ τι τῶν πρὸς γέλωτα εὐδοκιμησάντων ἄν, ὦ Σώκρατες, ἆρα καθορῶμεν ἡμῖν γεγονὸς ἐν τοῖς διῃρημένοις;

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τἀνθρώπινον ἡμῶν ἅμα γένος ξυνειληχὸς καὶ ξυνδεδραμηκὸς γένει τῷ τῶν ὄντων γενναιοτάτῳ καὶ ἅμα εὐχερεστάτῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Καθορῶ καὶ μάλ' ἀτόπως ξυμβαῖνον.

ΞΕ. Τί δ'; οὐκ εἰκὸς ὕστατα ἀφικνεῖσθαι τὰ βραδύτατα;

ΝΕ. ΣΩ. Ναί, τοῦτό γε.

ΞΕ. Τόδε δὲ οὐκ ἐννοοῦμεν, ὡς ἔτι γελοιότερος ὁ βασιλεὺς φαίνεται μετὰ τῆς ἀγέλης ξυνδιαθέων καὶ ξύνδρομα πεπορευμένος τῷ τῶν ἀνδρῶν αὖ πρὸς τὸν εὐχερῆ βίον ἄριστα γεγυμνασμένῳ;

ΝΕ. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Νῦν γάρ, ὦ Σώκρατες, ἐκεῖνό ἐστι καταφανὲς μᾶλλον τὸ ῥηθὲν τότ' ἐν τῇ περὶ τὸν σοφιστὴν ζητήσει.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι τῇ τοιᾷδε μεθόδῳ τῶν λόγων οὔτε σεμνοτέρου μᾶλλον ἐμέλησεν ἢ μή, τόν τε σμικρότερον οὐδὲν ἠτίμακε πρὸ τοῦ μείζονος, ἀεὶ δὲ καθ' αὑτὴν περαίνει τἀληθέστατον.

Hosp. Cernimus, quid insuper risu dignum, o Socrates, nobis in superiori divisione contigerit? *So.* Quidnam? *Hosp.* Genus hominum una commixtum, concurrensque cum genere generosissimo omnium atque facillimo. *So.* Cerno, et quidem clare, quod sequitur. *Hosp.* An non conveniens est, quae tardissima sunt, novissima pervenire? *So.* Consentaneum. *Hosp.* Istud autem nequaquam advertimus, quod adhuc ridiculosior rex apparet, una cum grege discurrens, cursumque cum illo peragens, qui optime hominum omnium est ad vitae facilitatem exercitatus? *So.* Omnino quidem. *Hosp.* Nunc illud liquido patet, o Socrates, quod in Sophistae inquisitione est dictum. *So.* Quid istud? *Hosp.* Quod in huiuscemodi processu sermonum de puriori magis quam impuriori curavit nihil, brevioremque ante longiorem minime sprevit: semper autem per illum, quod est verissimum, transigit.

ΝΕ. ΣΩ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, ἵνα μή με φθῇς ἐρωτήσας τὴν βραχυτέραν ὁδὸν ἥ τις τότε ἦν ἐπὶ τὸν τοῦ βασιλέως ὅρον, αὐτός σοι πρότερον ἔλθω;

ΝΕ. ΣΩ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Λέγω δὴ δεῖν τότε εὐθὺς τὸ πεζὸν τῷ δίποδι πρὸς τετράπουν γένος διανεῖμαι, κατιδόντα δὲ τἀνθρώπινον ἔτι μόνῳ τῷ πτηνῷ ξυνειληχὸς τὴν δίποδα ἀγέλην πάλιν τῷ ψιλῷ καὶ τῷ πτεροφυεῖ τέμνειν, τμηθείσης δὲ αὐτῆς καὶ τότ' ἤδη τῆς ἀνθρωπονομικῆς δηλωθείσης τέχνης φέροντα τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλικόν, οἷον ἡνίοχον εἰς αὐτὴν ἐνστήσαντα, παραδοῦναι τὰς τῆς πόλεως ἡνίας, ὡς οἰκείας καὶ αὐτῷ ταύτης οὔσης τῆς ἐπιστήμης.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέος ἀποδέδωκάς 267
μοι τὸν λόγον, προσθεὶς τὴν ἐκτροπὴν οἷον τόκον καὶ ἀναπληρώσας αὐτόν.

ΞΕ. Φέρε δή, καὶ ξυνείρωμεν ἐπανελθόντες ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μέχρι τῆς τελευτῆς τὸν λόγον τοῦ ὀνόματος τῆς τοῦ πολιτικοῦ τέχνης.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τῆς γνωστικῆς τοίνυν ἐπιστήμης ἡμῖν ἦν κατ' ἀρχὰς μέρος ἐπιτακτικόν· τούτου δὲ ἀπεικασθὲν

So. Videtur. *Hosp.* Post hoc ne me praevenias, de via ad regis terminum breviori percontans: ego prior ingredior. *So.* Omnino. *Hosp.* Dico igitur, oportuisse supra gressibile animal in bipes et quadrupes distribuere: cum vero homo tunc cum solo volatili restaret comprehensus, rursus genus ipsum bipes in nudum animal pennigerumve dividere: hac deinde distinctione subiuncta, arteque hominum nutrice et conservatrice monstrata, civilem iam et regium virum ipsi instar aurigae praeficere, eique civitatis habenas gubernaculaque tribuere, quasi scientia haec illius sit propria. *So.* Optime quidem, et tanquam debitum sermonem mihi reddidisti, digressione ipsa foenoris loco proposita ac penitus adimpleta. *Hosp.* Age itaque, a principio ad finem sermonem de civilis artis nomine colligamus. *So.* Prorsus. *Hosp.* Scientiae illius, quae in contemplando versatur, pars una erat imperandi peritia: huius pars

τὸ μόριον αὐτεπιτακτικὸν ἐῤῥήθη. ζωοτροφικὴ δὲ πάλιν αὐτεπιτακτικῆς οὐ τὸ σμικρότατον τῶν γενῶν ἀπεσχίζετο· καὶ ζωοτροφικῆς εἶδος ἀγελαιοτροφικόν, ἀγελαιοτροφικοῦ δ' αὖ πεζονομικόν. τοῦ δὲ πεζονομικοῦ μάλιστα ἀπετέμνετο τέχνη τῆς ἀκεράτου φύσεως θρεπτική. ταύτης δ' αὖ τὸ μέρος οὐκ ἔλαττον τριπλοῦ συμπλέκειν ἀναγκαῖον, ἂν εἰς ἕν τις αὐτὸ ὄνομα ξυναγαγεῖν βουληθῇ, γενέσεως ἀμίκτου νομευτικὴν ἐπιστήμην προςαγορεύων. τὸ δ' ἀπὸ τούτου τμῆμα, ἐπὶ ποίμνῃ δίποδι μέρος ἀνθρωπονομικὸν ἔτι λειφθὲν μόνον, τοῦτ' αὐτό ἐστιν ἤδη τὸ ζητηθέν, ἅμα βασιλικὸν ταὐτὸ κληθὲν καὶ πολιτικόν.

ΝΕ. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρά γ', ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς ἡμῖν τοῦτο, καθάπερ σὺ νῦν εἴρηκας, οὕτως ἐστὶ καὶ πεπραγμένον;

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τὸ παντάπασιν ἱκανῶς εἰρῆσθαι τὸ προτεθέν. ἢ τοῦτ' αὐτὸ καὶ μάλιστα ἡ ζήτησις ἐλλείπει, τὸ τὸν λόγον εἰρῆσθαι μέν πως, οὐ μὴν παντάπασί γε τελέως ἀπειργάσθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς εἶπες;

ΞΕ. Ἐγὼ νῷν πειράσομαι τοῦτ' αὐτὸ ὃ διανοοῦμαι, νῦν ἔτι μᾶλλον δηλῶσαι.

facultas illa, quae per se suaque sponte imperat: cuius membrum haud sane exiguum animalium enutritio: huius item, gregis alimonia: quam animalium gradientium alimonia dividit: ab ea species illa selecta est, quae animalia cornibus carentia pascit. Eius praeterea partem, nequaquam minorem triplicem, complicare necesse est, si quis uno nomine comprehendere eam velit, scientiam appellans generationis circa mixtam pastoris custodiam. Cuius portio, in grege bipedi homines dumtaxat pascens, illa ipsa quam quaerimus, imperatoria facultas est, quam regiam et civilem pariter nominamus. *So.* Prorsus. *Hosp.* Nunquid re vera, ut ais, o Socrates, a nobis actum est? *So.* Qua de re? *Hosp.* Utrum quod proposuimus, sufficienter sit absolutum? an in quaestione hoc maxime praetermissum, quod descripsimus quodammodo, nondum tamen penitus definivimus? *So.* Quamobrem istud ais? *Hosp.* Conabor, quod sentio, planius explicare.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΞΕ. Οὐκοῦν τῶν νομευτικῶν ἡμῖν πολλῶν φανεισῶν ἄρτι τεχνῶν μία τις ἦν ἡ πολιτικὴ καὶ μιᾶς τινὸς ἀγέλης ἐπιμέλεια;

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Ταύτην δέ γε διώριζεν ὁ λόγος οὐχ ἵππων εἶναι τροφὸν οὐδ' ἄλλων θηρίων, ἀλλ' ἀνθρώπων κοινοτροφικὴν ἐπιστήμην.

ΝΕ. ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Τὸ δὴ τῶν νομέων πάντων διάφορον καὶ τὸ τῶν βασιλέων θεασώμεθα.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἴ τις τῶν ἄλλων τὸ τέχνης ἄλλης ὄνομα ἔχων κοινῇ τῆς ἀγέλης ξύντροφος εἶναι φησὶ καὶ προσποιεῖται.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Οἷον οἱ ἔμποροι καὶ γεωργοὶ καὶ σιτουργοὶ πάντες, καὶ πρὸς τούτοις γυμνασταὶ καὶ τὸ τῶν ἰατρῶν γένος, οἶσθ' ὅτι τοῖς περὶ τἀνθρώπινα νομεῦσιν, οὓς πολιτικοὺς ἐκαλέσαμεν, παντάπασι τῷ λόγῳ διαμά-
χοιντ' ἂν οὗτοι σύμπαντες, ὡς σφεῖς τῆς τροφῆς ἐπι- 268
μελοῦνται τῆς ἀνθρωπίνης, οὐ μόνον ἀγελαίων ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων αὐτῶν;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ἂν λέγοιεν;

So. Dic iam. *Hosp.* Cum multas pastorum facultates esse constiterit, una quaedam illarum uniusque custodia gregis civilis ipsa disciplina visa est. *So.* Profecto. *Hosp.* Hanc neque equorum neque aliorum etiam brutorum, sed hominum tantum communem esse nutritionem ostendimus. *So.* Id quoque. *Hosp.* Pastorum itaque omnium et regum differentiam propriam videamus. *So.* Quam? *Hosp.* Si quis forte ex aliis alterius artis nomen habens, communem gregis nutritionem sibi vendicet, quid dicendum? *So.* Qua ratione inquis? *Hosp.* Perinde, inquam, ac si mercatores, agricultores et coqui, gymnastici insuper ac medici adversus pastores, quos politicos appellavimus, surgerent, assererentque se esse pastores hominum: quippe cum ipsi victum non plebi solum, verum etiam regibus magistratibusque suppeditent. *So.* An non vera dicerent?

ΞΕ. Ἴσως. καὶ τοῦτο μὲν ἐπισκεψόμεθα, τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι βουκόλῳ γε οὐδεὶς ἀμφισβητήσει περὶ τούτων οὐδενός, ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ βουφορβός, αὐτὸς ἰατρός, αὐτὸς οἷον νυμφευτὴς καὶ περὶ τοὺς τῶν γιγνομένων τόκους καὶ λοχείας μόνος ἐπιστήμων τῆς μαιευτικῆς. ἔτι τοίνυν παιδιᾶς καὶ μουσικῆς ἐφ' ὅσον αὐτοῦ τὰ θρέμματα φύσει μετείληφεν, οὐκ ἄλλος κρείττων παραμυθεῖσθαι καὶ κηλῶν πραΰνειν, μετά τε ὀργάνων καὶ ψιλῷ τῷ στόματι τὴν τῆς αὐτοῦ ποίμνης ἄριστα μεταχειριζόμενος μουσικήν. καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων πέρι νομέων ὁ αὐτὸς τρόπος. ἢ γάρ;

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἡμῖν ὁ λόγος ὀρθὸς φανεῖται καὶ ἀκέραιος ὁ περὶ τοῦ βασιλέως, ὅταν αὐτὸν νομέα καὶ τροφὸν ἀγέλης ἀνθρωπίνης θῶμεν μόνον ἐκκρίνοντες μυρίων ἄλλων ἀμφισβητούντων;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐφοβήθημεν ὑποπτεύσαντες μὴ λέγοντες μέν τι τυγχάνοιμεν σχῆμα βασιλικόν, οὐ μὴν ἀπειργασμένοι γε εἰμέν πω δι' ἀκριβείας τὸν πολιτικόν, ἕως ἂν τοὺς περικεχυμένους αὐτῷ καὶ τῆς συννομῆς αὐτῷ ἀντιποιουμένους περιελόντες

Hosp. Forte. et hoc utique consideremus. illud autem scimus, quod cum bubulco de his nemo certaret, sed ipse sine controversia armenti pastor est, qui boves curat, ipse medicus, ipse coniugiorum auctor partusque cuiuslibet adiutor et educator. Praeterea nemo melius iocis et musica armentum, quantum natura horum capax est, oblectat, trahit et mulcet, organis atque ore gregis sui musicam tractans. Eademque est de ceteris pastoribus ratio. nonne? *So.* Maxime. *Hosp.* Quo pacto igitur sermo ille de rege rectus integerque videtur, quando pastorem illum et nutritorem humani gregis ponimus, solum ipsum ab aliis secernentes, cum alii multi de hoc ipso contendant? *So.* Nullo modo. *Hosp.* An non merito paulo ante dubitavimus, quando suspicati sumus, ne figuram quandam regis dumtaxat induceremus, nondum tamen civilem ipsum perfecte definiremus, nisi prius illos, qui cum eo sese implicant et pastores esse ut ille profiteutur, comprehendamus, et ab

καὶ χωρίσαντες ἀπ' ἐκείνων καθαρὸν μόνον αὐτὸν ἀποφήνωμεν;

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Τοῦτο τοίνυν, ὦ Σώκρατες, ἡμῖν ποιητέον, εἰ μὴ μέλλοιμεν ἐπὶ τῷ τέλει καταισχῦναι τὸν λόγον.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδαμῶς τοῦτό γε δραστέον.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἐξ ἄλλης ἀρχῆς δεῖ καθ' ἑτέραν ὁδὸν πορευθῆναί τινα.

ΝΕ. ΣΩ. Ποίαν δή;

ΞΕ. Σχεδὸν παιδιὰν ἐγκερασαμένους· συχνῷ γὰρ μέρει δεῖ μεγάλου μύθου προςχρήσασθαι, καὶ τὸ λοιπὸν δή, καθά περ ἐν τοῖς πρόσθεν, μέρος ἀεὶ μέρους ἀφαιρουμένους ἐπ' ἄκρον ἀφικνεῖσθαι τὸ ζητούμενον. οὐκοῦν χρή;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ δὴ τῷ μύθῳ μου πάνυ πρόςεχε τὸν νοῦν, καθά περ οἱ παῖδες· πάντως οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδιᾶς ἔτη.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΞΕ. Ἦν τοίνυν καὶ ἔτι ἔσται τῶν πάλαι λεχθέντων πολλά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν Ἀτρέως τε καὶ Θυέστου λεχθεῖσαν ἔριν φάσμα. ἀκήκοας γάρ που καὶ ἀπομνημονεύεις ὅ φασι γενέσθαι τότε.

illis regem secernentes, purum illum penitus ostendamus. *So.* Recte nimium. *Hosp.* Hoc igitur nobis, o Socrates, agendum est, nisi velimus in fine sermonis infamiam reportare. *So.* Ab hoc prorsus est declinandum. *Hosp.* Rursus ab alio principio, alia quadam via incedendum est. *So.* Qua? *Hosp.* Iocum quendam interserere his oportet, magnaque parte prolixae fabulae uti, et quod restat, ut supra fecimus, exsequi, partem semper partis subdividendo, atque ita ad summum, quod est quaesitum, deducere. *So.* Oportet sane. *Hosp.* Sed iam fabulae meae, ut pueri solent, arrectis auribus adsta. neque enim a puerilibus annis procul abes. *So.* Dic, amabo. *Hosp.* Erat olim et adhuc erit multa vetustarum rerum memoria, et inter cetera memorabile monstrum, quod circa Atrei Thyestisque litem refertur. Audisti namque ac meministi, quod tunc accidisse tradunt.

269 ΝΕ. ΣΩ. Τὸ περὶ τῆς χρυσῆς ἀρνὸς ἴσως σημεῖον φράζεις.

ΞΕ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ περὶ τῆς μεταβολῆς δύσεώς τε καὶ ἀνατολῆς ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, ὡς ἄρα ὅθεν μὲν ἀνατέλλει νῦν, εἰς τοῦτον τότε τὸν τόπον ἐδύετο, ἀνέτελλε δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου, τότε δὲ δὴ μαρτυρήσας ἄρα ὁ θεὸς Ἀτρεῖ μετέβαλεν αὐτὸ ἐπὶ τὸ νῦν σχῆμα.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγεται γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ καὶ τήν γε βασιλείαν ἣν ἦρξε Κρόνος πολλῶν ἀκηκόαμεν.

ΝΕ. ΣΩ. Πλείστων μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ τοὺς ἔμπροσθεν φύεσθαι γηγενεῖς καὶ μὴ ἐξ ἀλλήλων γεννᾶσθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ τοῦτο ἓν τῶν πάλαι λεχθέντων.

ΞΕ. Ταῦτα τοίνυν ἔστι μὲν ξύμπαντα ἐκ ταὐτοῦ πάθους, καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα μυρία καὶ τούτων ἔτι θαυμαστότερα, διὰ δὲ χρόνου πλῆθος τὰ μὲν αὐτῶν ἀπέσβηκε, τὰ δὲ διεσπαρμένα εἴρηται χωρὶς ἕκαστα ἀπ' ἀλλήλων. ὃ δ' ἐστὶ πᾶσι τούτοις αἴτιον τὸ πάθος, οὐδεὶς εἴρηκε, νῦν δὲ δὴ λεκτέον· εἰς γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως ἀπόδειξιν πρέψει ῥηθέν.

ΝΕ. ΣΩ. Κάλλιστ' εἶπες, καὶ λέγε μηδὲν ἐλλείπων.

So. Nunquid aureae agnae ostentum dicis? *Hosp.* Nequaquam: sed de ortus solis occasusque et aliarum stellarum mutatione. unde enim nunc exoriuntur, tunc occidebant, et contra exoriebantur. Tunc vero Deus testimonium praebens Atreo, in hanc coelum figuram mutavit. *So.* Fertur et hoc. *Hosp.* Quin etiam e multis Saturni regnum audivimus. *So.* Ex plurimis certe. *Hosp.* Quid vero? nonne priscos illos ex terra procreari, non ex se invicem nasci? *So.* Hoc quoque in antiquis rebus commemoratur. *Hosp.* Cuncta haec ab eadem passione proficiscuntur, et alia praeter haec permulta, his longe mirabiliora: verum longitudine temporis partim memoria deleta sunt, partim absque ordinis serie sparsim circumferuntur. Passionem vero illam, quae horum omnium causa est, nemo utique dixit. nunc autem dicenda est: nam ad regis ostensionem confert. *So.* Praeclare loqueris. referas ergo, neque aliquid praetermittas.

ΞΕ. Ἀκούοις ἄν. τὸ γὰρ πᾶν τόδε τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς ξυμποδηγεῖ πορευόμενον καὶ συγκυκλεῖ, τοτὲ δ' ἀνῆκεν, ὅταν αἱ περίοδοι τοῦ προσήκοντος αὐτῷ μέτρον εἰλήφωσιν ἤδη χρόνου, τὸ δὲ πάλιν αὐτόματον εἰς τἀναντία περιάγεται, ζῶον ὂν καὶ φρόνησιν εἰληχὸς ἐκ τοῦ συναρμόσαντος αὐτὸ κατ' ἀρχάς. τοῦτο δὲ αὐτῷ τὸ ἀνάπαλιν ἰέναι διὰ τόδ' ἐξ ἀνάγκης ἔμφυτον γέγονεν.

ΝΕ. ΣΩ. Διὰ τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν ἀεὶ καὶ ταὐτὸν εἶναι τοῖς πάντων θειοτάτοις προσήκει μόνοις, σώματος δὲ φύσις οὐ ταύτης τῆς τάξεως. ὃν δὲ οὐρανὸν καὶ κόσμον ἐπωνομάκαμεν, πολλῶν μὲν καὶ μακαρίων παρὰ τοῦ γεννήσαντος μετείληφεν, ἀτὰρ οὖν δὴ κεκοινώνηκέ γε καὶ σώματος. ὅθεν αὐτῷ μεταβολῆς ἀμοίρῳ γίγνεσθαι διὰ παντὸς ἀδύνατον, κατὰ δύναμίν γε μὴν ὅτι μάλιστα ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ ταὐτὰ μίαν φορὰν κινεῖται· διὸ τὴν ἀνακύκλησιν εἴληχεν, ὅτι σμικροτάτην τῆς αὐτοῦ κινήσεως παράλλαξιν. αὐτὸ δὲ ἑαυτὸ στρέφειν ἀεὶ σχεδὸν οὐδενὶ δυνατὸν πλὴν τῷ τῶν κινουμένων αὖ πάντων ἡγουμένῳ. κινεῖν δὲ τούτῳ τοτὲ μὲν ἄλλως, αὖθις δὲ ἐναντίως οὐ θέμις. ἐκ πάν-

Hosp. Audi iam. Universum hoc alias Deus ipse regit, agitat atque rotat: alias vero dimittit, cum mundi circuitus competentia sibi curricula temporis expleverunt. Tunc sane mundus ultro ac libero motu contra reflectitur: nam et vivit, et sapientiam ab eo, qui ab initio construxit illum, est sortitus. Circuitus autem necessario ipsi hanc ob causam innatus est. *So.* Quam ob causam inquis? *Hosp.* Idem esse semper et secundum eadem et eodem se modo habere solis omnium divinissimis convenit: corporis autem natura huius ordinis non est compos. Ceterum id omne, quod coelum mundumque vocavimus, multa quidem et felicia munera a genitore suscepit, corporis tamen particeps; quocirca expers omnino mutationis cuiuslibet esse non potuit: attamen, quoad fieri potest, in eodem et secundum eadem et uno motu movetur. quapropter circuitum est adeptum, in quo minima agitationis suae fit permutatio. Se ipsum autem convertere semper ferme nihil potest, praeter id, quod rursus agitatis omnibus praestat. Movere autem id alias aliter rursusque contrario modo nefas est. Ex his

των δὴ τούτων τὸν κόσμον μήτε αὐτὸν χρὴ φάναι στρέφειν ἑαυτὸν ἀεί, μήτ' αὖ ὅλον ἀεὶ ὑπὸ θεοῦ στρέφεσθαι διττὰς καὶ ἐναντίας περιαγωγάς, μήτ' αὖ δύο
270 τινὲ θεὼ φρονοῦντε ἑαυτοῖς ἐναντία στρέφειν αὐτόν, ἀλλ' ὅ περ ἄρτι ἐῤῥήθη καὶ μόνον λοιπόν, τοτὲ μὲν ὑπ' ἄλλης συμποδηγεῖσθαι θείας αἰτίας, τὸ ζῆν πάλιν ἐπικτώμενον καὶ λαμβάνοντα ἀθανασίαν ἐπισκευαστὴν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, τοτὲ δ' ὅταν ἀνεθῇ, δι' ἑαυτὸν αὐτὸν ἰέναι κατὰ καιρόν, ἀφεθέντα τοιοῦτον ὥςτε ἀνάπαλιν πορεύεσθαι πολλὰς περιόδων μυριάδας διὰ τὸ μέγιστον ὂν καὶ ἰσοῤῥοπώτατον ἐπὶ σμικροτάτου βαῖνον ποδὸς ἰέναι.

ΝΕ. ΣΩ. Φαίνεταί γ' οὖν δὴ καὶ μάλα εἰκότως εἰρῆσθαι πάνθ' ὅσα διελήλυθας.

ΞΕ. Λογισάμενοι δὴ ξυννοήσωμεν τὸ πάθος ἐκ τῶν νῦν λεχθέντων, ὃ πάντων ἔφαμεν εἶναι τῶν θαυμαστῶν αἴτιον. ἔστι γὰρ οὖν δὴ τοῦτ' αὐτό.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ τὴν τοῦ παντὸς φορὰν τοτὲ μὲν ἐφ' ἃ νῦν κυκλεῖται φέρεσθαι, τοτὲ δ' ἐπὶ τἀναντία.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δή;

ΞΕ. Ταύτην τὴν μεταβολὴν ἡγεῖσθαι δεῖ τῶν περὶ

omnibus dicendum est, mundum neque se ipsum convertere semper, neque totum semper gemino contrarioque circuitu ab ipso Deo reflecti, neque rursus duos deos contrariis sententiis ipsum vertere. Solum vero, quod nuper diximus, restat, alias ab alia quadam divina vi duci, vitamque rursus extrinsecus venientem et immortalitatem ab opifice suo praeparatam suscipere: alias autem, quando dimissus recurrit, per se ipsum currere: tali pro tempore missum adeo ut retrogradus multa revolutionum millia peragat, quia et maximus est et undique penitus aequilibris et minimo quodam cardine revolutus. *So.* Verisimilia valde ista videntur. *Hosp.* Ex his, quae dicta sunt, ratiocinantes passionem illam consideremus, quam omnium esse diximus mirabilium causam. Est autem huiusmodi quaedam. *So.* Qualis? *Hosp.* Quod totius mundi machina tum ita ut nunc, tum contra, revolvitur. *So.* Quo pacto? *Hosp.* Mutationem hanc existimare oportet omnium coelestium alter-

τὸν οὐρανὸν γιγνομένων τροπῶν πασῶν εἶναι μεγίστην καὶ τελεωτάτην τροπήν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἔοικε γοῦν.

ΞΕ. Μεγίστας τοίνυν καὶ μεταβολὰς χρὴ νομίζειν γίγνεσθαι τότε τοῖς ἐντὸς ἡμῖν οἰκοῦσιν αὐτοῦ.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ τοῦτο εἰκός.

ΞΕ. Μεταβολὰς δὲ μεγάλας καὶ πολλὰς καὶ παντοίας συμφερομένας ἆρ' οὐκ ἴσμεν τὴν τῶν ζώων φύσιν ὅτι χαλεπῶς ἀνέχεται;

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Φθοραὶ τοίνυν ἐξ ἀνάγκης τότε μέγισται συμβαίνουσι τῶν τε ἄλλων ζώων, καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὀλίγον τι περιλείπεται. περὶ δὲ τούτους ἄλλα τε παθήματα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ καὶ καινὰ συμπίπτει, μέγιστον δὲ τόδε καὶ ξυνεπόμενον τῇ τοῦ παντὸς ἀνειλίξει, τότε ὅταν ἡ τῆς νῦν καθεστηκυίας ἐναντία γίγνηται τροπή.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἣν ἡλικίαν ἕκαστον εἶχε τῶν ζώων, αὕτη πρῶτον μὲν ἔστη πάντων, καὶ ἐπαύσατο πᾶν ὅσον ἦν θνητὸν ἐπὶ τὸ γεραίτερον ἰδεῖν πορευόμενον, μεταβάλλον δὲ πάλιν ἐπὶ τοὐναντίον οἷον νεώτερον καὶ ἁπαλώτερον ἐφύετο. καὶ τῶν μὲν πρεσβυτέρων αἱ λευ-

nationum maximam extremamque esse. *So.* Videtur. *Hosp.* Quamobrem consentaneum est, tunc maximas circa nos intra mundum viventes mutationes fieri. *So.* Verisimile id quoque. *Hosp.* Neque vero nos latet, quam aegre et difficile toleret animantium natura magnas, multas et omnigenas mutationes. *So.* Constat. *Hosp.* Ergo animalia multa tunc intereunt, hominesque supersunt perpauci. Hi vero multis novisque et mirabilibus passionibus tunc afficiuntur. Id autem contingit omnium maximum, sequiturque continuo revolutionem illam, qua coelum contra quam nunc reflectitur. *So.* Quidnam? *Hosp.* Principio in quacunque aetate quodvis animal est constitutum, in eadem progredi cessat, neque fit senius ultra mortalium aliquod: sed in figuram transit contrariam, junioremque et molliorem habitum induit: seniorumque cani capilli nigrescunt et

καὶ τρίχες ἐμελαίνοντο, τῶν δ' αὖ γενειώντων αἱ παρειαὶ λεαινόμεναι πάλιν ἐπὶ τὴν παρελθοῦσαν ὥραν ἕκαστον καθίστασαν, τῶν δὲ ἡβώντων τὰ σώματα λεαινόμενα καὶ σμικρότερα καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα ἑκάστην γιγνόμενα πάλιν εἰς τὴν τοῦ νεογενοῦς παιδὸς φύσιν ἀπῄει, κατά τε τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἀφομοιούμενα· τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤδη μαραινόμενα κομιδῇ τὸ πάμπαν ἐξηφανίζετο. τῶν δ' αὖ βιαίως τελευτώντων ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὸ τοῦ νεκροῦ σῶμα ταὐτὰ ταῦτα πάσχον παθήματα διὰ τάχους ἄδηλον ἐν ὀλίγαις ἡμέραις διεφθείρετο.

271 ΝΕ. ΣΩ. Γένεσις δὲ δὴ τίς τότ' ἦν, ὦ ξένε, ζώων; καὶ τίνα τρόπον ἐξ ἀλλήλων ἐγεννῶντο;

ΞΕ. Δῆλον, ὦ Σώκρατες, ὅτι τὸ μὲν ἐξ ἀλλήλων οὐκ ἦν ἐν τῇ τότε φύσει γεννώμενον, τὸ δὲ γηγενὲς εἶναί ποτε γένος λεχθέν, τοῦτ' ἦν τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκ γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον, ἀπεμνημονεύετο δὲ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων τῶν πρώτων, οἳ τελευτώσῃ μὲν τῇ προτέρᾳ περιφορᾷ τὸν ἑξῆς χρόνον ἐγειτόνουν, τῆσδε δὲ κατ' ἀρχὰς ἐφύοντο· τούτων γὰρ οὗτοι κήρυκες ἐγένονθ' ἡμῖν τῶν λόγων, οἳ νῦν ὑπὸ πολλῶν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστοῦνται. τὸ γὰρ ἐντεῦθεν, οἶ-

quibus genae barbatae prius erant, iam barba deposita in priorem speciem restituuntur. Pubescentium quoque corpora pilis positis mollescunt, sensimque singulis diebus et noctibus decrescentia in puelli naturam redeunt: atque in his tam animae quam corpora habitum subeunt puerorum: demum tabescentia deficiunt et intereunt. Cadavera praeterea illorum, qui coelestis mutatione vertiginis subito corruerunt, idem patiuntur, et simili retrogressione clam ac brevi putrescunt. *So.* Quae tunc erat, Hospes, animalium generatio? quove modo ex se invicem generabantur? *Hosp.* Constat, o Socrates, illis temporibus invicem genus suum non propagasse. Quod autem dicitur quandoque genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit rursus ex terra conversum. Tradiderunt haec nobis primi illi progenitores, qui statim post primam revolutionem orti sunt. hi sane horum testes sermonum praeconesque fuerunt, qui minime vulgo creduntur, cum tamen credendi sint. Quod vero hinc

μαι, χρὴ ξυννοεῖν. ἑχόμενον γάρ ἐστι τῷ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δὲ ἐν γῇ πάλιν ἐκεῖ ξυνισταμένους καὶ ἀναβιωσκομένους ἕπεσθαι τῇ τροπῇ συναναχυκλουμένης εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως, καὶ γηγενεῖς δὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξ ἀνάγκης φυομένους οὕτως ἔχειν τοὔνομα καὶ τὸν λόγον, ὅσους μὴ θεὸς αὐτῶν εἰς ἄλλην μοῖραν ἐκόμισεν.

ΝΕ. ΣΩ. Κομιδῇ μὲν οὖν τοῦτό γε ἕπεται τοῖς ἔμπροσθεν. ἀλλὰ δὴ τὸν βίον ὃν ἐπὶ τῆς Κρόνου φῂς εἶναι δυνάμεως, πότερον ἐν ἐκείναις ἦν ταῖς τροπαῖς ἢ ἐν ταῖσδε; τὴν μὲν γὰρ τῶν ἄστρων τε καὶ ἡλίου μεταβολὴν δῆλον ὡς ἐν ἑκατέραις συμπίπτει ταῖς τροπαῖς γίγνεσθαι.

ΞΕ. Καλῶς τῷ λόγῳ συμπαρηκολούθηκας. ὃ δ' ἤρου περὶ τοῦ πάντα αὐτόματα γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἥκιστα τῆς νῦν ἐστὶ καθεστηκυίας φορᾶς, ἀλλ' ἦν καὶ τοῦτο τῆς ἔμπροσθεν. τότε γὰρ αὐτῆς πρῶτον τῆς κυκλήσεως ἦρχεν ἐπιμελούμενος ὅλης ὁ θεός, ὡς νῦν κατὰ τόπους ταὐτὸν τοῦτο ὑπὸ θεῶν ἀρχόντων πάντῃ τὰ τοῦ κόσμου μέρη διειλημμένα. καὶ δὴ καὶ τὰ ζῶα κατὰ γένη καὶ ἀγέλας οἷον νομῆς θεῖοι διειλήφεσαν

sequitur, animadvertendum arbitror. huic enim quod dicitur, senes in naturam regredi puerorum, consonum est, ex mortuis, terraque reconditis, iterum ibi restitutos reviviscentesque sequi vertiginem, generatione in contrarium revoluta: ac terrigenas hac ratione necessario renascentes, sic nomine et sermone vocari, quotcunque Deus ipsorum in aliam sortem non transtulit vel exornavit. *So.* Hoc profecto e superioribus sequitur. Verum vita, quam sub Saturni regno esse dicis, utrum sub illis coeli conversionibus, an sub his exstitit? Mutationem quippe solis reliquarumque stellarum in utrisque volutionibus contingere certum est. *Hosp.* Optime sermonem secutus es. Quod autem quaerebas, sponte omnia hominibus nasci, praesenti conversioni minime competit, sed superiori potius competebat. Tunc sane totius circuitus princeps curatorque primum Deus exstitit: ut nunc per varias mundi plagas singulae ipsius partes a diis principibus distributae sunt. Animalium quoque genera gregatim distincta daemones tanquam divini

δαίμονες, αὐτάρκης εἰς πάντα ἕκαστος ἑκάστοις ὢν οἷς αὐτὸς ἔνεμεν, ὥστε οὔτ' ἄγριον ἦν οὐδὲν οὔτε ἀλλήλων ἐδωδαί, πόλεμός τε οὐκ ἐνῆν οὐδὲ στάσις τὸ παράπαν· ἄλλα θ' ὅσα τῆς τοιαύτης ἐστὶ κατακοσμήσεως ἑπόμενα, μυρί' ἂν εἴη λέγειν. τὸ δ' οὖν τῶν ἀνθρώπων λεχθὲν αὐτομάτου πέρι βίου διὰ τὸ τοιόνδε εἴρηται. θεὸς ἔνεμεν αὐτοὺς αὐτὸς ἐπιστατῶν, καθάπερ νῦν ἄνθρωποι, ζῶον ὂν ἕτερον θειότερον, ἄλλα γένη φαυλότερα αὐτῶν νομεύουσι. νέμοντος δὲ ἐκείνου
272 πολιτεῖαί τε οὐκ ἦσαν οὐδὲ κτήσεις γυναικῶν καὶ παίδων· ἐκ γῆς γὰρ ἀνεβιώσκοντο πάντες, οὐδὲν μεμνημένοι τῶν πρόσθεν· ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπῆν πάντα, καρποὺς δὲ ἀφθόνους εἶχον ἀπό τε δένδρων καὶ πολλῆς ὕλης ἄλλης, οὐχ ὑπὸ γεωργίας φυομένους, ἀλλ' αὐτομάτης ἀναδιδούσης τῆς γῆς. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο· τὸ γὰρ τῶν ὡρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο, μαλακὰς δὲ εὐνὰς εἶχον ἀναφυομένης ἐκ γῆς πόας ἀφθόνου. τὸν δὴ βίον, ὦ Σώκρατες, ἀκούεις μὲν τὸν τῶν ἐπὶ Κρόνου· τόνδε δ' ὃν λόγος ἐπὶ Διὸς εἶναι, τὸν νυνὶ παρὼν αὐτὸς

pastores sortiti sunt: quorum quisque sufficiens erat ad omnia praebenda singulis, quibus praeerat ipse. Quamobrem nihil erat agreste, omnisque rapacitas et vorago procul aberat: aberat bellum penitus atque seditio: cetera insuper, quae conditionem illorum temporum sequebantur, innumerabilia sunt. Quod vero de victus facilitate et libertate vitae fertur, ob id est dictum, quod Deus eos pascebat, ipse illorum pastor et custos: quemadmodum homines nunc, quorum natura divinior, brutorum pastores sunt. Deo itaque custodiente civitatum constitutiones nullae erant, neque marium feminarumque ad filios procreandos coniugia. Omnes enim ex terra reviviscebant, rerum praeteritarum immemores. aberant autem eiuscemodi omnia. fructus vero illis et poma et fruges abunde arbores et fertile solum sponte sua absque agriculturae opera suggerebant. Nudi quin etiam et expediti et errabundi ut plurimum pascebantur. Nam temperies illis innoxia, mollia quoque passim parata cubilia, quamplurimis ex terra herbis repullulantibus. Vitam, o Socrates, hominum sub Saturno viventium audis: hanc vero, quam Iovis esse tradunt, praesens

ᾔσθησαι. κρῖναι δ' αὐτοῖν τὸν εὐδαιμονέστερον ἆρ' ἂν δύναιό τε καὶ ἐθελήσειας;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Βούλει δῆτα ἐγώ σοι τρόπον τινὰ διακρίνω;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Εἰ μὲν τοίνυν οἱ τρόφιμοι τοῦ Κρόνου, παρούσης αὐτοῖς οὕτω πολλῆς σχολῆς καὶ δυνάμεως πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι συγγίγνεσθαι, κατεχρῶντο τούτοις σύμπασιν ἐπὶ φιλοσοφίαν, μετά τε θηρίων καὶ μετ' ἀλλήλων ὁμιλοῦντες, καὶ πυνθανόμενοι παρὰ πάσης φύσεως εἴ τινά τις ἰδίαν δύναμιν ἔχουσα ᾔσθετό τι διάφορον τῶν ἄλλων εἰς συναγυρμὸν φρονήσεως, εὔκριτον ὅτι τῶν νῦν οἱ τότε μυρίῳ πρὸς εὐδαιμονίαν διέφερον. εἰ δὲ ἐμπιπλάμενοι σίτων ἅδην καὶ ποτῶν διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ θηρία μύθους οἷοι δὴ καὶ τὰ νῦν περὶ αὐτῶν λέγονται, καὶ τοῦτο, ὥς γε κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν ἀποφήνασθαι, καὶ μάλ' εὔκριτον. ὅμως δ' οὖν ταῦτα μὲν ἀφῶμεν, ἕως ἂν ἡμῖν μηνυτής τις ἱκανὸς φανῇ, ποτέρως οἱ τότε τὰς ἐπιθυμίας εἶχον περί τε ἐπιστημῶν καὶ τῆς τῶν λόγων χρείας· οὗ δ' ἕνεκα τὸν μῦθον ἠγείραμεν, τοῦτο λεκτέον, ἵνα τὸ μετὰ τοῦτο

ipse novisti. utra vero sit felicior, indicarene vis ac potes? *So.* Minime omnium. *Hosp.* Visne igitur, ego quodammodo tibi diiudicem? *So.* Et maxime quidem. *Hosp.* Si Saturni quondam alumni in tanto otio et libertate vitae, potentiaque non solum inter se, sed etiam cum bestiis colloquendi, hisce omnibus ad philosophiam utebantur, inter se et cum bestiis viventes, sciscitantesque ab omni natura, quaecunque propriam sentiendi vim aliquam differentem ab aliis habet ad prudentiam acquirendam: facile iudicari potest, illos longo quodam intervallo nos ad beate vivendum exsuperasse. Sin autem epulis affatim et poculis saturi inter se, et cum bestiis tales fabulas conferebant, quales de illis nunc referuntur, hoc quoque ita, ut mea fert opinio, facile admodum iudicaretur. Sed haec omittamus, donec aliquis horum idoneus appareat nuntius, qui nobis referat, utrum homines illi scientiis et confabulationibus operam dederint. Cuius autem gratia fabulam hanc ingressi sumus, id iam dicendum, ut sequentia cum antecedentibus

εἰς τὸ πρόσθεν περαίνωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ πάντων τούτων χρόνος ἐτελεώθη καὶ μεταβολὴν ἔδει γίγνεσθαι καὶ δὴ καὶ τὸ γήϊνον ἤδη πᾶν ἀνήλωτο γένος, πάσας ἑκάστης τῆς ψυχῆς τὰς γενέσεις ἀποδεδωκυίας, * καὶ ὅσα ἦν ἑκάστῃ προσταχθέντα, τοσαῦτα εἰς γῆν σπέρματα πεσούσης, τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος, εἰς τὴν αὑτοῦ περιωπὴν ἀπέστη, τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεφεν εἱμαρμένη τε καὶ ξύμφυτος ἐπιθυμία. πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ μεγίστῳ δαίμονι θεοί, γνόντες ἤδη τὸ γιγνόμενον, ἀφίεσαν αὖ τὰ μέρη τοῦ
273 κόσμου τῆς αὐτῶν ἐπιμελείας. ὁ δὲ μεταστρεφόμενος καὶ συμβάλλων, ἀρχῆς τε καὶ τελευτῆς ἐναντίαν ὁρμὴν ὁρμηθείς, σεισμὸν πολὺν ἐν ἑαυτῷ ποιῶν, ἄλλην αὖ φθορὰν ζώων παντοίων ἀπειργάσατο. μετὰ δὲ ταῦτα προελθόντος ἱκανοῦ χρόνου, θορύβων τε καὶ ταραχῆς ἤδη παυόμενος καὶ τῶν σεισμῶν, γαλήνης ἐπιλαβόμενος εἴς τε τὸν εἰωθότα δρόμον τὸν ἑαυτοῦ κατακοσμούμενος ᾔει, ἐπιμέλειαν καὶ κράτος ἔχων αὐτὸς τῶν ἐν αὑτῷ τε καὶ ἑαυτοῦ, τὴν τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς ἀπομνημονεύων διδαχὴν εἰς δύναμιν. κατ' ἀρχὰς

coniungamus. Cum omnium illorum tempus esset expletum, mutationemque circuitus fore iam oporteret, terreno genere omni consumpto: quippe cum quaelibet anima generationes omnes implesset, quotque mandata erant cuique, totidem unaquaeque in terram semina proiecisset: tunc universi gubernator Deus, quasi gubernaculorum dimissis habenis, in sui ipsius rediit circumspectum. Mundum vero deinceps fatum revolvit iterum et innata cupiditas. Omnes quin etiam dii, summi daemonis collegae, singulis praepositi regionibus, quod contigerat advertentes, mundi partes destituerunt. Mundus deinde contraria principii finisque sese agitatione reflectens, terrae motu ingenti interiora concutiens, animalia rursus cuiusque generis ut plurimum perdidit. At vero certis temporum exactis curriculis, concussio perturbatioque cessavit, et mundus a turbulento fragore desistens solita sui ipsius progressione cucurrit, et in ordine debito constitutus auctoritatem administrationemque et sui ipsius et eorum, quae in se sunt, suscepit, auctoris patrisque sui gubernationem pro viribus memoriter imitatus. Principio igitur perfectius executus est: sed

μὲν οὖν ἀκριβέστερον ἀπετέλει, τελευτῶν δὲ ἀμβλύτερον. τούτων δὲ αὐτῷ τὸ σωματοειδὲς τῆς συγκράσεως αἴτιον, τὸ τῆς πάλαι ποτὲ φύσεως ξύντροφον, ὅτι πολλῆς ἦν μετέχον ἀταξίας πρὶν εἰς τὸν νῦν κόσμον ἀφικέσθαι. παρὰ μὲν γὰρ τοῦ συνθέντος πάντα τὰ καλὰ κέκτηται· παρὰ δὲ τῆς ἔμπροσθεν ἕξεως, ὅσα χαλεπὰ καὶ ἄδικα ἐν οὐρανῷ γίγνεται, ταῦτα ἐξ ἐκείνης αὐτός τε ἔχει καὶ τοῖς ζώοις ἐναπεργάζεται. μετὰ μὲν οὖν τοῦ κυβερνήτου τὰ ζῶα τρέφων ἐν αὐτῷ σμικρὰ μὲν φλαῦρα, μεγάλα δὲ ἐνέτικτεν ἀγαθά· χωριζόμενος δὲ ἐκείνου τὸν ἐγγύτατα χρόνον ἀεὶ τῆς ἀφέσεως κάλλιστα πάντα διάγει, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ λήθης ἐγγιγνομένης ἐν αὐτῷ μᾶλλον καὶ δυναστεύει τὸ τῆς παλαιᾶς ἀναρμοστίας πάθος, τελευτῶντος δὲ ἐξανθεῖ τοῦ χρόνου καὶ σμικρὰ μὲν τἀγαθά, πολλὴν δὲ τὴν τῶν ἐναντίων κρᾶσιν ἐπεγκεραννύμενος ἐπὶ διαφθορᾶς κίνδυνον αὐτοῦ τε ἀφικνεῖται καὶ τῶν ἐν αὐτῷ. διὸ δὴ καὶ τότ᾽ ἤδη θεὸς ὁ κοσμήσας αὐτόν, καθορῶν ἐν ἀπορίαις ὄντα, κηδόμενος ἵνα μὴ χειμασθεὶς ὑπὸ ταραχῆς διαλυθεὶς εἰς τὸν τῆς ἀνομοιότητος ἄπειρον ὄντα τόπον δύῃ, πάλιν ἔφεδρος αὐτοῦ τῶν πηδαλίων γιγνό-

ab ea demum imitatione longius degeneravit. Cuius quidem defectus causa est natura corporea, priscae naturae fomes. Nam quondam valde deforme erat et ordinis expers, antequam praesenti ornatu decoraretur. Ab eo sane, qui ipsum construxit, bona omnia possidet: a priori autem deformitate incommoda et iniusta omnia, quae intra coelum nascuntur, et mundus ipse sustinet et animantibus inserit. Dum igitur animalia sua una cum gubernatore nutrit, mala quidem parva, bona vero ingentia parit: cum autem seiungitur, in proximo discessus tempore perpulchre omnia ducit: verum procedente tempore oblivione iam occupatur: quapropter prioris deformitatis passio vehementius dominatur. Demum longo exacto tempore deflorescit, ac bona exigua procreans, malorum vero naturam his plurimam miscens, periculum subit, ne et ipse et quae in se sunt omnia, dissolvantur. Quamobrem Deus ille quondam huius ordinis auctor, cernens mundum tanto in discrimine positum, miseretur. ac ne tumultu adeo turbulento fluctuet dissolvaturque et in locum dissimilitudinis infinitum mergatur, iterum adstat et

μενος, τὰ νοσήσαντα καὶ λυθέντα ἐν τῇ καθ' αὑτὸν προτέρᾳ περιόδῳ στρέψας, κοσμεῖ τε καὶ ἐπανορθῶν ἀθάνατον αὐτὸν καὶ ἀγήρων ἀπεργάζεται. τοῦτο μὲν οὖν τέλος ἁπάντων εἴρηται· τὸ δ' ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀπόδειξιν ἱκανὸν ἐκ τοῦ πρόσθεν ἁπτομένοις τοῦ λόγου. στρεφθέντος γὰρ αὖ τοῦ κόσμου τὴν ἐπὶ τὴν νῦν γένεσιν ὁδὸν τὸ τῆς ἡλικίας αὖ πάλιν ἵστατο καὶ καινὰ τἀναντία ἀπεδίδου τοῖς τότε. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ σμικρότητος ὀλίγου δέοντα ἠφανίσθαι τῶν ζώων ηὐξάνετο, τὰ δ' ἐκ γῆς νεογενῆ σώματα πολιὰ φύντα πάλιν ἀποθνήσκοντα εἰς γῆν κατῄει. καὶ τἆλλά τε πάντα μετέβαλλεν, ἀπομιμούμενα
274 καὶ ξυνακολουθοῦντα τῷ τοῦ παντὸς παθήματι, καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς κυήσεως καὶ γεννήσεως καὶ τροφῆς μίμημα συνείπετο τοῖς πᾶσιν ὑπ' ἀνάγκης. οὐ γὰρ ἐξῆν ἔτ' ἐν γῇ δι' ἑτέρων συνιστάντων φύεσθαι ζῶον, ἀλλὰ καθά περ τῷ κόσμῳ προςετέτακτο αὐτοκράτορα εἶναι τῆς αὑτοῦ πορείας, οὕτω δὴ κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτοῖς δι' αὑτῶν, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν, φύειν τε καὶ γεννᾶν καὶ τρέφειν προςετάττετο ὑπὸ τῆς ὁμοίας ἀγωγῆς. οὗ δὲ ἕνεκα ὁ λόγος ὥρμηκε πᾶς, ἐπ' αὐτῷ νῦν ἐσμὲν ἤδη. περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων θηρίων πολλὰ

praesidet, resumptisque protinus gubernaculis aegrotantia omnia dissolutaque antiqua sui agitatione convertit, ornat et corrigit, mortisque servat illum et senectutis ignarum. Hic ergo cunctorum dictus est finis. Sufficit autem hoc ad regis ipsius ostensionem, si modo supra dicta teneantur. Converso iterum mundo ad praesentis geniturae progressum, aetas rursus ultra progredi destitit, et nova his contraria, quae erant tunc, reddidit. Animalia porro morti ob ipsam tenuitatem proxima, aucta sunt: quae vero nuper ex terra cana surrexerant, iterum in terram morientia reciderunt. Cetera item omnia transmutata sunt, mundi totius sequentia passionem. Generationis quippe et conceptionis et alimenti imitatio cuncta necessario secuta est. Neque enim dabatur amplius, in terra per causas alias componentes animal fieri. nam quemadmodum institutum fuit, ut mundus motionis suae dominus esset: ita simili quadam ductione factum, ut partes mundi per se ipsas, quoad fieri potest, generent et nascantur et nutriant. Iam vero ad id pervenimus, ad quod nostra omnis respexit oratio. De reliquis enim animantibus multa et magna referri possent, ex qui-

ἂν καὶ μακρὰ διεξελθεῖν γίγνοιτο, ἐξ ὧν ἕκαστα καὶ δι' ἃς αἰτίας μεταβέβληκε· περὶ δὲ ἀνθρώπων βραχύτερα καὶ μᾶλλον προςήκοντα. τῆς γὰρ τοῦ κεκτημένου καὶ νέμοντος ἡμᾶς δαίμονος ἀπερημωθέντες ἐπιμελείας, τῶν πολλῶν αὖ θηρίων, ὅσα χαλεπὰ τὰς φύσεις ἦν, ἀπαγριωθέντων, αὐτοὶ δὲ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι καὶ ἀφύλακτοι γεγονότες, διηρπάζοντο ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἔτ' ἀμήχανοι καὶ ἄτεχνοι κατὰ τοὺς πρώτους ἦσαν χρόνους, ἅτε τῆς μὲν αὐτομάτης τροφῆς ἐπιλελοιπυίας, πορίζεσθαι δὲ οὐκ ἐπιστάμενοί πω διὰ τὸ μηδεμίαν αὐτοὺς χρείαν πρότερον ἀναγκάζειν. ἐκ τούτων πάντων ἐν μεγάλαις ἦσαν ἀπορίαις. ὅθεν δὴ τὰ πάλαι λεχθέντα παρὰ θεῶν δῶρα ἡμῖν δεδώρηται μετ' ἀναγκαίας διδαχῆς καὶ παιδεύσεως, πῦρ μὲν παρὰ Προμηθέως, τέχναι δὲ παρ' Ἡφαίστου καὶ τῆς συντέχνου, σπέρματα δὲ αὖ καὶ φυτὰ παρ' ἄλλων· καὶ πάνθ' ὁπόσα τὸν ἀνθρώπινον βίον συγκατεσκεύακεν, ἐκ τούτων γέγονεν, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐκ θεῶν, ὅ περ ἐῤῥήθη νῦν δή, τῆς ἐπιμελείας ἐπέλιπεν ἀνθρώπους, δι' ἑαυτῶν δὲ ἔδει τήν τε διαγωγὴν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοὺς αὑτῶν ἔχειν καθά περ ὅλος ὁ κόσμος, ᾧ ξυμμι-

bus quaeque et quas ob causas transmutata fuerunt. Quae vero circa homines contigerunt, breviora sunt et magis ad rem attinent. Cum homines pastoris praesidisque ipsorum daemonis essent providentia destituti, et animalia multa, quae suapte natura immania fuerant, efferata iterum essent, inermes ipsi imbecillesque et custodia derelicti ab illis passim dilaniabantur. Accedebat inertia et imperitia superiorum temporum. laborum enim curarumque nescii vixerant. Tellus haud ultra victum sponte suppeditabat: comparandi vero industria nondum inventa, quia nulla necessitas illos ante coëgerat. His de causis in summum discrimen atque penuriam illorum redactae res erant. Quapropter munera illa, quae olim a diis tributa hominibus memorantur, necessaria quadam disciplina eruditioneque tributa fuerunt. A Prometheo quidem ignis: artes autem a Vulcano illiusque consorte: semina quoque et terrae cultus ab aliis: omnia summatim vitae hominum adminicula tunc deorum opera sunt comparata, cum homines deorum providentia deseruisset, oporteretque ipsosmet propagationis et alimoniae suae curam habere, mundi totius instar; quem imitantes omne per

μούμενοι καὶ ξυνεπόμενοι τὸν ἀεὶ χρόνον νῦν μὲν οὕτω, τότε δ' ἐκείνως ζῶμέν τε καὶ φυόμεθα. καὶ τὸ μὲν δὴ τοῦ μύθου τέλος ἐχέτω, χρήσιμον δὲ αὐτὸν ποιησόμεθα πρὸς τὸ κατιδεῖν ὅσον ἡμάρτομεν ἀποφηνάμενοι τὸν βασιλικόν τε καὶ πολιτικὸν ἐν τῷ πρόσθε λόγῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς οὖν καὶ πόσον ἁμάρτημα φῂς εἶναι γεγονὸς ἡμῖν;

ΞΕ. Τῇ μὲν βραχύτερον, τῇ δὲ μάλα γενναῖον καὶ πολλῷ μεῖζον καὶ πλέον ἢ τότε.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅτι μὲν ἐρωτώμενοι τὸν ἐκ τῆς νῦν περιφορᾶς καὶ γενέσεως βασιλέα καὶ πολιτικὸν τὸν ἐκ τῆς ἐναντίας περιόδου ποιμένα τῆς τότε ἀνθρωπίνης ἀγέ-
275 λης εἴπομεν, καὶ ταῦτα θεὸν ἀντὶ θνητοῦ, ταύτῃ μὲν πάμπολυ παρηνέχθημεν· ὅτι δὲ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἄρχοντα αὐτὸν ἀπεφήναμεν, ὅν τινα δὲ τρόπον οὐ διείπομεν, ταύτῃ δὲ αὖ τὸ μὲν λεχθὲν ἀληθές, οὐ μὴν ὅλον γε οὐδὲ σαφὲς ἐῤῥήθη, διὸ καὶ βραχύτερον ἢ κατ' ἐκεῖνο ἡμαρτήκαμεν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Δεῖ τοίνυν τὸν τρόπον, ὡς ἔοικε, διορίσαν-

tempus sequentesque, alias aliter nascimur atque degimus. Sed fabula iam finem habeat. ea vero conducet nobis ad dignoscendum, quantum supra in regis civilisque definitione erravimus. *So.* Qua in re et quantum errasse nos dicis? *Hosp.* Partim minus, partim generosius magisque, et plus quam tunc erratum. *So.* Quo pacto? *Hosp.* Quod enim, dum quaereretur rex civilisque vir ex praesenti circuitu generationeque, pastorem ex contraria conversione adduximus, et pro mortali gregis humani pastore Deum commemoravimus, longius transgressi sumus: quod vero civitatis universae principem illum ostendimus, quo autem modo princeps esset, non declaravimus, verum quidem diximus, non tamen ad integrum perspicueque descripsimus. Quocirca minus in hoc quam in illo deliquisse videmur. *So.* Vera loqueris. *Hosp.* Existimare ergo debemus tunc demum nos civilem virum satis

τας τῆς ἀρχῆς τῆς πόλεως οὕτω τελέως τὸν πολιτικὸν ἡμῖν εἰρῆσθαι προσδοκᾶν.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Διὰ ταῦτα μὴν καὶ τὸν μῦθον παρεθέμεθα, ἵνα ἐνδείξαιτο περὶ τῆς ἀγελαιοτροφίας μὴ μόνον ὡς πάντες αὐτῆς ἀμφισβητοῦσι τῷ ζητουμένῳ τὰ νῦν, ἀλλὰ κἀκεῖνον αὐτὸν ἐναργέστερον ἴδοιμεν, ὃν προσήκει μόνον κατὰ τὸ παράδειγμα ποιμένων τε καὶ βουκόλων τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιμέλειαν ἔχοντα τροφῆς τούτου μόνον ἀξιωθῆναι τοῦ προσρήματος.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οἶμαι δ' ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, τοῦτο μὲν ἔτι μεῖζον ἢ κατὰ βασιλέα εἶναι τὸ σχῆμα τὸ τοῦ θείου νομέως, τοὺς δ' ἐνθάδε νῦν ὄντας πολιτικοὺς τοῖς ἀρχομένοις ὁμοίους τε εἶναι μᾶλλον πολὺ τὰς φύσεις καὶ παραπλησιαίτερον παιδείας μετειληφέναι καὶ τροφῆς.

ΝΕ. ΣΩ. Πάντως που.

ΞΕ. Ζητητέοι γε μὴν οὐδὲν ἂν εἴησαν οὐθ' ἧττον οὔτε μᾶλλον, εἴθ' οὕτως εἴτ' ἐκείνως πεφύκασιν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τῇδε δὴ πάλιν ἐπανέλθωμεν. ἣν γὰρ ἔφαμεν αὐτεπιτακτικὴν μὲν εἶναι τέχνην ἐπὶ ζώοις, οὐ μὴν ἰδίᾳ γε ἀλλὰ κοινῇ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχουσαν, καὶ προσεί-

exposuisse, cum gubernandae civitatis modum ad sufficientiam discreverimus. *So.* Praeclare. *Hosp.* Ob hanc utique causam eam fabulam inceptavimus, ut non solum ostenderetur, quod omnes adversus regem communem gregis nutritionem sibi vendicant: verum illum clarius intueremur, quem solum sic appellare decet, cum instar ovium boumque pastorum humani gregis pascendi curam habeat. *So.* Recte. *Hosp.* Reor equidem, Socrates, pastoris divini figuram rege praestantiorem esse. Civiles autem hos viros subiectis similes esse magis, secundum naturas educationesque, et disciplinas. *So.* Omnino quidem. *Hosp.* Neque vero perscrutandum est, utrum magis minusve fuerint, vel utrum ita sint an aliter nati. *So.* Cur enim? *Hosp.* Sic porro iterum resumamus. Artem sua ex se praecipientem, circa animalia non privatim, sed publice providentem, supra

πομεν δὴ τότε γε εὐθὺς ἀγελαιοτροφικήν, — μέμνησαι γάρ;

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Ταύτης τοίνυν πῃ διημαρτάνομεν. τὸν γὰρ πολιτικὸν οὐδαμοῦ συνελάβομεν οὐδ' ὠνομάσαμεν, ἀλλ' ἡμᾶς ἔλαθε κατὰ τὴν ὀνομασίαν ἐκφυγών.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τοῦ τὰς ἀγέλας ἑκάστας τρέφειν τοῖς μὲν ἄλλοις που πᾶσι μέτεστι νομεῦσι, τῷ πολιτικῷ δὲ οὐ μετὸν ἐπηνέγκαμεν τοὔνομα, δέον τῶν κοινῶν ἐπενεγκεῖν τι σύμπασιν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις, εἴ περ ἐτύγχανέ γε ὄν.

ΞΕ. Πῶς δ' οὐκ ἦν τό γε θεραπεύειν που πᾶσι κοινόν, μηδὲν διορισθείσης τροφῆς μηδέ τινος ἄλλης πραγματείας; ἀλλ' ἤ τινα ἀγελαιοκομικὴν ἢ θεραπευτικήν ἢ καί τινα ἐπιμελητικὴν αὐτὴν ὀνομάσασιν, ὡς κατὰ πάντων, ἐξῆν περικαλύπτειν καὶ τὸν πολιτικὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις, ἐπειδὴ δεῖν τοῦτ' ἐσήμαινεν ὁ λόγος.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς. ἀλλ' ἡ μετὰ τοῦτο διαίρεσις αὖ
276 τίνα τρόπον ἐγίγνετ' ἄν;

ΞΕ. Κατὰ ταὐτὰ καθά περ ἔμπροσθεν διῃρούμεθα τὴν ἀγελαιοτροφικὴν πεζοῖς τε καὶ ἀπτῆσι, καὶ ἀμίκτοις τε καὶ ἀκεράτοις, τοῖς αὐτοῖς ἄν που τούτοις

statim gregis nutritionem vocavimus. Recordaris? *So.* Recordor. *Hosp.* In hoc aberravimus. Nam civilem virum neque comprehendimus adhuc neque denominavimus, sed nos eius denominatio fugit. *So.* Quo pacto? *Hosp.* Greges singulos pascere aliis omnibus pastoribus convenit. Civili autem viro competens nomen non dedimus, cum deceret commune cunctis aliquid adhiberi. *So.* Vera narras, si modo licebat. *Hosp.* Immo vero licebat curationem communiter attribuere, absque nutritionis aut alterius negotii distinctione: et aliam quandam appellationem inferre communem, sive gregis ductionem sive curationem sive diligentiam appellantes, atque ita civilem cum aliis una complecti, postquam sic oportere ratio significaverat. *So.* Optime. verum quonam pacto postea distinguendum erat? *Hosp.* Quemadmodum gregis nutritionem divisimus secundum gressibilium et volatilium speciem, immixtorumque et mutilatorum: ita gregis ductionem et

διαιρούμενοι καὶ τὴν ἀγελαιοκομικὴν τήν τε νῦν καὶ τὴν ἐπὶ Κρόνου βασιλείαν περιειληφότες ἂν ἦμεν ὁμοίως ἐν τῷ λόγῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Φαίνεται· ζητῶ δὲ αὖ τί τὸ μετὰ τοῦτο;

ΞΕ. Δῆλον ὅτι λεχθέντος οὕτω τοῦ τῆς ἀγελαιοκομικῆς ὀνόματος οὐκ ἄν ποτ' ἐγένεθ' ἡμῖν τό τινας ἀμφισβητεῖν ὡς οὐδ' ἐπιμέλεια τὸ παράπαν ἐστίν, ὥσπερ τότε δικαίως ἠμφισβητήθη μηδεμίαν εἶναι τέχνην ἐν ἡμῖν ἀξίαν τούτου τοῦ θρεπτικοῦ προσρήματος· εἰ δ' οὖν τις εἴη, πολλοῖς πρότερον αὐτῆς καὶ μᾶλλον προσήκειν ἤ τινι τῶν βασιλέων.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ἐπιμέλεια δέ γε ἀνθρωπίνης συμπάσης κοινωνίας οὐδεμία ἂν ἐθελήσειεν ἑτέρα μᾶλλον καὶ προτέρα τῆς βασιλικῆς φάναι καὶ κατὰ πάντων ἀνθρώπων ἀρχῆς εἶναι τέχνη.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγεις ὀρθῶς.

ΞΕ. Μετὰ ταῦτα δέ γε, ὦ Σώκρατες, ἆρ' ἐννοοῦμεν ὅτι πρὸς αὐτῷ δὴ τῷ τέλει συχνὸν αὖ διημαρτάνετο;

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τόδε, ὡς ἄρ' εἰ καὶ διενοήθημεν ὅτι μάλιστα τῆς δίποδος ἀγέλης εἶναί τινα θρεπτικὴν τέχνην, οὐ-

secundum eadem partiri licebat, atque ita regnum Saturni ac praesens fuisset sermone comprehensum. *So.* Videtur. sed quid tum? *Hosp.* Si ita impositum facultati illi nomen fuisset, ut gregis ductionem vocavissemus eam, quam gregis nutritionem vocavimus, constat quod nemo adversum nos contendisset, quasi curatio omnino non esset: quemadmodum tunc merito est decertatum, quod ars in nobis nulla sit nutritiva appellatione digna, et si aliqua sit, multis aliis prius magisque quam regiae nomen id competat. *So.* Recte. *Hosp.* Nulla vero ars alia de hoc contendit, quasi sit totius humanae communionis curatio maior mitiorque quam regia. *So.* Recte loqueris. *Hosp.* Post haec nunquid advertimus, Socrates, quam graviter circa finem deliquimus? *So.* Ubi delictum dicis? *Hosp.* In hoc, inquam, quod etsi artem quampiam bipedis gregis nutricem esse putavimus, non tamen illico regiam illam atque

δέν τι μᾶλλον ἡμᾶς ἔδει βασιλικὴν αὐτὴν εὐθὺς καὶ πολιτικὴν ὡς ἀποτετελεσμένην προσαγορεύειν.

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Πρῶτον μὲν ὃ ἐλέγομεν τοὔνομα μετασκευωρήσασθαι, πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν μᾶλλον προσαγαγόντας ἢ τὴν τροφήν, ἔπειτα ταύτην τέμνειν· οὐ γὰρ σμικρὰς ἂν ἔχοι τμήσεις ἔτι.

ΝΕ. ΣΩ. Ποίας;

ΞΕ. Ἧι τε τὸν θεῖον ἄν που διειλόμεθα νομέα χωρὶς καὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐπιμελητήν.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Αὖθις δέ γε τὴν ἀπονεμηθεῖσαν ἐπιμελητικὴν δίχα τέμνειν ἀναγκαῖον ἦν.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνι;

ΞΕ. Τῷ βιαίῳ τε καὶ ἑκουσίῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Τί δή;

ΞΕ. Καὶ ταύτῃ που τὸ πρότερον ἁμαρτάνοντες εὐηθέστερα τοῦ δέοντος εἰς ταὐτὸν βασιλέα καὶ τύραννον συνέθεμεν, ἀνομοιοτάτους ὄντας αὐτούς τε καὶ τὸν τῆς ἀρχῆς ἑκατέρου τρόπον.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Νῦν δέ γε πάλιν ἐπανορθούμενοι, καθάπερ εἶπον, τὴν ἀνθρωπίνην ἐπιμελητικὴν δίχα διαιρώμεθα, τῷ βιαίῳ τε καὶ ἑκουσίῳ;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

civilem tanquam absolutam appellare debuimus. *So.* Cur non? *Hosp.* Primo quidem oportebat quod dicebamus, nomen ad curam magis quam ad nutritionem accommodantes: postea dividenda cura fuit. nam divisiones insuper non parvas suscipit. *So.* Quas? *Hosp.* In divinum pastorem et humanum curatorem. *So.* Scite. *Hosp.* Curationem item humanam in duo. *So.* Quae? *Hosp.* In eam quae invitis, et eam quae volentibus imperat. *So.* Quid ergo? *Hosp.* In hoc sane peccantes, ineptius quam decebat, regem tyrannumque in idem conduximus, cum et ipsi inter se dissimillimi sint et gubernandi his modi longe diversi. *So.* Vera refers. *Hosp.* Nunc igitur iterum emendantes, ut supra dicebam, humanam curationem bifariam partiamur, in violentam et voluntariam. *So.* Absque dubio.

ΞΕ. Καὶ τὴν μέν γέ που τῶν βιαίων τυραννικήν, τὴν δὲ ἑκούσιον καὶ ἑκουσίων διπόδων ἀγελαιοκομικὴν ζώων προςειπόντες πολιτικήν, τὸν ἔχοντα αὖ τὴν τέχνην ταύτην καὶ ἐπιμέλειαν ὄντως ὄντα βασιλέα καὶ πολιτικὸν ἀποφαινώμεθα;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ κινδυνεύει γε, ὦ ξένε, τελέως ἂν 277
ἡμῖν οὕτως ἔχειν ἡ περὶ τὸν πολιτικὸν ἀπόδειξις.

ΞΕ. Καλῶς ἄν, ὦ Σώκρατες, ἡμῖν ἔχοι. δεῖ δὲ μὴ σοὶ μόνῳ ταῦτα, ἀλλὰ κἀμοὶ μετὰ σοῦ κοινῇ ξυνδοκεῖν. νῦν δὲ κατά γε τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται τέλεον ὁ βασιλεὺς ἡμῖν σχῆμα ἔχειν, ἀλλὰ καθά περ ἀνδριαντοποιοὶ παρὰ καιρὸν ἐνίοτε σπεύδοντες πλείω καὶ μείζω τοῦ δέοντος ἕκαστα τῶν ἔργων ἐπεμβαλλόμενοι βραδύνουσι, καὶ νῦν ἡμεῖς, ἵνα δὴ πρὸς τῷ ταχὺ καὶ μεγαλοπρεπῶς δηλώσαιμεν τὸ τῆς ἔμπροσθεν ἁμάρτημα διεξόδου, τῷ βασιλεῖ νομίσαντες πρέπειν μεγάλα παραδείγματα ποιεῖσθαι, θαυμαστὸν ὄγκον ἀράμενοι τοῦ μύθου, μείζονι τοῦ δέοντος ἠναγκάσθημεν αὐτοῦ μέρει προςχρήσασθαι. διὸ μακροτέραν τὴν ἀπόδειξιν πεποιήκαμεν καὶ πάντως τῷ μύθῳ τέλος οὐκ ἐπέθεμεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὁ λόγος ἡμῖν ὥς περ ζῶον τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν

Hosp. Violentam quidem tyrannicam, voluntariam autem volentiumque bipedum gregis ductionem civilem artem denominemus: atque eum, qui facultate hac est praeditus, virum revera civilem regemque dicamus. *So.* Videntur iam, Hospes, civilium demonstrationes nobis ita demum penitus absolutae. *Hosp.* Bene nobiscum esset, o Socrates, actum. Oportet autem non tibi solum id, sed mihi quoque tecum una videri. Et nunc quidem rex mihi nondum perfectam videtur habere figuram: sed quemadmodum statuarii interdum importunius festinantes plura et maiora, quam oporteat, singula opera interponendo, serius inde perficiunt: sic et nos, ut quamprimum atque insuper magnifice prioris processus errata circa regem ostenderemus, putantes magna illius exempla ponenda, ingentem fabulae molem exaggeravimus, maiorique, quam oportebat, illius parte uti coacti sumus. quapropter prolixiorem ostensionem induximus, et fabulae finem haud penitus imposuimus. sed revera sermo nobis, tanquam animal, exteriorem quidem cir-

δὲ οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ συγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι πω. γραφῆς δὲ καὶ ξυμπάσης χειρουργίας λέξει καὶ λόγῳ δηλοῦν πᾶν ζῶον μᾶλλον πρέπει τοῖς δυναμένοις ἕπεσθαι· τοῖς δ' ἄλλοις διὰ χειρουργιῶν.

ΝΕ. ΣΩ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς· ὅπῃ δὲ ἡμῖν οὔπω φῂς ἱκανῶς εἰρῆσθαι, δήλωσον.

ΞΕ. Χαλεπόν, ὦ δαιμόνιε, μὴ παραδείγμασι χρώμενον ἱκανῶς ἐνδείκνυσθαί τι τῶν μειζόνων. κινδυνεύει γὰρ ἡμῶν ἕκαστος οἷον ὄναρ εἰδὼς ἅπαντα πάντ' αὖ πάλιν ὥς περ ὕπαρ ἀγνοεῖν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς τοῦτ' εἶπες;

ΞΕ. Καὶ μάλ' ἀτόπως ἔοικά γε ἐν τῷ παρόντι κινῆσαι τὸ περὶ τῆς ἐπιστήμης πάθος ἐν ἡμῖν.

ΝΕ. ΣΩ. Τί δή;

ΞΕ. Παραδείγματος, ὦ μακάριε, αὖ μοι καὶ τὸ παράδειγμα αὐτὸ δεδέηκεν.

ΝΕ. ΣΩ. Τί οὖν; λέγε μηδὲν ἐμοῦ γε ἕνεκα ἀποκνῶν.

ΞΕ. Λεκτέον, ἐπειδὴ καὶ σὺ ἕτοιμος ἀκολουθεῖν. τοὺς γάρ που παῖδας ἴσμεν, ὅταν ἄρτι γραμμάτων ἔμπειροι γίγνωνται.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

cumferentiam sufficientem habere videtur, pigmentorum vero colorumque commixtione perspicua nondum decorari. picturae autem et universae manuum facultatis dictione atque sermone omne animal demonstrare magis convenit illis, qui assequi possint: aliis autem per manuum ministeria. *So.* De hoc quidem satis. quam vero ob causam nondum sufficienter dictum esse ais, ostende. *Hosp.* Arduum est, o beate, absque exemplis res magnas sufficienter ostendere. videtur enim unusquisque nostrum tanquam per somnium nosse omnia, revera autem omnia iterum ignorare. *So.* Quo pacto? *Hosp.* Absurde admodum, o Socrates, affectum et conditionem animae circa scientiam supra movimus. nempe in magnis arduisque incepimus, quod in minimis et facilibus erat per ordinem inchoandum. *So.* Quorsum haec? *Hosp.* Exemplo rursus exemplum, o felix, indiget. *So.* Qua ratione? dicas, nihil mei causa veritus. *Hosp.* Dicendum, postquam ipse es audire paratus. Advertimus, quid agant pueri, cum primum literas discunt. *So.* Quidnam?

ΞΕ. Ὅτι τῶν στοιχείων ἕκαστον ἐν ταῖς βραχυτάταις καὶ ῥάσταις τῶν συλλαβῶν ἱκανῶς διαισθάνονται, καὶ τἀληθῆ φράζειν περὶ ἐκεῖνα δυνατοὶ γίγνονται. 278

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Ταὐτά δέ γε ταῦτα ἐν ἄλλαις ἀμφιγνοοῦντες πάλιν δόξῃ τε ψεύδονται καὶ λόγῳ.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐχ ὧδε ῥᾷστον καὶ κάλλιστον ἐπάγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ μή πω γιγνωσκόμενα;

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Ἀνάγειν πρῶτον ἐπ' ἐκεῖνα ἐν οἷς ταὐτὰ ταῦτα ὀρθῶς ἐδόξαζον, ἀναγαγόντας δὲ τιθέναι παρὰ τὰ μή πω γιγνωσκόμενα, καὶ παραβάλλοντας ἐνδεικνύναι τὴν αὐτὴν ὁμοιότητα καὶ φύσιν ἐν ἀμφοτέραις οὖσαν ταῖς συμπλοκαῖς, μέχρι περ ἂν πᾶσι τοῖς ἀγνοουμένοις τὰ δοξαζόμενα ἀληθῶς παρατιθέμενα δειχθῇ, δειχθέντα δέ, παραδείγμαθ' οὕτω γιγνόμενα, ποιήσῃ τῶν στοιχείων ἕκαστον πάντων ἐν πάσαις ταῖς συλλαβαῖς, τὸ μὲν ἕτερον ὡς τῶν ἄλλων ἕτερον ὄν, τὸ δὲ ταὐτὸν ὡς ταὐτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῷ προσαγορεύεσθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν ἱκανῶς συνειλήφαμεν, ὅτι παραδείγματός γ' ἐστὶ τότε γένεσις, ὁπόταν ὂν ταὐ-

Hosp. Quod elementa quaelibet in brevissimis facillimisque syllabis sufficienter persentiunt, veraque de illis eloqui possunt. *So.* Quidni? *Hosp.* Eadem haec in aliis ambigentes, opinione sermoneque falluntur. *So.* Prorsus. *Hosp.* An non ita facillime atque optime ad ignota perduci possunt? *So.* Quo pacto? *Hosp.* Reducere illos primum ad ea oportet, in quibus haec eadem recte opinati fuerant, eisque offerre quae nondum noscunt: et ea invicem comparando ostendere eandem similitudinem atque naturam in utrisque complexionibus esse; donec cum ignotis omnibus quae vera opinione concepta sunt, comparata monstrentur: demonstrata vero et illorum exempla facta demum efficiant, ut ex omnibus cuiuslibet syllabae elementis, id quod alterum est, ab aliis alterum nuncupent: quod vero idem est, idem semper secundum eadem secum ipso. *So.* Sic omnino. *Hosp.* Nonne satis hoc comprehendimus, quod videlicet tunc exempli generatio est, cum quod idem est in

τὸν ἐν ἑτέρῳ διεσπασμένῳ, δοξαζόμενον ὀρθῶς καὶ συναχθὲν περὶ ἑκάτερον ὡς συνάμφω μίαν ἀληθῆ δόξαν ἀποτελῇ;

ΝΕ. ΣΩ. Φαίνεται.

ΞΕ. Θαυμάζοιμεν ἂν οὖν εἰ ταὐτὸν τοῦτο ἡμῶν ἡ ψυχὴ φύσει περὶ τὰ τῶν πάντων στοιχεῖα πεπονθυῖα τοτὲ μὲν ὑπ' ἀληθείας περὶ ἓν ἕκαστον ἔν τισι συνίσταται, τοτὲ δὲ περὶ ἅπαντα ἐν ἑτέροις αὖ φέρεται, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἁμῇ γέ πῃ τῶν συγκράσεων ὀρθῶς δοξάζει, μετατιθέμενα δ' εἰς τὰς τῶν πραγμάτων μακρὰς καὶ μὴ ῥᾳδίους συλλαβὰς ταὐτὰ ταῦτα πάλιν ἀγνοεῖ;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν.

ΞΕ. Πῶς γάρ, ὦ φίλε, δύναιτ' ἄν τις ἀρχόμενος ἀπὸ δόξης ψευδοῦς, ἐπί τι τῆς ἀληθείας καὶ μικρὸν μέρος ἀφικόμενος κτήσασθαι φρόνησιν;

ΝΕ. ΣΩ. Σχεδὸν οὐδαμῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν ταῦτα εἰ ταύτῃ πέφυκεν, οὐδὲν δὴ πλημμελοῖμεν ἂν ἐγώ τε καὶ σὺ πρῶτον μὲν ἐπιχειρήσαντες ὅλου παραδείγματος ἰδεῖν τὴν φύσιν ἐν σμικρῷ κατὰ μέρος ἄλλῳ παραδείγματι, μετὰ δὲ ταῦτα μέλλοντες, ἐπὶ τὸ τοῦ βασιλέως μέγιστον ὂν ταὐτὸν εἶδος ἀπ' ἐλαττόνων φέροντές ποθεν, διὰ παραδείγμα-

alterutro seiuncto, recta opinione conceptum et utrique accommodatum, unam amborum communiter opinionem parit? *So.* Videtur. *Hosp.* Quid mirum, si idem natura patiens anima nostra circa rerum omnium elementa, alias veritate ipsa circa unumquodque in quibusdam constituitur, alias autem circa omnia rursus in aliis fertur: et ipsa in quibusdam copulationibus recte quodammodo opinatur, translata vero in magnas ac difficiles rerum syllabas, haec eadem rursus ignorat? Nihil utique mirum videri debet. Nam qua ratione quis, o amice, posset ab opinione falsa incipiens, ad aliquam veritatis vel minimam partem perveniendo sapientiam adipisci? *So.* Nulla ferme. *Hosp.* Si haec ita natura se habent, nequaquam ego ac tu aberraremus, si primo totius exempli naturam videre anniteremur in parvo quodam alio secundum partem exemplo: deinde ad maximum accessuri regis exemplum, eandem speciem alicunde a minoribus deferentes, per exemplum iterum

τος ἐπιχειρεῖν αὖ τὴν τῶν κατὰ πόλιν θεραπείαν τέχνῃ γνωρίζειν, ἵνα ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος ἡμῖν γίγνηται;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

ΞΕ. Πάλιν δὴ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ἀναληπτέον, 279
ὡς ἐπειδὴ τῷ βασιλικῷ γένει τῆς περὶ τὰς πόλεις ἐπιμελείας ἀμφισβητοῦσι μυρίοι, δεῖ δὴ πάντας ἀποχωρίζειν τούτους καὶ μόνον ἐκεῖνον λιπεῖν. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ παραδείγματος ἔφαμεν δεῖν τινὸς ἡμῖν.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Τί δῆτα παράδειγμά τις ἄν, ἔχον τὴν αὐτὴν πολιτικὴν πραγματείαν, σμικρότατον παραθέμενος ἱκανῶς ἂν εὕροι τὸ ζητούμενον; βούλει πρὸς Διός, ὦ Σώκρατες, εἰ μή τι πρόχειρον ἕτερον ἔχομεν, ἀλλ' οὖν τήν γε ὑφαντικὴν προελώμεθα; καὶ ταύτην, εἰ δοκεῖ, μὴ πᾶσαν; ἀποχρήσει γὰρ ἴσως ἡ περὶ τὰ ἐκ τῶν ἐρίων ὑφάσματα· τάχα γὰρ ἂν ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ μέρος αὐτῆς μαρτυρήσειε προαιρεθὲν ὃ βουλόμεθα.

ΝΕ. ΣΩ. Τί γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δῆτα οὐ, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθε τέμνοντες μέρη μερῶν ἕκαστον διῃρούμεθα, καὶ νῦν περὶ ὑφαντικὴν ταὐτὸν τοῦτ' ἐδράσαμεν, καὶ κατὰ δύναμιν

conaremur rerum civilium curationem arte dignoscere, ut ipsa pro somnio veritas habeatur. *So.* Recte admodum. *Hosp.* Rursus superior oratio repetenda, qua inferebatur, postquam permulti cum regio genere de civitatis gubernatione contendunt sibique illam usurpant, oportere eos omnes ab illo seiungere ipsumque solum relinquere. atque ad hoc exemplo quodam opus esse diximus. *So.* Valde. *Hosp.* Quodnam potissimum exemplum exiguum quidem et eandem civilem continens facultatem adducens aliquis sufficienter quod investigatur, inveniet? Visne per Iovem, o Socrates, nisi quid aliud in promptu habemus, texendi artem eligamus? non universam quidem: sufficiet enim, ut arbitror, lanificium. forte namque pars haec electa quod cupimus indicabit. *So.* Quidni? *Hosp.* Cur non, ut superius unumquodque in partium partes dividebamus, ita modo circa texendi artem fecimus, et quam bre-

ὅτι μάλιστα διὰ βραχέων ταχὺ πάντ' ἐπελθόντες πάλιν ἔλθομεν ἐπὶ τὸ νῦν χρήσιμον;

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Αὐτὴν τὴν διέξοδον ἀπόκρισίν σοι ποιήσομαι.

ΝΕ. ΣΩ. Κάλλιστ' εἶπες.

ΞΕ. Ἔστι τοίνυν πάντα ἡμῖν ὁπόσα δημιουργοῦμεν καὶ κτώμεθα, τὰ μὲν ἕνεκα τοῦ ποιεῖν τι, τὰ δὲ τοῦ μὴ πάσχειν ἀμυντήρια· καὶ τῶν ἀμυντηρίων τὰ μὲν ἀλεξιφάρμακα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, τὰ δὲ προβλήματα· τῶν δὲ προβλημάτων τὰ μὲν πρὸς τὸν πόλεμον ὁπλίσματα, τὰ δὲ φράγματα· καὶ τῶν φραγμάτων τὰ μὲν παραπετάσματα, τὰ δὲ πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξητήρια· τῶν δὲ ἀλεξητηρίων τὰ μὲν στεγάσματα, τὰ δὲ σκεπάσματα· καὶ τῶν σκεπασμάτων ὑποπετάσματα μὲν ἄλλα, περικαλύμματα δὲ ἕτερα· περικαλυμμάτων δὲ τὰ μὲν ὁλόσχιστα, σύνθετα δὲ ἕτερα· τῶν δὲ συνθέτων τὰ μὲν τρητά, τὰ δὲ ἄνευ τρήσεως ξυνδετά· καὶ τῶν ἀτρήτων τὰ μὲν νεύρινα φυτῶν ἐκ γῆς, τὰ δὲ τρίχινα· τῶν δὲ τριχίνων τὰ μὲν ὕδασι καὶ γῇ κολλητά, τὰ δὲ αὐτὰ αὑτοῖς συνδετά. τουτοισὶ δὴ τοῖς ἐκ τῶν ἑαυτοῖς συνδουμένων ἐργασθεῖσιν ἀμυντηρίοις καὶ σκεπάσμασι τὸ

vissime poteramus omnia transigentes, quod ad propositum conducit, elegimus? *So.* Quomodo inquis? *Hosp.* Efficiam ut discursus sermonis ipse tibi respondeat. *So.* Praeclare loqueris. *Hosp.* Eorum quae facimus et possidemus, quaedam gratia aliquid agendi parantur, quaedam adversus passiones sunt propugnacula. Propugnaculorum autem alia remedia sunt, tam divina quam humana; alia vero obstacula. Obstaculorum alia militaris armatura, alia circumvallatio. Circumvallationum vero alia velamina, alia adversus aestum frigusque munitiones. Munitionum alia tegmenta et retinacula, alia operimenta. Operimentorum quaedam suffulciunt, quaedam circumambiunt. Eorum, quae circumambiunt, alia simplicia, alia vero duplicia atque composita. Compositorum alia perforata, alia sine perforatione connexa. Horum vero quaedam nervea sunt, ex his quae terra nascuntur, quaedam pilea. Pilea vero partim aqua et terra conglutinata, partim sibimet invicem sunt connexa. His profecto repugnaculis fulcimentisque, quae ex

μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν· τὴν δὲ τῶν ἱματίων μάλιστα ἐπιμελουμένην τέχνην, ὥς περ τότε τὴν τῆς πόλεως πολιτικὴν εἴπομεν, οὕτω καὶ νῦν ταύτην προς- 280
είπωμεν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἱματιουργικήν; φῶμεν δὲ καὶ ὑφαντικήν, ὅσον ἐπὶ τῇ τῶν ἱματίων ἐργασίᾳ μέγιστον ἦν μόριον, μηδὲν διαφέρειν πλὴν ὀνόματι ταύτης τῆς ἱματιουργικῆς, καθά περ κἀκεῖ τότε τὴν βασιλικὴν τῆς πολιτικῆς;

NE. ΣΩ. Ὀρθότατά γε.

ΞΕ. Τὸ μετὰ τοῦτο δὴ συλλογισώμεθα, ὅτι τὴν ἱματίων ὑφαντικὴν οὕτω ῥηθεῖσάν τις τάχ' ἂν ἱκανῶς εἰρῆσθαι δόξειε, μὴ δυνάμενος συννοεῖν ὅτι τῶν μὲν ἐγγὺς συνεργῶν οὔπω διώρισται, πολλῶν δὲ ἑτέρων συγγενῶν ἀπεμερίσθη.

NE. ΣΩ. Ποίων, εἰπέ, συγγενῶν;

ΞΕ. Οὐχ ἕσπου τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς φαίνει· πάλιν οὖν ἔοικεν ἐπανιτέον ἀρχόμενον ἀπὸ τελευτῆς. εἰ γὰρ συννοεῖς τὴν οἰκειότητα, τὴν μὲν διετέμομεν ἀπ' αὐτῆς νῦν δή, τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν, περιβολῇ χωρίζοντες καὶ ὑποβολῇ.

NE. ΣΩ. Μανθάνω.

ΞΕ. Καὶ μὴν τὴν ἐκ τῶν λίνων καὶ σπάρτων καὶ

eisdem colligatis confecta sunt, nomen vestes imposuimus. Artem vero, quae maxime circa vestes versatur, ab ipsa vestium effectione vestificam appellemus, quemadmodum disciplinam civitatis procuratricem ab ipsa civitate civilem denominavimus: dicamusque textoriam facultatem, quatenus maxima ex parte vestes contexit, nihilo alio nisi nomine differre ab ista, quam vestificam nominavimus: quemadmodum supra regiam diximus a civili. *So.* Recte admodum. *Hosp.* Post haec utique colligamus, vestium textoriam aliquem forsitan sufficienter dictam existimaturum, animadvertere non valentem, quod ab his, quae prope cooperantur, nondum distincta est, a multis autem aliis sibi cognatis discreta fuit. *So.* Quibus cognatis? dicas obsecro. *Hosp.* Videris mentem supra dictis haud satis adhibuisse. Quare iterum, ut videtur, a fine ad principium redeundum. Si enim propinquitatem intelligis, hanc utique ab ipsa discrevimus, dum stramentorum compositionem suffulcimento et ambitu separaremus. *So.* Intelligo. *Hosp.* Quin etiam artificium omne, quod lino et chordis virgultisque utitur,

πάντων, ὁπόσα φυτῶν ἄρτι νεῦρα κατὰ λόγον εἴπομεν, δημιουργίαν πᾶσαν ἀφείλομεν· τήν τ' αὖ πιλητικὴν ἀφωρισάμεθα καὶ τὴν τρήσει καὶ ῥαφῇ χρωμένην σύνθεσιν, ἧς ἡ πλείστη σκυτοτομική.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ τοίνυν τὴν τῶν ὁλοσχίστων σκεπασμάτων θεραπείαν δερματουργικὴν καὶ τὰς τῶν στεγασμάτων, ὅσαι τε ἐν οἰκοδομικῇ καὶ ὅλῃ τεκτονικῇ καὶ ἐν ἄλλαις τέχναις ῥευμάτων στεκτικαὶ γίγνονται, συμπάσας ἀφείλομεν, ὅσαι τε περὶ τὰς κλοπὰς καὶ τὰς βίᾳ πράξεις διακωλυτικὰ ἔργα παρέχονται τέχναι φραγμάτων, περί τε γένεσιν ἐπιθηματουργίας οὖσαι καὶ τὰς τῶν θυρωμάτων πήξεις, γομφωτικῆς ἀπονεμηθεῖσαι μόρια τέχνης· τήν τε ὁπλοποιικὴν ἀπετεμόμεθα, μεγάλης καὶ παντοίας τῆς προβληματουργικῆς τμῆμα οὖσαν δυνάμεως· καὶ δὴ καὶ τὴν μαγευτικὴν τὴν περὶ τὰ ἀλεξιφάρμακα κατ' ἀρχὰς εὐθὺς διωρισάμεθα ξύμπασαν, καὶ λελοίπαμεν, ὡς δόξαιμεν ἄν, αὐτὴν τὴν ζητηθεῖσαν ἀμυντικὴν χειμώνων, ἐρεοῦ προβλήματος ἐργαστικήν, ὄνομα δὲ ὑφαντικὴν λεχθεῖσαν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἔοικε γὰρ οὖν.

ac summatim his quae terra nascuntur, quae nuper nervea vocavimus, iam seiunximus. immo et pileorum compositionem, eamve, quae perforando et suendo operatur, quae ut plurimum ad coriariam pertinet facultatem. *So.* Omnino quidem. *Hosp.* Seiunximus praeterea operimentorum simplicium opificium, quod pellibus utitur: item tegmentorum retinaculorumque machinamenta, quotcunque in aedificando fiunt: et in aliis artibus quibuscunque ad aquarum retentionem repulsionemque, quaecunque circa plicationes inclinationesque et violentas actiones cohibentia opera reddunt, sepesque et maceriam opponunt, et cumulos quosdam obiiciunt: item vestibulorum cancellorumque affixiones, quae ad clavorum artificium attinent. Quin etiam armaturam segregavimus, quae portio est amplae facultatis illius, quae propugnacula et obstacula obiicit. Praeterea magicam, quae remedia praebere se vitae hominum profitetur, ab initio separavimus. Reliquimus autem artem quandam, quae visa est illa esse, quam quaerimus, effectricem scilicet fulcimentorum adversus frigora laneorum, textoriamque cognominatam. *So.* Videtur.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πω τέλεον, ὦ παῖ, τοῦτο λελεγμένον. ὁ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς τῶν ἱματίων ἐργασίας ἁπτόμενος τοὐναντίον ὑφῇ δρᾶν φαίνεται. 281

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν τῆς ὑφῆς συμπλοκή τίς ἐστί που.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε τῶν συνεστώτων καὶ συμπεπιλημένων διαλυτική.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τὸ τῆς τοῦ ξαίνοντος τέχνης ἔργον. ἢ τὴν ξαντικὴν τολμήσομεν ὑφαντικὴν καὶ τὸν ξάντην ὡς ὄντα ὑφάντην καλεῖν;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Καὶ μὴν τήν γε αὖ στήμονος ἐργαστικὴν καὶ κρόκης εἴ τις ὑφαντικὴν προσαγορεύει, παράδοξόν τε καὶ ψεῦδος ὄνομα λέγει.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δαί; κναφευτικὴν σύμπασαν καὶ τὴν ἀκεστικὴν πότερα μηδεμίαν ἐπιμέλειαν μηδέ τινα θεραπείαν ἐσθῆτος θῶμεν, ἢ καὶ ταύτας πάσας ὡς ὑφαντικὰς λέξομεν;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τῆς γε θεραπείας ἀμφισβητήσουσιν

Hosp. Ceterum nondum, o puer, perfecte his dictis rem expedivimus. qui enim primo vestium aggreditur artificium, contra quam textor agere videtur. *So.* Quamobrem? *Hosp.* Textor namque quodammodo complicat et conneetit. *So.* Certe. *Hosp.* Ille vero quae simul inserta et implicita sunt, dissolvit. *So.* Quid istud? *Hosp.* Opus eius, qui carminat et discernit. Nunquid carminatoriam et discretoriam operam eandem cum textoria computabimus? carminatoremque et discretorem eundem cum textore dicemus? *So.* Nullo modo. *Hosp.* Si quis autem diligentiam, quae stamina et subtegmina praeparat, textoriam vocet, procul ab opinione hominum et veritate in nomine illo discedet. *So.* Plane. *Hosp.* Fullonum praeterea sutorumque operam utrum nihil conducere ad vestimentorum confectionem dicimus? an has omnes textorias diligentias appellamus? *So.* Neutrum dicendum videtur. *Hosp.* Veruntamen omnes istae de vestium curatione cum textoris arte

αὗται ξύμπασαι καὶ τῆς γενέσεως τῆς τῶν ἱματίων τῇ τῆς ὑφαντικῆς δυνάμει, μέγιστον μὲν μέρος ἐκείνῃ διδοῦσαι, μεγάλα δὲ καὶ σφίσιν αὐταῖς ἀπονέμουσαι.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Πρὸς τοίνυν ταύταις ἔτι τὰς τῶν ἐργαλείων δημιουργοὺς τέχνας, δι' ὧν ἀποτελεῖται τὰ τῆς ὑφῆς ἔργα, δοκεῖν χρὴ τό γε συναιτίας εἶναι προςποιήσασθαι παντὸς ὑφάσματος.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ περὶ τῆς ὑφαντικῆς λόγος, οὗ προειλόμεθα μέρους, ἱκανῶς ἔσται διωρισμένος, ἐὰν ἄρ' αὐτὴν τῶν ἐπιμελειῶν ὁπόσαι περὶ τὴν ἐρεᾶν ἐσθῆτα ἐς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην πασῶν τιθῶμεν; ἢ λέγοιμεν μὲν ἄν τι ἀληθές, οὐ μὴν σαφές γε οὐδὲ τέλεον, πρὶν ἂν καὶ ταύτας αὐτῆς πάσας περιέλωμεν;

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν μετὰ ταῦτα ποιητέον ὃ λέγομεν, ἵν' ἐφεξῆς ἡμῖν ὁ λόγος ἴῃ;

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Πρῶτον μὲν τοίνυν δύο τέχνας οὔσας περὶ πάντα τὰ δρώμενα θεασώμεθα.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνας;

contendent: ac plurimum quidem illi huius operis dabunt, multum quoque sibi eiusdem operis vendicabunt. *So.* Sic est omnino. *Hosp.* Praeter has existimare insuper oportet, artes instrumentorum, quibus textor utitur, effectrices, partem sibi in efficienda tela usurpaturas. *So.* Probe. *Hosp.* Utrum textoriae facultatis ratio, quam ut partem elegimus, sufficienter distincta erit, si ipsam aliarum omnium facultatum, quae circa laneam vestem versantur, maximam pulcherrimamque dixerimus? aut ita verum quidem dicetur, perfecte autem et manifeste nequaquam, priusquam ab ista reliquas secreverimus? *So.* Ita certe. *Hosp.* An non ita deinceps agendum est, ut consequenti ordine nobis sermo procedat? *So.* Nihil prohibet. *Hosp.* In primis artes geminas circa omnia quae fiunt, consideremus. *So.* Quas?

ΞΕ. Τὴν μὲν γενέσεως οὖσαν συναίτιον, τὴν δ' αὐτὴν αἰτίαν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅσαι μὲν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μὴ δημιουργοῦσι, ταῖς δὲ δημιουργούσαις ὄργανα παρασκευάζουσιν, ὧν μὴ παραγενομένων οὐκ ἄν ποτε ἐργασθείη τὸ προςτεταγμένον ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν, ταύτας μὲν ξυναιτίους, τὰς δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπεργαζομένας αἰτίας.

ΝΕ. ΣΩ. Ἔχει γοῦν λόγον.

ΞΕ. Μετὰ τοῦτο δὴ τὰς μὲν περί τε ἀτράκτους καὶ κερκίδας καὶ ὁπόσα ἄλλα ὄργανα τῆς περὶ τὰ ἀφιέσματα γενέσεως κοινωνεῖ, πάσας ξυναιτίους εἴπωμεν, τὰς δὲ αὐτὰ θεραπευούσας καὶ δημιουργούσας αἰτίας;

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Τῶν αἰτιῶν δὴ πλυντικὴν μὲν καὶ ἀκεστικὴν 282a
καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα θεραπευτικήν, πολλῆς οὔσης τῆς κοσμητικῆς τοὐνταῦθα αὐτῆς μόριον, εἰκὸς μάλιστα περιλαμβάνειν ὀνομάζοντας πᾶν τῇ τέχνῃ τῇ κναφευτικῇ.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Καὶ μὴν ξαντική γε καὶ νηστικὴ καὶ πάντα αὖ τὰ περὶ τὴν ποίησιν αὐτὴν τῆς ἐσθῆτος ἧς λέγο-

Hosp. Unam quidem generationis, ut ita loquar, concausam, alteram vero causam ipsam. *So.* Quomodo? *Hosp.* Quaecunque rem ipsam non fabricant, sed fabricantibus organa subministrant, quibus absentibus institutum opus nequaquam perficeretur, eas concausas, ut ita dixerim, nominamus: eas autem ipsas, quae principaliter faciunt, causas appellamus. *So.* Consentaneum id quidem. *Hosp.* Post haec artes, quae colum fusumque, radium pectenque efficiunt et alia circa vestium operam instrumenta praeparant, omnes concausas nuncupemus: illas autem, quae vestimenta curant et efficiunt, causas. *So.* Recte. *Hosp.* Ex causis vero partem eam, quae lavat atque consuit, et alias huius generis curaturas, cum multa ornandi diligentia sit, generatim colligere decet et fullonum artem cognominare. *So.* Probe. *Hosp.* Eam autem partem, quae carminat, discernit et filat, et omnes circa vestium effectionem,

μεν μέρη, μία τίς ἐστι τέχνη τῶν ὑπὸ πάντων λεγομένων ἡ ταλασιουργική.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τῆς δὴ ταλασιουργικῆς δύο τμήματά ἐστον, καὶ τούτοιν ἑκάτερον ἅμα δυοῖν πεφύκατον τέχναιν μέρη.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν ξαντικὸν καὶ τὸ τῆς κερκιστικῆς ἥμισυ καὶ ὅσα τὰ συγκείμενα ἀπ' ἀλλήλων ἀφίστησι, πᾶν τοῦτο ὡς ἓν φράζειν τῆς τε ταλασιουργίας αὐτῆς ἐστί που, καὶ μεγάλα τινὲ κατὰ πάντα ἡμῖν ἤστην τέχνα, ἡ συγκριτική τε καὶ διακριτική.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν διακριτικῆς ἥ τε ξαντικὴ καὶ τὰ νῦν δὴ ῥηθέντα ἅπαντά ἐστιν· ἡ γὰρ ἐν ἐρίοις τε καὶ στήμοσι διακριτική, κερκίδι μὲν ἄλλον τρόπον γιγνομένη, χερσὶ δὲ ἕτερον, ἔσχεν ὅσα ἀρτίως ὀνόματα ἐῤῥήθη.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Αὖθις δὴ πάλιν συγκριτικῆς μόριον ἅμα καὶ ταλασιουργίας ἐν αὐτῇ γιγνόμενον λάβωμεν· ὅσα δὲ τῆς διακριτικῆς ἦν αὐτόθι, μετίωμεν ξύμπαντα, δίχα τέμνοντες τὴν ταλασιουργίαν διακριτικῷ τε καὶ συγκριτικῷ τμήματι.

ars una comprehendit, quae communiter lanificium nominatur. *So.* Quidni? *Hosp.* Lanificii porro partitiones duae, et utraeque duarum artium simul partes sunt. *So.* Quemadmodum? *Hosp.* Facultas illa, quae carminat et quae pectine quodam utitur, ac omnino quaecunque sunt coniuncta disiungit, pars lanificii dicitur. cuius maximae partes duae sunt, discretoria una, altera concretoria. *So.* Sic est omnino. *Hosp.* In ea quae discernit, carminatoria et aliae, quas modo diximus, facultates insunt. Nam quae lanas et stamina dividit vel pectine quodam vel manibus, aliter atque aliter nomina cuncta, quae modo diximus, est sortita. *So.* Ita prorsus. *Hosp.* Rursus concretoris partem simul et lanificii in ipsa contentam sumamus: quaecunque autem ibidem discretoria inerant, transeamus, lanificium sic bifariam partientes, in concretoriam partem et discretoriam.

ΝΕ. ΣΩ. Διῃρήσθω.

ΞΕ. Τὸ συγκριτικὸν τοίνυν αὖ σοι καὶ ταλασιουργικὸν ἅμα μόριον, ὦ Σώκρατες, διαιρετέον, εἴ περ ἱκανῶς μέλλομεν τὴν προῤῥηθεῖσαν ὑφαντικὴν αἱρήσειν.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Χρὴ μὲν οὖν· καὶ λέγωμέν γε αὐτῆς τὸ μὲν εἶναι στρεπτικόν, τὸ δὲ συμπλεκτικόν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἆρ' οὖν μανθάνω; δοκεῖς γάρ μοι τὸ περὶ τὴν τοῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν.

ΞΕ. Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ κρόκης. ἢ γένεσιν ἄστροφόν τινα αὐτῆς εὑρήσομεν;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Διόρισαι δὴ καὶ τούτοιν ἑκάτερον· ἴσως γὰρ ὁ διορισμὸς ἔγκαιρος ἄν σοι γένοιτο.

ΝΕ. ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Τῇδε. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος λέγομεν εἶναι κάταγμά τι;

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τούτου δὴ τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον στήμονα μὲν φάθι τὸ νῆμα, τὴν δ' ἀπευθύνουσαν αὐτὸ τέχνην εἶναι στημονονητικήν.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

So. Partiamur. *Hosp.* Partem itaque concretoriam simul et lanificium, o Socrates, dividere decet, si modo propositam nobis texendi artem sufficienter comprehendere volumus. *So.* Oportet sane. *Hosp.* Oportet absque dubio. Ideoque dicamus, partem eius unam in volvendo flectendoque, alteram in complicando versari. *So.* Nunquid haec teneo? videris enim mihi staminis operam in torquendo ponere. *Hosp.* Non huius tantum, sed et subtegminis. An sine retortione generationem huius esse reperiemus? *So.* Nequaquam. *Hosp.* Describe horum utrunque. forte namque descriptio talis opportuna videbitur. *So.* Qualis? *Hosp.* Ecce opus carminatoris, cum in longum latumque protrahitur, deductionem vocamus. *So.* Certe. *Hosp.* Cum hoc factis pensis fuso retortum est, solidumque effectum filum, stamen appellant: artem autem ipsam, quae hoc dirigit et protrahit, staminariam. *So.* Recte.

ΞΕ. Ὅσα δέ γε αὖ τὴν μὲν συστροφὴν χαύνην λαμβάνει, τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς εἶναι τέχνην τὴν κροκονητικὴν φῶμεν.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα.

283 ΞΕ. Καὶ μὴν τό γε τῆς ὑφαντικῆς μέρος ὃ προὐθέμεθα, παντί που δῆλον ἤδη. τὸ γὰρ συγκριτικῆς τῆς ἐν ταλασιουργίᾳ μόριον ὅταν εὐθυπλοκίᾳ κρόκης καὶ στήμονος ἀπεργάζηται πλέγμα, τὸ μὲν πλεχθὲν σύμπαν ἐσθῆτα ἐρεᾶν, τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ τέχνην οὖσαν προσαγορεύομεν ὑφαντικήν.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Εἶεν. τί δή ποτε οὖν οὐκ εὐθὺς ἀπεκρινάμεθα πλεκτικὴν εἶναι κρόκης καὶ στήμονος ὑφαντικήν, ἀλλὰ περιήλθομεν ἐν κύκλῳ πάμπολλα διοριζόμενοι μάτην;

ΝΕ. ΣΩ. Οὔκουν ἔμοιγε, ὦ ξένε, μάτην οὐδὲν τῶν ῥηθέντων ἔδοξε ῥηθῆναι.

ΞΕ. Καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν· ἀλλὰ τάχ' ἄν, ὦ μακάριε, δόξειε. πρὸς δὴ τὸ νόσημα τὸ τοιοῦτον, ἂν ἄρα πολλάκις ὕστερον ἐπίῃ — θαυμαστὸν γὰρ οὐδέν —,

Hosp. Quaecunque vero contortionem mollem accipiunt, et staminis implicatione ad reflexionis attractum moderatam mollitiem nanciscuntur, ea utique filo deducta subtegmina, artem autem ipsam subtegminariam. *So.* Probe. *Hosp.* Atqui pars illa textoriae, quam proposuimus, iam cuivis patet. Nam pars concretoriae facultatis in lanificio, quando recta protractione subtegminis atque staminis implicationem contextumque efficit, totum quidem ipsum implicitum et contextum vestem laneam, artem vero huiusmodi textoriam nuncupamus. *So.* Recte admodum. *Hosp.* At cur non statim respondimus, textoriam artem esse, quae subtegmen et stamen implicat, sed per longas ambages frustra vagati sumus? *So.* Nihil mihi quidem, o hospes, frustra dictum videtur. *Hosp.* Nihil mirum. sed forsitan videbitur, o beate, si frequenter in hunc morbum in posterum [illegible] Nam quid mirum? Audi sermonem, qui de [illegible]

όγον ἀκουσόν τινα προςήκοντα περὶ πάντων τῶν οιούτων ῥηθῆναι.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγε μόνον.

ΞΕ. Πρῶτον τοίνυν ἴδωμεν πᾶσαν τήν τε ὑπερ-'ολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, ἵνα κατὰ λόγον ἐπαινῶμεν αὶ ψέγωμεν τὰ μακρότερα τοῦ δέοντος ἑκάστοτε λε-όμενα καὶ τἀναντία περὶ τὰς τοιάςδε διατριβάς.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Περὶ δὴ τούτων αὐτῶν ὁ λόγος ἡμῖν, οἶμαι, ιγνόμενος ὀρθῶς ἂν γίγνοιτο.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνων;

ΞΕ. Μήκους τε πέρι καὶ βραχύτητος καὶ πάσης περοχῆς τε καὶ ἐλλείψεως. ἡ γάρ που μετρητικὴ περὶ ιάντ' ἐστὶ ταῦτα.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Διέλωμεν τοίνυν αὐτὴν δύο μέρη· δεῖ γὰρ δὴ τρὸς ὃ νῦν σπεύδομεν.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγοις ἂν τὴν διαίρεσιν ὅπῃ.

ΞΕ. Τῇδε, τὸ μὲν κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα μεγέ-θους καὶ σμικρότητος κοινωνίαν, τὸ δὲ κατὰ τὴν τῆς 'ενέσεως ἀναγκαίαν οὐσίαν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Ἄρ' οὐ κατὰ φύσιν δοκεῖ σοι τὸ μεῖζον μη-

mnibus semper est in medium afferendus. *So.* Dic modo. *Hosp.* Excessus in primis defectusque naturam inspiciamus, ut ecundum rationem moderata laudemus, vituperemusque in ingulis, quaecunque modum sermonis non servant, dum in alibus quibusdam disputationibus aut prolixius, quam decet, ut brevius loquimur. *So.* Oportet sane. *Hosp.* De his utique ıre habenda ratio est. *So.* De quibus? *Hosp.* De prolixitate, in-uam, et brevitate, deque omni excessu atque defectu. nam imetiendi facultas ad haec omnia pertinet. *So.* Profecto. *Hosp.* Lam itaque bifariam distinguamus. conducit enim ad id, quod ntendimus. *So.* Dicas, quomodo distinguendum. *Hosp.* Sic. Pars ına secundum mutuam magnitudinis parvitatisque communio-iem: altera secundum necessariam generationis essentiam. *So.* Qui istuc ais? *Hosp.* An non secundum naturam tibi videtur,

δενὸς ἑτέρου δεῖν μεῖζον λέγειν ἢ τοῦ ἐλάττονος, καὶ τοὔλαττον αὖ τοῦ μείζονος ἔλαττον, ἄλλου δὲ μηδενός;

ΝΕ. ΣΩ. Ἔμοιγε.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ τὴν τοῦ μετρίου φύσιν ὑπερβάλλον καὶ ὑπερβαλλόμενον ὑπ' αὐτῆς ἐν λόγοις εἴτε καὶ ἐν ἔργοις ἆρ' οὐκ αὖ λέξομεν ὡς ὄντως γιγνόμενον, ἐν ᾧ καὶ διαφέρουσι μάλιστα ἡμῶν οἵ τε κακοὶ καὶ οἱ ἀγαθοί;

ΝΕ. ΣΩ. Φαίνεται.

ΞΕ. Διττὰς ἄρα ταύτας οὐσίας καὶ κρίσεις τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ σμικροῦ θετέον, ἀλλ' οὐχ, ὡς ἔφαμεν ἄρτι πρὸς ἄλληλα μόνον δεῖν, ἀλλ' ὥς περ νῦν εἴρηται, μᾶλλον τὴν μὲν πρὸς ἄλληλα λεκτέον, τὴν δ' αὖ πρὸς τὸ μέτριον. οὗ δὲ ἕνεκα, μαθεῖν ἆρ' ἂν βουλοίμεθα;

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

284 ΞΕ. Εἰ πρὸς μηδὲν ἕτερον τὴν τοῦ μείζονος ἐάσει τις φύσιν ἢ πρὸς τοὔλαττον, οὐκ ἔσται ποτὲ πρὸς τὸ μέτριον. ἦ γάρ;

ΝΕ. ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὰς τέχνας τε αὐτὰς καὶ τἆργα αὐτῶν ξύμπαντα διολοῦμεν τούτῳ τῷ λόγῳ, καὶ δὴ καὶ τὴν ζητουμένην νῦν πολιτικὴν καὶ τὴν ῥηθεῖσαν ὑφαν-

quod maius est, nullo alio quam minori maius esse dicendum? quodve minus, solo maiori minus? *So.* Mihi vero. *Hosp.* Quid vero? Quod excedit mediocritatem et quod exceditur, seu dicendo sive agendo, nonne esse dicemus ea, quibus boni homines a malis differunt? *So.* Apparet. *Hosp.* Has ergo essentias geminas iudiciaque magni et parvi ponere decet: nec, ut paulo ante dicebamus, invicem solum ista referri debent: immo, ut nunc dictum est, potius partim invicem, partim ad mediocritatem comparanda videntur. Huius autem rationem nunquid intelligere volumus? *So.* Quidni velimus? *Hosp.* Si quis maioris naturam ad minus dumtaxat referat, ad mediocre non referetur. quid ais? *So.* Id ipsum. *Hosp.* An non artes ipsas earumque opera omnia hac ratione secerneremus? eamve, quam quaerimus, civilem et textoriam facultatem e medio tol-

τικὴν ἀφανιοῦμεν; ἅπασαι γάρ αἱ τοιαῦταί που τὸ τοῦ μετρίου πλέον καὶ ἔλαττον οὐχ ὡς οὐκ ὂν ἀλλ' ὡς ὂν χαλεπὸν περὶ τὰς πράξεις παραφυλάττουσι, καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ τὸ μέτρον σώζουσαι πάντα ἀγαθὰ καὶ καλὰ ἀπεργάζονται.

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν ἂν τὴν πολιτικὴν ἀφανίσωμεν, ἄπορος ἡμῖν ἡ μετὰ τοῦτο ἔσται ζήτησις τῆς βασιλικῆς ἐπιστήμης;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Πότερον οὖν, καθά περ ἐν τῷ σοφιστῇ προςηναγκάσαμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο διέφυγεν ἡμᾶς ὁ λόγος, οὕτω καὶ νῦν τὸ πλέον αὖ καὶ ἔλαττον μετρητὰ προςαναγκαστέον γίγνεσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ μετρίου γένεσιν; οὐ γὰρ δὴ δυνατόν γε οὔτε πολιτικὸν οὔτ' ἄλλον τινὰ τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐπιστήμονα ἀναμφισβητήτως γεγονέναι τούτου μὴ συνομολογηθέντος.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ νῦν ὅτι μάλιστα χρὴ ταὐτὸν ποιεῖν.

ΞΕ. Πλέον, ὦ Σώκρατες, ἔτι τοῦτο τὸ ἔργον ἢ ἐκεῖνο· καί τοι κἀκείνου γε μεμνήμεθα τὸ μῆκος ὅσον ἦν. ἀλλ' ὑποτίθεσθαι μὲν τὸ τοιόνδε περὶ αὐτῶν καὶ μάλα δίκαιον.

leremus? hae siquidem omnes quod mediocri maius est aut minus, non quasi non sit, sed ut difficile quiddam in actionibus vitant, atque ita mediocritatem servantes, bona omnia pulchraque efficiunt. *So.* Absque dubio. *Hosp.* Nonne si civilem peritiam sustulerimus, manca nobis et dubia erit regiae scientiae perscrutatio? *So.* Valde. *Hosp.* Utrum quemadmodum in disputatione de Sophista non ens esse coëgimus, postquam in hoc nos effugit oratio: ita nunc plus ipsum et minus cogere debemus commensurabilia esse, non invicem solum, sed ad mediocris quoque generationem? Neque enim civilis disciplinae quispiam neque alterius humanae facultatis sine huius concessione potest esse peritus. *So.* Nonne et in praesentia idem summopere est agendum? *Hosp.* Maius hoc opus, o Socrates, est, quam illud: etsi, quam prolixum illud quoque extitit, recordamur. verum tale quiddam merito de ipsis est supponendum.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὥς ποτε δεήσει τοῦ νῦν λεχθέντος πρὸς τὴν περὶ αὐτὸ τἀκριβὲς ἀπόδειξιν. ὅτι δὲ πρὸς τὰ νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυται, δοκεῖ μοι βοηθεῖν μεγαλοπρεπῶς ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἄρα ἡγητέον ὁμοίως τὰς τέχνας πάσας εἶναι καὶ μεῖζόν τι ἅμα καὶ ἔλαττον μετρεῖσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ μετρίου γένεσιν. τούτου τε γὰρ ὄντος ἐκεῖνα ἔστι κἀκείνων οὐσῶν ἔστι καὶ τοῦτο, μὴ δὲ ὄντος ποτέρου τούτων οὐδέτερον αὐτῶν ἔσται ποτέ.

ΝΕ. ΣΩ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς· ἀλλὰ τί δὴ τὸ μετὰ τοῦτο;

ΞΕ. Δῆλον ὅτι διαιροῖμεν ἂν τὴν μετρητικήν, καθά περ ἐῤῥήθη, ταύτῃ δίχα τέμνοντες, ἓν μὲν τιθέντες αὐτῆς μόριον συμπάσας τέχνας, ὁπόσαι τὸν ἀριθμὸν καὶ μήκη καὶ βάθη καὶ πλάτη καὶ παχύτητας πρὸς τοὐναντίον μετροῦσι, τὸ δὲ ἕτερον, ὁπόσαι πρὸς τὸ μέτριον καὶ τὸ πρέπον καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ δέον καὶ πάνθ᾽ ὁπόσα εἰς τὸ μέσον ἀπῳκίσθη τῶν ἐσχάτων.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ μέγα γ᾽ ἑκάτερον τμῆμα εἶπες, καὶ πολὺ διαφέρον ἀλλήλοιν.

ΞΕ. Ὃ γὰρ ἐνίοτε, ὦ Σώκρατες, οἰόμενοι δή τι

So. Quale? *Hosp.* Quod quandoque opus erit eo, quod nunc est dictum, ad sinceri ipsius absolutique ostensionem. quod autem quo ad praesentia pertinet, egregie sufficienterque monstratum est, conferre mihi videtur sermo iste magnopere, quod videlicet existimandum est, similiter omnes artes sese habere maiusque simul et minus commensurari non invicem tantum, sed etiam ad mediocris ipsius generationem. cum enim hoc est, illa sunt: et cum sunt illa, haec sunt: alterutroque horum sublato, utrumque tollitur. *So.* Hoc quidem recte. verum quid deinceps? *Hosp.* Distinguere decet artem dimetiendi bifariam, quemadmodum supra diximus: unamque illius partem ponere artes omnes, quaecunque numerum, longitudinem, latitudinem, profunditatem et velocitatem ad contrarium metiuntur: alteram vero artes illas, quae ad mediocre moderatumque respiciunt, decensque et opportunum atque debitum, et summatim ad omnia, quae, vitatis extremis, in medium confugerunt. *So.* Ampla quidem utraque portio est, et altera longe ab altera discrepat. *Hosp.* Quod saepenumero ferunt, o Socrates, quasi

σοφὸν φράζειν πολλοὶ τῶν κομψῶν λέγουσιν, ὡς ἄρα 285
μετρητικὴ περὶ πάντ' ἐστὶ τὰ γιγνόμενα, τοῦτ' αὐτὸ τὸ νῦν λεχθὲν ὂν τυγχάνει. μετρήσεως μὲν γὰρ δή τινα τρόπον πάνθ' ὁπόσα ἔντεχνα μετείληφε· διὰ δὲ τὸ μὴ κατ' εἴδη συνειθίσθαι σκοπεῖν διαιρουμένους ταῦτά τε τοσοῦτον διαφέροντα συμβάλλουσιν εὐθὺς εἰς ταὐτὸν ὅμοια νομίσαντες, καὶ τοὐναντίον αὖ τούτου δρῶσιν ἕτερα οὐ κατὰ μέρη διαιροῦντες, δέον, ὅταν μὲν τὴν τῶν πολλῶν τις πρότερον αἴσθηται κοινωνίαν, μὴ προαφίστασθαι πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας, ὁπόσαι περ ἐν εἴδεσι κεῖνται, τας δὲ αὖ παντοδαπὰς ἀνομοιότητας, ὅταν ἐν πλήθεσιν ὀφθῶσι, μὴ δυνατὸν εἶναι δυςωπούμενον παύεσθαι, πρὶν ἂν σύμπαντα τὰ οἰκεῖα ἐντὸς μιᾶς ὁμοιότητος ἕρξας γένους τινὸς οὐσίᾳ περιβάληται. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἐλλείψεων καὶ ὑπερβολῶν εἰρήσθω· φυλάττωμεν δὲ μόνον ὅτι δύο γένη περὶ αὐτὰ ἐξεύρηται τῆς μετρητικῆς καὶ ἅ φαμεν αὔτ' εἶναι μεμνώμεθα.

ΝΕ. ΣΩ. Μεμνησόμεθα.

ΞΕ. Μετὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἕτερον προςδεξώ-

viri illi, qui magnum aliquid ac sapiens loqui se putant, dum praedicant dimetiendi facultatem circa omnia quae fiunt versari, nunc accidit. Quicquid enim artificiosum est, mensurae quodammodo particeps esse apparuit. quoniam vero quidam secundum species considerare nequaquam consueverunt, distinguentes haec tam inter se differentia statim conferunt in idem, similia iudicantes. Atque huius contrarium rursus efficiunt, quae altera sunt, per partes minime distinguentes, cum oporteat, quando quis primo multorum percipit communionem, non prius desistere, quam differentias omnes in ea, quae in speciebus clauduntur, inspexerit: atque iterum, quotiens dissimilitudines plurimas in multitudine sentit et aegre sentit, non prius ab hac aspectus molestia desistere posse, quam cuncta, quae cognata sunt, intra cognationem unam proprietatemque concludens, unius generis essentia vestiat. De his igitur deque excessibus atque defectibus haec dicta sufficiant: id autem dumtaxat servandum, duo videlicet genera circa ipsa mensurae adinventa fuisse, et quae ista sint, mente tenendum. *So.* Tenebimus. *Hosp.* Post hunc sermonem alium assumamus de his

μεθα περὶ αὐτῶν τε τῶν ζητουμένων καὶ περὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς τοιοῖσδε λόγοις διατριβῆς.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἴ τις ἀνέροιτο ἡμᾶς τὴν περὶ γράμματα συνουσίαν τῶν μανθανόντων, ὁπόταν τις ὁτιοῦν ὄνομα ἐρωτηθῇ τίνων ἐστὶ γραμμάτων, πότερον αὐτῷ τότε φῶμεν γίγνεσθαι τὴν ζήτησιν ἑνὸς ἕνεκα μᾶλλον τοῦ προβληθέντος ἢ τοῦ περὶ πάντα τὰ προβαλλόμενα γραμματικωτέρῳ γίγνεσθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Δῆλον ὅτι τοῦ περὶ ἅπαντα. K

ΞΕ. Τί δ' αὖ; νῦν ἡμῖν ἡ περὶ τοῦ πολιτικοῦ ζήτησις ἕνεκ' αὐτοῦ τούτου προβέβληταί μᾶλλον ἢ τοῦ περὶ πάντα διαλεκτικωτέροις γίγνεσθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι τοῦ περὶ πάντα.

ΞΕ. Ἦ που τὸν τῆς ὑφαντικῆς γε λόγον αὐτῆς ταύτης ἕνεκα θηρεύειν οὐδεὶς ἂν ἐθελήσειε νοῦν ἔχων. ἀλλ', οἶμαι, τοὺς πλείστους λέληθεν ὅτι τοῖς μὲν τῶν ὄντων ῥᾳδίως καταμαθεῖν αἰσθηταί τινες ὁμοιότητες πεφύκασιν, ἃς οὐδὲν χαλεπὸν δηλοῦν, ὅταν αὐτῶν τις βουληθῇ τῷ λόγον αἰτοῦντι περί του μὴ μετὰ πραγμάτων ἀλλὰ χωρὶς λόγου ῥᾳδίως ἐνδείξασθαι· τοῖς δ' αὖ μεγίστοις οὖσι καὶ τιμιωτάτοις οὐκ ἔστιν εἴδω-

quae modo quaerebantur, deque omni huiuscemodi sermonum tractatione. *So.* Quid istud? *Hosp.* Si quis forte nos percontetur de puerorum circa literas exercitatione, quando interrogantur, quibus ex literis nomen aliquod constet, utrum putemus tunc eos interrogari unius dumtaxat nominis illius declarandi gratia, an potius ut in omni grammatica eruditiores evadant, quid respondebimus? *So.* Ut in omni grammatica. *Hosp.* Quid porro? civilis viri indagatio nobis ipsius gratia magis proposita est, quam ut in omnibus disserendis acutiores efficiamur? *So.* Patet id quoque, quod omnium gratia. *Hosp.* Nemo utique mentis compos textoriae facultatis rationem ipsius dumtaxat gratia venari contenderet. Verum plurimos latet, ut arbitror, rerum quarundam cognitu facilium sensibiles nonnullas imagines esse, quas declarare nequaquam arduum est, quotiens ipsorum aliquis vult alicui rationem de aliquo perquirenti, non cum ipsis rebus, sed seorsum ratione facile demonstrare. Rerum autem maximarum pretiosissimarumque nulla

λον οὐδὲν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους εἰργασμένον ἐναργῶς, οὗ δειχθέντος τὴν τοῦ πυνθανομένου ψυχὴν ὁ βουλόμενος ἀποπληρῶσαι, πρὸς τῶν αἰσθήσεών τινα προςαρμόττων, ἱκανῶς πληρώσει. διὸ δεῖ μελετᾷν λόγον ἑκάστου δυνατὸν εἶναι δοῦναι καὶ δέξασθαι· τὰ γὰρ ἀσώματα, κάλλιστα ὄντα καὶ μέγιστα, λόγῳ μόνῳ, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ σαφῶς δείκνυται, τούτων δὲ ἕνεκα πάντ' ἐστὶ τὰ νῦν λεγόμενα. ῥάων δ' ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ἡ μελέτη παντὸς πέρι μᾶλλον ἢ περὶ τὰ μείζω. 286

ΝΕ. ΣΩ. Κάλλιστ' εἶπες.

ΞΕ. Ὧν τοίνυν χάριν ἅπανθ' ἡμῖν ταῦτ' ἐῤῥήθη περὶ τούτων, μνησθῶμεν.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνων;

ΞΕ. Ταύτης τε οὐχ ἥκιστ' αὐτῆς ἕνεκα τῆς δυςχερείας, ἣν περὶ τὴν μακρολογίαν τὴν περὶ τὴν ὑφαντικὴν ἀπεδεξάμεθα δυςχερῶς, καὶ τὴν περὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀνείλιξιν καὶ τὴν τοῦ σοφιστοῦ περὶ τῆς τοῦ μὴ ὄντος οὐσίας, ἐννοοῦντες ὡς ἔσχε μῆκος πλέον, καὶ ἐπὶ τούτοις δὴ πᾶσιν ἐπεπλήξαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, δείσαντες μὴ περίεργα ἅμα καὶ μακρὰ λέγοιμεν. ἵν' οὖν εἰςαῦθις μηδὲν πάσχωμεν τοιοῦτον, τούτων ἕνεκα πάντων τὰ πρόσθε νῷν εἰρῆσθαι φάθι.

est imago ad homines perspicue fabricata: qua ostensa qui vult animum sciscitantis explere, sensui cuidam accommodans, ad sufficientiam expleat. Quapropter cogitandum est, ut rei cuiuslibet rationem reddere et recipere valeamus. Incorporea namque, cum maxima et pulcherrima sint, ratione sola, alio vero nullo perspicue declarantur. Horum porro gratia modo nobis dicta sunt omnia. cuiuslibet autem rei consideratio in minoribus facilior, quam in maioribus, exstat. *So.* Praeclare loqueris. *Hosp.* Quorum denique causa dicta de his omnia sunt, recordemur. *So.* Quorum? *Hosp.* Eius praecipue molestiae causa, qua circa textoriae facultatis prolixam orationem affecti sumus, nec non circa totius mundi revolutionem: atque Sophistae sermonem de non entis essentia putavimus sane prolixiorem fuisse, quam deceret disputationem. Atque in his omnibus nosmetipsos deterruimus, metuentes, ne forte in supervacuis diutius versaremur. Ergo, ne deinceps iterum tale nobis aliquid accidat, iccirco supra dicta a nobis omnia puta.

ΝΕ. ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται. λέγε ἑξῆς μόνον.

ΞΕ. Λέγω τοίνυν ὅτι χρὴ δὴ μεμνημένους ἐμὲ καὶ σὲ τῶν νῦν εἰρημένων τόν τε ψόγον ἑκάστοτε καὶ ἔπαινον ποιεῖσθαι βραχύτητος ἅμα καὶ μήκους ὧν ἂν ἀεὶ πέρι λέγωμεν, μὴ πρὸς ἄλληλα τὰ μήκη κρίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῆς μετρητικῆς μέρος, ὃ τότε ἔφαμεν δεῖν μεμνῆσθαι πρὸς τὸ πρέπον.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ πρὸς τοῦτο πάντα. οὔτε γὰρ πρὸς τὴν ἡδονὴν μήκους ἁρμόττοντος οὐδὲν προςδεησόμεθα, πλὴν εἰ μὴ πάρεργόν τι· τό τε αὖ πρὸς τὴν τοῦ προβληθέντος ζήτησιν, ὡς ἂν ῥᾷστα καὶ τάχιστα εὕροιμεν, δεύτερον ἀλλ' οὐ πρῶτον ὁ λόγος ἀγαπᾶν παραγγέλλει, πολὺ δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τὴν μέθοδον αὐτὴν τιμᾶν τοῦ κατ' εἴδη δυνατὸν εἶναι διαιρεῖν, καὶ δὴ καὶ λόγον, ἄν τε παμμήκης λεχθεὶς τὸν ἀκούσαντα εὑρετικώτερον ἀπεργάζηται, τοῦτον σπουδάζειν καὶ τῷ μήκει μηδὲν ἀγανακτεῖν, ἄν τ' αὖ βραχύτερος, ὡςαύτως· ἔτι δ' αὖ πρὸς τούτοις τὸν περὶ τὰς τοιάςδε συνουσίας ψέγοντα λόγων μήκη καὶ τὰς ἐν κύκλῳ περιόδους οὐκ ἀποδεχόμενον, ὅτι χρὴ τὸν τοιοῦτον μὴ
287 πάνυ ταχὺ μηδ' εὐθὺς οὕτω μεθιέναι ψέξαντα μόνον

So. Fiet. dic age quae restant. *Hosp.* Dico igitur oportere et me et te eorum, quae diximus, semper memores esse, quotienscunque vel brevitas vel prolixitas sermonis in vituperationem cadit, ita ut non invicem prolixitates diiudicemus, sed secundum facultatis dimetiendi partem, quam supra diximus ad decori normam esse referendam. *So.* Scite. *Hosp.* Non ergo ad hoc omnia referenda videntur. neque enim prolixitate nulli conveniente ad voluptatem egebimus, nisi quod praeter propositum. Ut autem quod quaeritur, facillime celerrimeque reperiatur, non primo, sed secundo loco contendere ratio praecipit: maxime vero omnium atque primum illum honorare progressum, quo secundum species distinguere valeamus: disputationemque longam haud moleste ferre, sed affectare potius, si modo nobis ad inventionem conferat: brevemque, similiter. Eumque iubet, qui longiora verba vituperat, circuitusque disputationum huiusmodi non admittit, haud ita leviter temereque

ὡς μακρὰ τὰ λεχθέντα, ἀλλὰ καὶ προσαποφαίνειν οἴεσθαι δεῖν ὡς βραχύτερα ἂν γενόμενα τοὺς συνόντας ἀπειργάζετο διαλεκτικωτέρους καὶ τῆς τῶν ὄντων λόγῳ δηλώσεως εὑρετικωτέρους, τῶν δὲ ἄλλων καὶ πρὸς ἄλλ' ἄττα ψόγων καὶ ἐπαίνων μηδὲν φροντίζειν μηδὲ τὸ παράπαν ἀκούειν δοκεῖν τῶν τοιούτων λόγων. Καὶ τούτων μὲν ἅλις, εἰ καὶ σοὶ ταύτῃ ξυνδοκεῖ· πρὸς δὲ δὴ τὸν πολιτικὸν ἴωμεν πάλιν, τῆς προῤῥηθείσης ὑφαντικῆς αὐτῷ φέροντες τὸ παράδειγμα.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς εἶπες, καὶ ποιῶμεν ἃ λέγεις.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀπό γε τῶν πολλῶν ὁ βασιλεὺς ὅσαι ξύννομοι, μᾶλλον δὲ ἀπὸ πασῶν τῶν περὶ τὰς ἀγέλας διακεχώρισται. λοιπαὶ δέ, φαμέν, αἱ κατὰ πόλιν αὐτὴν τῶν τε ξυναιτίων καὶ τῶν αἰτίων, ἃς πρώτας ἀπ' ἀλλήλων διαιρετέον.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οἶσθ' οὖν ὅτι χαλεπὸν αὐτὰς τεμεῖν δίχα; τὸ δ' αἴτιον, ὡς οἶμαι, προϊοῦσιν οὐχ ἧττον ἔσται καταφανές.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν χρὴ δρᾶν οὕτως.

ΞΕ. Κατὰ μέλη τοίνυν αὐτὰς οἷον ἱερεῖον διαιρώμεθα, ἐπειδὴ δίχα ἀδυνατοῦμεν. δεῖ γὰρ εἰς τὸν ἐγγύτατα ὅτι μάλιστα τέμνειν ἀριθμὸν ἀεί.

damnare prolixitatem; immo ostendere prius, disputationem breviorem audientes et promptiores ad disserendum et ad inveniendum sagaciores redditurам: alias autem et alio tendentes increpationes et laudes nec curare penitus nec audire. Ac de his satis, si tibi quoque videtur. Ad civilem facultatem iterum redeamus, textoris exemplum, quod supra posuimus, conferentes. *So.* Egregie locutus es: atque ita, ut iubes, efficiamus. *Hosp.* Nonne iam rex a multis pastorum officiis, immo ab omnibus armentorum custodibus est distinctus? Restant urbanae facultates concausarum pariter et causarum, quas primum a se invicem separare debemus. *So.* Recte. *Hosp.* Has partiri bifariam difficile est. Cuius difficultatis causa sequenti sermone patebit. *So.* Sic prorsus agendum. *Hosp.* Per membra itaque ipsas, instar victimae, discerpamus, postquam secare bifariam non valemus. oportet enim in proximum semper numerum distribuere

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς οὖν ποιῶμεν τὰ νῦν;

ΞΕ. Ὥς περ ἔμπροσθεν, ὁπόσαι παρείχοντο ὄργανα περὶ τὴν ὑφαντικήν, πάσας δή που τότε ἐτίθεμεν ὡς συναιτίους.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ νῦν δὴ ταὐτὸν μὲν τοῦτο, ἔτι δὲ μᾶλλον ἢ τόθ' ἡμῖν ποιητέον. ὅσαι γὰρ σμικρὸν ἢ μέγα τι δημιουργοῦσι κατὰ πόλιν ὄργανον, θετέον ἁπάσας ταύτας ὡς οὔσας συναιτίους. ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἄν ποτε γένοιτο πόλις οὐδὲ πολιτική, τούτων δ' αὖ βασιλικῆς ἔργον τέχνης οὐδέν που θήσομεν.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐ γάρ.

ΞΕ. Καὶ μὲν δὴ χαλεπὸν ἐπιχειροῦμεν δρᾷν ἀποχωρίζοντες τοῦτο ἀπὸ τῶν ἄλλων τὸ γένος· ὅ τι γὰρ οὖν τῶν ὄντων ὡς ἔστιν ἑνός γέ τινος ὄργανον εἰπόντα δοκεῖν εἰρηκέναι τι πιθανόν. ὅμως δὲ ἕτερον αὖ τῶν ἐν πόλει κτημάτων εἴπωμεν τόδε.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὡς οὐκ ἔστι ταύτην τὴν δύναμιν ἔχον. οὐ γὰρ ἐπὶ γενέσεως αἰτίᾳ πήγνυται, καθά περ ὄργανον, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ δημιουργηθέντος σωτηρίας.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τοῦτο ὃ δὴ ξηροῖς καὶ ὑγροῖς καὶ ἐμπύροις

So. Quo pacto? experiamur iam. *Hosp.* Quemadmodum in superioribus omnes, quae instrumenta texturae parabant, veluti concausas posuimus. *So.* Nempe. *Hosp.* Idem quoque in praesentia, et multo magis agendum. quaecunque enim magnum aliquod aut parvum in urbe fabricant instrumentum, tanquam concausae ponendae sunt. nam sine his civitas constare non potest, neque civilis disciplina consistere. Nullum tamen horum regiae artis opus esse ponemus. *So.* Nullum prorsus. *Hosp.* Atqui difficile quiddam aggrederemur, si genus hoc ab aliis distingueremus. Qui utique dicit, unius cuiusdam eorum, quae sunt, instrumentum esse, verisimile quiddam loqui videtur: alterum quin etiam eorum, quae possidentur in civitate, hoc est dicendum. *So.* Quidnam? *Hosp.* Quod hanc vim non habet. neque enim causae generationis in hoc, ut in instrumento, sed ad eius quod fabricatum est salutem respicit. *So.* Quale istud? *Hosp.* Quod siccis et humidis, igne calefactis et

καὶ ἀπύροις παντοδαπὸν εἶδος ἐργασθέν, ἀγγεῖον ὃ δὴ μιᾷ κλήσει προςφθεγγόμεθα, καὶ μάλα γε συχνὸν εἶδος καὶ τῇ ζητουμένῃ γε, ὡς οἶμαι, προςῆκον οὐδὲν 288 ἀτεχνῶς ἐπιστήμῃ.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τούτων δὴ τρίτον ἕτερον εἶδος κτημάτων πάμπολυ κατοπτέον πεζὸν καὶ ἔνυδρον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἀπλανὲς καὶ τίμιον καὶ ἄτιμον, ἓν δὲ ὄνομα ἔχον, διότι πᾶν ἕνεκά τινος ἐφέδρας ἐστί, θᾶκος ἀεί τινι γιγνόμενον.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὄχημα αὐτό που λέγομεν, οὐ πάνυ πολιτικῆς ἔργον, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ τεκτονικῆς καὶ κεραμεικῆς καὶ χαλκοτυπικῆς.

ΝΕ. ΣΩ. Μανθάνω.

ΞΕ. Τί δέ; τέταρτον ἆρ' ἕτερον εἶναι τούτων λεκτέον, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστά ἐστι τῶν πάλαι ῥηθέντων, ἐσθής τε ξύμπασα καὶ τῶν ὅπλων τὸ πολὺ καὶ τείχη πάντα θ' ὅσα γήϊνα περιβλήματα καὶ λίθινα, καὶ μυρία ἕτερα; προβολῆς δὲ ἕνεκα ξυμπάντων αὐτῶν εἰργασμένων δικαιότατ' ἂν ὅλον προςαγορεύοιτο πρόβλημα, καὶ πολλῷ μᾶλλον τέχνης οἰκοδομικῆς ἔργον καὶ ὑφαντικῆς τὸ πλεῖστον νομίζοιτ' ἂν ὀρθότερον ἢ πολιτικῆς.

frigidis varium genus effectum, quod una appellatione vas nominamus, quamvis species plurima sit. hoc autem scientiae illius, quam perquirimus, non est opus. *So.* Non certe. *Hosp.* Tertia possessionum species multiformis apparet, terrestris atque aquatica, multivaga et non errans, pretiosa et vilis: uno significata nomine, quia universum hoc semper alicui sedes efficitur, assessionis, praesidentiae explorationisque gratia. *So.* Quid hoc? *Hosp.* Vehiculum nuncupamus, haud sane multum peritiae civilis opus, immo architecturae figulariaeque et aerariae facultatis officium. *So.* Intelligo equidem. *Hosp.* Nunquid quartum praeter ista dicendum, in quo plurima ex iis, quae supra retulimus, continentur? vestimenta, arma multa, muri, terrenique et lapidei ambitus, aliaque permulta. Cumque haec omnia muniendi obiiciendique gratia fiant, recte munimenta obstaculaque communiter appellari possunt, multoque magis architectorum textorumque, quam civilis, sunt opera.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Πέμπτον δὲ ἆρ' ἂν ἐθέλοιμεν τὸ περὶ τὸν κόσμον καὶ γραφικὴν θεῖναι καὶ ὅσα ταύτῃ προσχρώμενα καὶ μουσικῇ μιμήματα τελεῖται, πρὸς τὰς ἡδονὰς μόνον ἡμῶν ἀπειργασμένα, δικαίως δ' ἂν ὀνόματι περιληφθέντα ἑνί;

ΝΕ. ΣΩ. Ποίῳ;

ΞΕ. Παίγνιόν πού τι λέγεται;

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τοῦτο τοίνυν τούτοις ἓν ὄνομα ἅπασι πρέψει προσαγορευθέν· οὐ γὰρ σπουδῆς οὐδὲν αὐτῶν χάριν, ἀλλὰ παιδιᾶς ἕνεκα πάντα δρᾶται.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ τοῦτο σχεδὸν ἔτι μανθάνω.

ΞΕ. Τὸ δὲ πᾶσι τούτοις σώματα παρέχον, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς δημιουργοῦσιν ὁπόσαι τῶν τεχνῶν νῦν εἴρηνται, παντοδαπὸν εἶδος πολλῶν ἑτέρων τεχνῶν ἔκγονον ὄν, ἆρ' οὐχ ἕκτον θήσομεν;

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΞΕ. Χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ πάνθ' ὁπόσα μεταλλεύεται καὶ ὅσα δρυοτομικὴ καὶ κουρὰ ξύμπασα τέμνουσα παρέχει τεκτονικῇ καὶ πλεκτικῇ· καὶ ἔτι φλοιστικὴ φυτῶν τε καὶ ἐμψύχων δέρματα σωμάτων πε-

So. Sic est omnino. *Hosp.* Num quinto loco ornandi, pingendi, canendi artes locabimus, et quaecunque his utuntur, et ab his fiunt imitationes quaedam, oblectationis gratia dumtaxat excogitatae, quae merito uno quodam nomine comprehenduntur? *So.* Quo? *Hosp.* Universum hoc iocosum quiddam denominatur. *So.* Absque dubio. *Hosp.* Unum hoc nomen omnibus his conveniet. neque enim illorum quicquam studii, sed ioci gratia semper efficitur. *So.* Hoc quoque ferme intelligo. *Hosp.* Facultatem vero illam, quae his omnibus praeparat corpora, ex quibus et in quibus conficiuntur artium, quas modo narravimus, opera, nonne sextam ponemus, speciem variam et ex multis artibus dependentem? *So.* Quam dicis? *Hosp.* Eam, quae aurum et argentum ceteraque metalla terrae eruta visceribus praeparat. item quae silvas incidit, quae tondet, quae ex his construit aliquid, quae plicat atque contexit, seu quae cortices arborum, sive quae animalium pelles circumcidit et polit: et

ῥιαιροῦσα σκυτοτομική, καὶ ὅσαι περὶ τὰ τοιαῦτ' εἰσὶ τέχναι, καὶ φελλῶν καὶ βίβλων καὶ δεσμῶν ἐργαστικαί, παρέσχον δημιουργεῖν σύνθετα ἐκ μὴ συντιθεμένων εἴδη γενῶν. ἓν δὲ αὐτὸ προσαγορεύωμεν πᾶν τὸ πρωτογενὲς ἀνθρώποις κτῆμα, καὶ ἀξύνθετον καὶ βασιλικῆς ἐπιστήμης οὐδαμῶς ἔργον ὄν.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Τὴν δὴ τῆς τροφῆς κτῆσιν, καὶ ὅσα εἰς τὸ σῶμα ξυγκαταμιγνύμενα ἑαυτῶν μέρεσι μέρη σώματος
εἰς τὸ θεραπεῦσαί τινα δύναμιν εἴληχε, λεκτέον ἕβδο- 289
μον ὀνομάσαντας αὐτὸ ξύμπαν ἡμῶν εἶναι τροφόν, εἰ μή τι κάλλιον ἔχομεν ἄλλο θέσθαι. γεωργικῇ δὲ καὶ θηρευτικῇ καὶ γυμναστικῇ καὶ ἰατρικῇ καὶ μαγειρικῇ πᾶν ὑποτιθέντες ὀρθότερον ἀποδώσομεν ἢ τῇ πολιτικῇ.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Σχεδὸν τοίνυν ὅσα ἔχεται κτήσεως, πλὴν τῶν ἡμέρων ζώων, ἐν τούτοις ἑπτὰ οἶμαι γένεσιν εἰρῆσθαι. σκόπει δέ· ἦν γὰρ δικαιότατα μὲν ἂν τεθὲν κατ' ἀρχὰς τὸ πρωτογενὲς εἶδος, μετὰ δὲ τοῦτο ὄργανον, ἀγγεῖον, ὄχημα, πρόβλημα, παίγνιον, θρέμμα. παραλείπομεν δὲ εἴ τι μὴ μέγα λέληθεν εἴς τι τούτων δυ-

quaecunque artes circa huiusmodi quaedam versantur. rursus illae, a quibus suber, liber, codex vinculaque parantur, ut fiant compositae species ex generibus non compositis. universum hoc appellamus primogenitam hominibus possessionem et simplicem: quod regiae artis nequaquam est opus. *So.* Optime. *Hosp.* Septimum tenet locum nutrimenti possessio, et quaecunque commixta corpori, partibus suis partes corporis alere possunt atque curare: quod totum alimentum dici debet, nisi quid forte pulchrius reperiamus. Agriculturae autem, venationi, gymnasticae, medicinae, coquinariae universum hoc rectius, quam civili, tribuitur. *So.* Rectius sane. *Hosp.* Ferme omnia, quae possidentur, praeter domesticorum animalium species, in his septem arbitror numerata. Sic autem cogita. Par erat primogenitam speciem primum inducere: instrumentum deinde, vas, vehiculum, munimentum, oblectamentum, animal praetermittimus sane, si quid non magnum latuit, quod

νατὸν ἁρμόττειν, οἷον ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα καὶ σφραγίδων καὶ παντὸς χαρακτῆρος. γένος τε γὰρ ἐν αὐτοῖς ταῦτα οὐδὲν ἔχει μέγα ξύννομον, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς κόσμον, τὰ δὲ εἰς ὄργανα βίᾳ μέν, ὅμως δὲ πάντως ἑλκόμενα συμφωνήσει. τὰ δὲ περὶ ζώων κτῆσιν τῶν ἡμέρων, πλὴν δούλων, ἡ πρότερον ἀγελαιοτροφικὴ διαμερισθεῖσα πάντα εἰληφυῖα ἀναφανεῖται.

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὲ δὴ δούλων καὶ πάντων ὑπηρετῶν λοιπόν, ἐν οἷς που καὶ μαντεύομαι τοὺς περὶ αὐτὸ τὸ πλέγμα ἀμφισβητοῦντας τῷ βασιλεῖ καταφανεῖς γενήσεσθαι, καθά περ τοῖς ὑφάνταις τότε τοὺς περὶ τὸ νήθειν τε καὶ ξαίνειν καὶ ὅσ' ἄλλα εἴπομεν. οἱ δ' ἄλλοι πάντες, ὡς συναίτιοι λεχθέντες, ἅμα τοῖς ἔργοις τοῖς νῦν δὴ ῥηθεῖσιν ἀνήλωνται καὶ ἀπεχωρίσθησαν ἀπὸ βασιλικῆς τε καὶ πολιτικῆς πράξεως.

ΝΕ. ΣΩ. Ἐοίκασι γοῦν.

ΞΕ. Ἴθι δὴ σκεψώμεθα τοὺς λοιπούς, προςελθόντες ἐγγύθεν, ἵν' αὐτοὺς εἰδῶμεν βεβαιότερον.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Τοὺς μὲν δὴ μεγίστους ὑπηρέτας, ὡς ἐνθένδε

alicui istorum accommodari possit, qualis est nummorum idea sigillorumque et omnis characteris. Genus enim haec in illis non admodum cognatum habent, sed partim in ornatum, partim in instrumenta, vi quidem, attamen penitus tracta, quodammodo congruunt. Possessionem vero animalium domesticorum, servis exceptis, gregis nutritio primo distincta comprehendisse videtur. *So.* Et maxime quidem. *Hosp.* Restat servorum ministrorumque omnium genus, in quo vaticinor, eos palam insurrecturos, qui de textura cum rege contendant, quemadmodum cum textore qui carminant filantque, et qui alia, de quibus diximus, faciunt. Ceteri vero omnes, tanquam concausae dicti, una cum nunc memoratis operibus a regia civilique actione seiuncti sunt atque discreti. *So.* Apparuit. *Hosp.* Consideremus reliquos quam proxime accedentes, ut certius ipsos cognoscamus. *So.* Oportet omnino. *Hosp.* Maximos porro ministros, quantum hinc intueri licet, contra-

ϑεῖν, τοὐναντίον ἔχοντας εὑρίσκομεν οἷς ὑπωπτεύσαμεν ἐπιτήδευμα καὶ πάϑος.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνας;

ΞΕ. Τοὺς ὠνητούς τε καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ κτητούς· οὓς ἀναμφισβητήτως δούλους ἔχομεν εἰπεῖν, ἥκιστα βασιλικῆς μεταποιουμένους τέχνης.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δαί; τῶν ἐλευϑέρων ὅσοι τοῖς νῦν δὴ ῥηϑεῖσιν εἰς ὑπηρετικὴν ἑκόντες αὑτοὺς τάττουσι, τά τε γεωργίας καὶ τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἔργα διακομίζοντες πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀνισοῦντες, οἱ μὲν κατ' ἀγοράς, οἱ δὲ πόλιν ἐκ πόλεως ἀλλάττοντες κατὰ ϑάλατταν καὶ πεζῇ, νόμισμά τε πρὸς τἆλλα καὶ αὐτὸ πρὸς αὑτὸ διαμείβοντες, οὓς ἀργυραμοιβούς τε καὶ ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους καὶ καπήλους ἐπωνομάκαμεν, μῶν τῆς 290 πολιτικῆς ἀμφισβητήσουσί τι;

ΝΕ. ΣΩ. Τάχ' ἂν ἴσως τῆς γε τῶν ἐμπορευτικῶν.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ μήν, οὕς γε ὁρῶμεν μισϑωτοὺς καὶ ϑῆτας πᾶσιν ἑτοιμότατα ὑπηρετοῦντας, μή ποτε βασιλικῆς μεταποιουμένους εὕρωμεν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Τί δὲ ἄρα τοὺς τὰ τοιάδε διακονοῦντας ἡμῖν ἑκάστοτε;

iam exercitationem passionemque illi, quam suspicati sumus, habere reperiemus. *So.* Quos? *Hosp.* Empta mancipia et simili quodam modo in servitutem coactos homines: quos sine controversia servos cognominare possumus, longissime a regia dignitate distantes. *So.* Quidni? *Hosp.* Quid dicemus de liberis, quicunque sponte, quae supra diximus, subministrant, agriculturae et aliarum artium opera transportant, mutuisque commutant commerciis, sive de foro in forum in urbe eadem, seu de urbe terra marique transferentes in urbem, partim cum rebus aliis nummos, simile quiddam simili commutantes, quos nummularios, mercatores, nauticos, vectores, caupones denominavimus? nunquid isti civilem sibi peritiam vendicabunt? *So.* Forte mercatores. *Hosp.* Non tamen illi, quos utpote mercenarios cernimus passim omnibus ad serviendum expositos, regiam usurpare dignitatem reperientur. *So.* Est, ut dicis. *Hosp.* Quid vero de his, qui talia quaedam nobis ubique suppeditant?

ΝΕ. ΣΩ. Τὰ ποῖα εἶπες καὶ τίνας;

ΞΕ. Ὧν τὸ κηρυκικὸν ἔθνος, ὅσοι τε περὶ γράμματα σοφοὶ γίγνονται πολλάκις ὑπηρετήσαντες, καὶ πόλλ' ἄττα ἕτερα περὶ τὰς ἀρχὰς διαπονεῖσθαι τινὲς ἕτεροι πάνδεινοι, τί τούτους αὖ λέξομεν;

ΝΕ. ΣΩ. Ὅ περ εἶπες νῦν, ὑπηρέτας, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ μήν, οἶμαί γε, ἐνύπνιον ἰδὼν εἶπον ταύτῃ πῃ φανήσεσθαι τοὺς διαφερόντως ἀμφισβητοῦντας τῆς πολιτικῆς. καὶ τοι σφόδρα γε ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειε τὸ ζητεῖν τούτους ἐν ὑπηρετικῇ μοίρᾳ τινί.

ΝΕ. ΣΩ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἔτι δὴ προσμίξωμεν ἐγγύτερον ἐπὶ τοὺς μήπω βεβασανισμένους. εἰσὶ δὲ οἵ τε περὶ μαντικὴν ἔχοντές τινος ἐπιστήμης διακόνου μόριον· ἑρμηνευταὶ γάρ που νομίζονται παρὰ θεῶν ἀνθρώποις.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ τὸ τῶν ἱερέων αὖ γένος, ὡς τὸ νόμιμόν φησι, παρὰ μὲν ἡμῶν δωρεὰς θεοῖς διὰ θυσιῶν ἐπιστῆμόν ἐστι κατὰ νοῦν ἐκείνοις δωρεῖσθαι, παρὰ δὲ ἐκείνων ἡμῖν εὐχαῖς κτῆσιν ἀγαθῶν αἰτήσασθαι. ταῦτα δὲ διακόνου τέχνης ἐστί που μόρια ἀμφότερα.

So. Quos dicis, et quarum rerum suppeditatores? *Hosp.* Genus praeconum inquam, et eorum, qui sapienter circa publicas literas subministrant, nonnullosque alios solertes rerum ad principum ministerium pertinentium elaboratores. Quid de his dicendum, Socrates? *So.* Quod et ipse dicebas, ministros esse, non principes civitatum. *Hosp.* Haud ab re, ut arbitror, in superioribus dixi inventuros nos hac ratione plerosque de civili curatione vehementes concertatores: quamvis absurdum alicui videri possit, eos in ministrorum numero quaerere. *So.* Valde quidem. *Hosp.* Accedamus praeterea propius ad eos, qui nondum examinati sunt. hi vero sunt, qui circa vaticinium habent scientiae alicuius ministrae particulam. Interpretes enim divinorum ad homines hi censentur. *So.* Certe. *Hosp.* Quin etiam sacerdotum genus, ut lege habetur, intelligit docetque, quo pacto donaria diis et sacra sint offerenda: item qua ratione vovendum sit, quidve boni sit a diis petendum. Haec autem ambo ministratoriae artis partes sunt.

ΝΕ. ΣΩ. Φαίνεται γοῦν.

ΞΕ. Ἤδη τοίνυν μοι δοκοῦμεν οἷόν γέ τινος ἴχνους ἐφ' ὃ πορευόμεθα προσάπτεσθαι. τὸ γὰρ δὴ τῶν ἱερέων σχῆμα καὶ τὸ τῶν μάντεων εὖ μάλα φρονήματος πληροῦται καὶ δόξαν σεμνὴν λαμβάνει διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐγχειρημάτων, ὥστε περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ' ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς ἄρχειν, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τύχῃ πρότερον ἐξ ἄλλου γένους βιασάμενος, ὕστερον ἀναγκαῖον εἰς τοῦτο εἰστελεῖσθαι αὐτὸν τὸ γένος. ἔτι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλαχοῦ ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς τὰ μέγιστα τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα θύματα εὕροι τις ἂν προσταττόμενα θύειν. καὶ δὴ καὶ παρ' ὑμῖν οὐχ ἥκιστα δῆλον ὃ λέγω· τῷ γὰρ λαχόντι βασιλεῖ φασὶ τῇδε τὰ σεμνότατα καὶ μάλιστα πάτρια τῶν ἀρχαίων θυσιῶν ἀποδεδόσθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΞΕ. Τούτους τε τοίνυν τοὺς κληρωτοὺς βασιλέας 291
ἅμα καὶ ἱερέας, καὶ ὑπηρέτας αὐτῶν καί τινα ἕτερον πάμπολυν ὄχλον σκεπτέον, ὃς ἄρτι κατάδηλος νῦν ἡμῖν γέγονεν ἀποχωρισθέντων τῶν ἔμπροσθεν.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνας δ' αὐτοὺς καὶ λέγεις;

ΞΕ. Καὶ μάλα τινὰς ἀτόπους.

ΝΕ. ΣΩ. Τί δή;

So. Videtur. *Hosp.* Iam igitur vestigium quoddam eius, quod investigamus, attingere videmur. figura namque sacerdotum et vatum magnanimitate intelligentiaque et claritate abundat, propter eorum quae aggrediuntur magnificentiam. Quapropter apud Aegyptios non licet regem absque sacerdotio imperare. quin immo, si ex alio genere quispiam vi regnum usurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari, ut rex denique sit et sacerdos. Praeterea in plurimis Graecorum civitatibus, apud vos praesertim, reperies praecipua sacra a magistratibus summis institui. nam et apud vos fertur, creato regi patria et sollemnia sacra maxima, et purissima aliorum omnium esse tributa. *So.* Et maxime quidem. *Hosp.* Hos itaque sorte creatos reges sacerdotesque, et eorum ministros, nec non aliam quandam frequentem turbam considerare debemus, quae nuper semotis superioribus in lucem venit. *So.* Quos inquis? *Hosp.* Miros quosdam inquam. *So.* Quamobrem?

ΞΕ. Παμφυλόν τι γένος αὐτῶν ὥς γε ἄρτι σκοπουμένῳ φαίνεται. πολλοὶ μὲν γὰρ λέουσι τῶν ἀνδρῶν εἴξασι καὶ κενταύροις καὶ τοιούτοισιν ἑτέροις, πάμπολλοι δὲ Σατύροις καὶ τοῖς ἀσθενέσι καὶ πολυτρόποις θηρίοις· ταχὺ δὲ μεταλλάττουσι τάς τε ἰδέας καὶ τὴν δύναμιν εἰς ἀλλήλους. καὶ μέντοι μοι νῦν, ὦ Σώκρατες, ἄρτι δοκῶ κατανενοηκέναι τοὺς ἄνδρας.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγοις ἄν· ἔοικας γὰρ ἄτοπόν τι καθορᾶν.

ΞΕ. Ναί· τὸ γὰρ ἄτοπον ἐξ ἀγνοίας πᾶσι συμβαίνει. καὶ γὰρ δὴ καὶ νῦν αὐτὸς τοῦτο ἔπαθον· ἐξαίφνης ἠμφεγνόησα κατιδὼν τὸν περὶ τὰ τῶν πόλεων πράγματα χορόν.

ΝΕ. ΣΩ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα καὶ ταύτης τῆς τέχνης ἐμπειρότατον· ὃν ἀπὸ τῶν ὄντως ὄντων πολιτικῶν καὶ βασιλικῶν καί περ παγχάλεπον ὄντα ἀφαιρεῖν ἀφαιρετέον, εἰ μέλλομεν ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ ζητούμενον.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε οὐκ ἀνετέον.

ΞΕ. Οὔκουν δὴ κατά γε τὴν ἐμήν. καί μοι φράζε τόδε.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

Hosp. Modo cogitanti mihi multiforme horum genus apparet. Multi ex viris leonum similes sunt, centaurorumque aliorumque huiusmodi: plurimi etiam satyrorum imbecilliumque et multiformium bestiarum: citoque transmutant et alternant invicem ideas atque potentias. Enimvero nunc primum eiusmodi viros, o Socrates, excogitasse mihi videor. *So.* Dic, obsecro. videris enim mirum quiddam nunc intueri. *Hosp.* Profecto. Nam ut mirum aliquid contingat nobis, ignoratio semper efficit. Atqui mihi modo idem contigit. repente namque ut ambigerem accidit, cum chorum negotiorum civilium intuerer. *So.* Quem? *Hosp.* Maximum Sophistarum omnium praestigiatorem, huiusque artis prae ceteris peritissimum: quem discernere decet a viris re vera regiis atque civilibus, quamvis arduum id sit, si modo quod quaerimus perspicue cognoscere volumus. *So.* Nullo modo hoc dimittendum. *Hosp.* Non certe, ut arbitror. Ac mihi dicas.

ΞΕ. Ἆρ' οὐ μοναρχία τῶν πολιτικῶν ἡμῖν ἀρχῶν ἐστὶ μία;

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μετὰ μοναρχίαν εἴποι τις ἄν, οἶμαι, τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τρίτον δὲ σχῆμα πολιτείας οὐχ ἡ τοῦ πλήθους ἀρχή, δημοκρατία τοὔνομα κληθεῖσα;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τρεῖς δ' οὖσαι μῶν οὐ πέντε τρόπον τινὰ γίγνονται, δύο ἐξ ἑαυτῶν ἄλλα πρὸς αὑταῖς ὀνόματα τίκτουσαι;

ΝΕ. ΣΩ. Ποῖα δή;

ΞΕ. Πρὸς τὸ βίαιόν που καὶ ἑκούσιον ἀποσκοποῦντες νῦν, καὶ πενίαν καὶ πλοῦτον, καὶ νόμον καὶ ἀνομίαν, ἐν αὐταῖς γιγνόμενα, διπλῆν ἑκατέραν τοῖν δυοῖν διαιροῦντες μοναρχίαν μὲν προσαγορεύουσιν ὡς δύο παρεχομένην εἴδη δυοῖν ὀνόμασι, τυραννίδι, τὸ δὲ βασιλικῇ.

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τὴν δὲ ὑπ' ὀλίγων γε ἑκάστοτε κρατηθεῖσαν πόλιν ἀριστοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ.

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΞΕ. Δημοκρατίας γε μήν, ἐάν τ' οὖν βιαίως ἐάν

An non monarchia, id est principatus unius, una quaedam est gubernationum civilium? *So.* Est. *Hosp.* Post hanc paucorum potentiam ponere possumus. *So.* Sane. *Hosp.* Tertiam vero multitudinis gubernationem, quam popularem vocant. *So.* Prorsus. *Hosp.* Nonne tres istae quodammodo quinque fiunt, cum duo nomina ex se insuper pariant? *So.* Quaenam? *Hosp.* Cum animadvertant plurimi invitis vel volentibus imperari posse, et lege vel arbitrio praesidere contingat, et pauperes esse qui praesunt vel divitiis ad imperium evehi, duas in species tam unius quam paucorum dividunt principatum. Et unius quidem principatum in regnum et tyrannidem partiuntur. *So.* Utique. *Hosp.* Gubernationem vero, quae paucis agitur, in paucorum potentiam et potentiam optimatum. *So.* Omnino. *Hosp.* Popularis vero gubernationis nomen nullus

τε ἑκουσίως τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων τὸ πλῆθος ἄρχῃ,
292 καὶ ἐάν τε τοὺς νόμους ἀκριβῶς φυλάττον ἐάν τε μή, πάντως τοὔνομα οὐδεὶς αὐτῆς εἴωθε μεταλλάττειν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Τί οὖν; οἰόμεθά τινα τούτων τῶν πολιτειῶν ὀρθὴν εἶναι τούτοις τοῖς ὅροις ὁρισθεῖσαν, ἑνὶ καὶ ὀλίγοις καὶ πολλοῖς, καὶ πλούτῳ καὶ πενίᾳ, καὶ τῷ βιαίῳ καὶ ἑκουσίῳ, καὶ μετὰ γραμμάτων καὶ ἄνευ νόμων ξυμβαίνουσαν γίγνεσθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Τί γὰρ δὴ καὶ κωλύει;

ΞΕ. Σκόπει δὴ σαφέστερον, τῇδε ἑπόμενος.

ΝΕ. ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Τῷ ῥηθέντι κατὰ πρώτας πότερον ἐμμενοῦμεν ἢ διαφωνήσομεν;

ΝΕ. ΣΩ. Τῷ δὴ ποίῳ λέγεις;

ΞΕ. Τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν τῶν ἐπιστημῶν εἶναί τινα ἔφαμεν, οἶμαι.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τούτων γε οὐχ ἁπασῶν, ἀλλὰ κριτικὴν δή πού τινα καὶ ἐπιστατικὴν ἐκ τῶν ἄλλων προειλόμεθα.

ΝΕ. ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Κἀκ τῆς ἐπιστατικῆς τὴν μὲν ἐπ' ἀψύχοις ἔργοις, τὴν δὲ ἐπὶ ζώοις. καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τρό-

utique mutare aliquando consuevit, sive sponte seu vi populus divitibus quibusdam praesideat, sive lege seu arbitrio regat. *So*. Vera narras. *Hosp*. Nunquid existimamus, aliquam harum gubernationum civilium rectam esse, finibus his distinctionibusque determinatam, videlicet uno, paucis, multis, paupertate, divitiis, violentia, voluntate, legibus et arbitrio? *So*. Quid prohibet? *Hosp*. Considera diligentius, et hac me sequere. *So*. Qua? *Hosp*. Stabimusne in eo, quod in principio dictum? an non? *So*. In quonam? *Hosp*. Regiam dignitatem unam quandam scientiarum esse diximus. *So*. Diximus certe. *Hosp*. Neque in quovis scientiae genere illam locavimus. E multis quippe facultatem illam, quae iudicat simul praecipitque, selegimus. *So*. Sane. *Hosp*. Hanc postmodum scientiam praesidentem partim rebus inanimatis, partim animatis praefecimus. et eodem ordine

που μερίζοντες δεῦρ' ἀεὶ προεληλύθαμεν, ἐπιστήμης οὐκ ἐπιλανθανόμενοι, τὸ δ' ἥ τις οὐχ ἱκανῶς πω δυνάμενοι διακριβώσασθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Λέγεις ὀρθῶς.

ΞΕ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἆρ' ἐννοοῦμεν, ὅτι τὸν ὅρον οὐκ ὀλίγους οὐδὲ πολλούς, οὐδὲ τὸ ἑκούσιον οὐδὲ τὸ ἀκούσιον, οὐδὲ πενίαν οὐδὲ πλοῦτον γίγνεσθαι περὶ αὐτῶν χρεών, ἀλλά τινα ἐπιστήμην, εἴ περ ἀκολουθήσομεν τοῖς πρόσθεν;

ΝΕ. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἀδύνατον μὴ ποιεῖν.

ΞΕ. Ἐξ ἀνάγκης δὴ νῦν τοῦτο οὕτω σκεπτέον, ἐν τίνι ποτὲ τούτων ἐπιστήμη ξυμβαίνει γίγνεσθαι περὶ ἀνθρώπων ἀρχῆς, σχεδὸν τῆς χαλεπωτάτης καὶ μεγίστης κτήσασθαι. δεῖ γὰρ ἰδεῖν αὐτήν, ἵνα θεασώμεθα τίνας ἀφαιρετέον ἀπὸ τοῦ φρονίμου βασιλέως, οἳ προσποιοῦνται μὲν εἶναι πολιτικοὶ καὶ πείθουσι πολλούς, εἰσὶ δὲ οὐδαμῶς.

ΝΕ. ΣΩ. Δεῖ γὰρ δὴ ποιεῖν τοῦτο, ὡς ὁ λόγος ἡμῖν προείρηκεν.

ΞΕ. Μῶν οὖν δοκεῖ πλῆθός γε ἐν πόλει ταύτην τὴν ἐπιστήμην δυνατὸν εἶναι κτήσασθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα ἐν χιλιάνδρῳ πόλει δυνατὸν ἑκα-

dividentes, huc usque processimus, scientiae nomine in singulis reservato: quae vero potissimum scientia sit, nondum declarare potuimus. *So.* Recte loqueris. *Hosp.* Advertimusne ipsorum determinationem descriptionemque neque secundum violentiam et voluntatem, neque secundum paucos ac multos, neque per inopiam et opulentiam fieri oportere, sed per scientiam quandam, si superiora sequamur? *So.* Necesse est, ut id fiat. *Hosp.* Necessario igitur hoc nunc ita considerare debemus, in quonam horum scientia insit imperatoriae facultatis, quae ferme comparatu maxima est omnium atque difficillima. inspicere namque illam oportet, ut videamus, quinam a sapiente rege segregandi sint, qui sibi civilem peritiam vendicant, idque plurimis persuadent, cum ab ipsa procul admodum absint. *So.* Sic prorsus agendum, ut ratio superior monuit. *Hosp.* Nunquid multitudo videtur tibi in civitate huius scientiae compos? *So.* Quonam pacto? *Hosp.* An in mille hominum ci-

τόν τινας ἢ καὶ πεντήκοντα αὐτὴν ἱκανῶς κτήσασθαι;

ΝΕ. ΣΩ. Ῥᾴστη μέντ' ἂν οὕτω γ' εἴη πασῶν τῶν τεχνῶν· ἴσμεν γὰρ ὅτι χιλίων ἀνδρῶν ἄκροι πεττευταὶ τοσοῦτοι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἂν γένοιντό ποτε, μή τι δὴ βασιλεῖς γε. δεῖ γὰρ δὴ τόν γε τὴν βασιλικὴν ἔχοντα ἐπιστήμην, ἄν τ' ἄρχῃ καὶ ἐὰν μή, κατὰ τὸν ἔμπροσθε λόγον ὅμως βασιλικὸν προσαγορεύεσθαι.

293 ΞΕ. Καλῶς ἀπεμνημόνευσας. ἑπόμενον δὲ οἶμαι τούτῳ τὴν μὲν ὀρθὴν ἀρχὴν περὶ ἕνα τινὰ καὶ δύο καὶ παντάπασιν ὀλίγους δεῖ ζητεῖν, ὅταν ὀρθὴ γίγνηται.

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τούτους δέ γε, ἐάν θ' ἑκόντων ἐάν τε ἀκόντων ἄρχωσιν, ἄν τε κατὰ τὰ γράμματα ἄν τε ἄνευ γραμμάτων, καὶ ἐὰν πλουτοῦντες ἢ πενόμενοι, νομιστέον, ὥς περ νῦν ἡγούμεθα, κατὰ τέχνην ἡντινοῦν ἀρχὴν ἄρχοντας. τοὺς ἰατροὺς δὲ οὐχ ἥκιστα νενομίκαμεν, ἐάν θ' ἑκόντας ἐάν τε ἄκοντας ἡμᾶς ἰῶνται, τέμνοντες ἢ κάοντες ἤ τιν' ἄλλην ἀλγηδόνα προςάπτοντες. καὶ ἐὰν κατὰ γράμματα ἢ χωρὶς γραμμάτων, καὶ ἐὰν πένητες ὄντες ἢ πλούσιοι, πάντως οὐδὲν ἧτ-

vitate fieri potest, ut centum vel quinquaginta viri sufficienter eam adipiscantur? *So.* Facillima omnium artium haec esset. scimus enim, in mille hominum numero totidem viros, qui talorum ludo ceteros Graecos exsuperent, nequaquam reperiri, nedum reges. Oportet utique virum illum, quicunque regia peritia instructus est, regem vocare, sive dominetur sive privatus degat, ut ratio superior statuit. *Hosp.* Oportune admonuisti. arbitror autem, secundum sermonem inductum rectam gubernationem, si quando recta sit, circa unum vel duos vel paucos esse quaerendam. *So.* Quidni? *Hosp.* Existimare hos oportet civiles ac regios homines, si modo arte quadam imperent, sive volentibus seu nolentibus dominentur, sive secundum scripta seu absque scriptis, institutis et legibus, vel etiam pauperes sint vel divites. nam et medicos nihilominus appellandos duximus, sive invitis seu volentibus medeantur secando vel urendo vel aliter affligendo, sive ex scriptis curent sive non, sive pauperes sint seu divites; quatenus arte quadam curan-

τὸν ἰατροὺς φαμέν, ἕως περ ἂν ἐπιστατοῦντες τέχνῃ, καθαίροντες εἴτε ἄλλως ἰσχναίνοντες εἴτε καὶ αὐξάνοντες, ἂν μόνον ἐπ' ἀγαθῷ τῷ τῶν σωμάτων, βελτίω ποιοῦντες ἐκ χειρόνων, σώζωσιν οἱ θεραπεύοντες ἕκαστοι τὰ θεραπευόμενα. ταύτῃ θήσομεν, ὡς οἶμαι, καὶ οὐκ ἄλλῃ, τοῦτον ὅρον ὀρθὸν εἶναι μόνον ἰατρικῆς καὶ ἄλλης ἡςτινοσοῦν ἀρχῆς.

ΝΕ. ΣΩ. Κομιδῆ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀναγκαῖον δὴ καὶ πολιτειῶν, ὡς ἔοικε, ταύτην διαφερόντως ὀρθὴν εἶναι καὶ μόνην πολιτείαν, ἐν ᾗ τις ἂν εὑρίσκοι τοὺς ἄρχοντας ἀληθῶς ἐπιστήμονας καὶ οὐ δοκοῦντας μόνον, ἐάν τε κατὰ νόμους ἐάν τε ἄνευ νόμων ἄρχωσι, καὶ ἑκόντων ἢ ἀκόντων, ἢ πενόμενοι ἢ πλουτοῦντες· τούτων ὑπολογιστέον οὐδὲν οὐδαμῶς εἶναι κατ' οὐδεμίαν ὀρθότητα.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Καὶ ἐάν τέ γε ἀποκτιννύντες τινὰς ἢ καὶ ἐκβάλλοντες καθαίρωσιν ἐπ' ἀγαθῷ τὴν πόλιν, εἴτε καὶ ἀποικίας οἷον σμήνη μελιττῶν ἐκπέμποντές που σμικροτέραν ποιῶσιν, ἤ τινας ἐπεισαγόμενοί ποθεν ἄλλους ἔξωθεν, πολίτας ποιοῦντες, αὐτὴν αὔξωσιν, ἕως περ ἂν ἐπιστήμῃ καὶ τῷ δικαίῳ προσχρώμενοι, σώ-

dorum corporum praesident, purgando vel aliter extenuando vel replendo et augendo. Aeque enim medicos nominamus, dummodo qui curant, ad bonum corporis respicientes, ex deteriori habitudine in meliorem restituant atque servent. hoc modo dumtaxat, ut arbitror, rectam esse dicemus medicinae vel cuiusvis principatus alterius definitionem, alio vero nequaquam. *So.* Ita prorsus existimandum. *Hosp.* Necesse est igitur, eam maxime ac solam rectam existimare rem publicam, in qua qui magistratibus funguntur, re vera gubernare sciunt, sive legibus seu absque legibus dominentur, sive volentibus sive invitis, vel etiam si pauperes sint vel divites. nihil enim ex his quicquam ad rectam gubernandi rationem refert. *So.* Praeclare. *Hosp.* Neque insuper refert, sive caedibus expulsionibusque quibusdam communis gratia boni civitatem purgent, seu colonias emittant, tanquam apum examina, populumque comminuant: sive aliunde homines, futuros cives, advocent, civitatemque amplificent. quatenus enim scientia et iustitia freti

ζοντες, ἐκ χείρονος βελτίω ποιῶσι κατὰ δύναμιν ταύτην, τότε καὶ κατὰ τοὺς τοιούτους ὅρους ἡμῖν μόνην ὀρθὴν πολιτείαν εἶναι ῥητέον. ὅσας δὲ ἄλλας λέγομεν, οὐ γνησίας οὐδ' ὄντως οὔσας λεκτέον, ἀλλὰ μεμιμημένας ταύτην, ἃς μὲν εὐνόμους λέγομεν, ἐπὶ τὰ καλλίω, τὰς δὲ ἄλλας ἐπὶ τὰ αἰσχίονα μεμιμῆσθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Τὰ μὲν ἄλλα, ὦ ξένε, μετρίως ἔοικεν εἰρῆσθαι· τὸ δὲ καὶ ἄνευ νόμων δεῖν ἄρχειν χαλεπώτερον ἀκούειν ἐῤῥήθη.

ΞΕ. Σμικρόν γε ἔφθης με ἐρόμενος, ὦ Σώκρατες.
294 ἔμελλον γάρ σε διερωτήσειν ταῦτα πότερον ἀποδέχει πάντα, ἤ τι καὶ δυσχεραίνεις τῶν λεχθέντων· νῦν δὲ ἤδη φανερὸν ὅτι τοῦτο βουλησόμεθα τὸ περὶ τῆς τῶν ἄνευ νόμων ἀρχόντων ὀρθότητος διελθεῖν ἡμᾶς.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τρόπον μέντοι τινὰ δῆλον ὅτι τῆς βασιλικῆς ἐστιν ἡ νομοθετική· τὸ δ' ἄριστον οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλὰ ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλικόν. οἶσθ' ὅπῃ;

ΝΕ. ΣΩ. Πῇ δὴ λέγεις;

ΞΕ. Ὅτι νόμος οὐκ ἄν ποτε δύναιτο τό τε ἀρι-

ex deteriori meliorem pro viribus civitatem efficiunt atque servant, eatenus rectam appellari rem publicam volumus, et in eo ipso dumtaxat definitionem rectae gubernationis consistere, quotcunque vero alias rectas esse dicimus, neque legitime neque vere dici putandum. Sed eas, quae hanc imitantur, libenter laudamus, quasi facile ad meliora tendentes: alias contra vituperamus, tanquam imitatione malorum ad deteriora proclives. *So.* Cetera quidem, Hospes, probe dicta videntur: quod vero dictum est, gubernationem sine legibus rectam esse posse, haud facile admitti potest. *Hosp.* Paulo me interrogando, o Socrates, praevenisti. nam te percontari decreveram, utrum haec admittas omnia, an quicquam renuas: nunc autem constat, nos velle de iis, qui recte sine legibus praesunt, disserere. *So.* Procul dubio, *Hosp.* Patet autem quodammodo, legum lationem ad dignitatem regiam pertinere: optimum vero est, non leges quidem tenere atque firmare, sed hominem cum prudentia regium. nunquid huius rationem intelligis? *So.* Declara. *Hosp.* Quoniam lex nequit quod optimum omnibus et iustissimum

στον καὶ τὸ δικαιότατον ἀκριβῶς πᾶσιν ἅμα περιλαβὼν τὸ βέλτιστον ἐπιτάττειν· αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν πράξεων καὶ τὸ μηδέποτε μηδὲν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἡσυχίαν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν ἐῶσιν ἁπλοῦν ἐν οὐδενὶ περὶ ἁπάντων καὶ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον ἀποφαίνεσθαι τέχνην οὐδ' ἡντινοῦν. ταῦτα δὴ συγχωροῦμέν που;

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τὸν δέ γε νόμον ὁρῶμεν σχεδὸν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ξυντείνοντα, ὥς πέρ τινα ἄνθρωπον αὐθάδη καὶ ἀμαθῆ καὶ μηδένα μηδὲν ἐῶντα ποιεῖν παρὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, μηδ' ἐπερωτᾶν μηδένα, μηδ' ἄν τι νέον ἄρα τῳ ξυμβαίνῃ βέλτιον παρὰ τὸν λόγον ὃν αὐτὸς ἐπέταξεν.

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθῆ· ποιεῖ γὰρ ἀτεχνῶς, καθά περ εἴρηκας νῦν, ὁ νόμος ἡμῖν ἑκάστοις.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀδύνατον εὖ ἔχειν πρὸς τὰ μηδέποτε ἁπλᾶ τὸ διὰ παντὸς γιγνόμενον ἁπλοῦν;

ΝΕ. ΣΩ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Διὰ τί δή ποτ' οὖν ἀναγκαῖον νομοθετεῖν, ἐπειδή περ οὐκ ὀρθότατον ὁ νόμος; ἀνευρετέον τούτου τὴν αἰτίαν;

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ παρ' ὑμῖν εἰσί τινες, οἷαι καὶ ἐν

est, simul et sincere comprehendens semper, ut operae pretium est, praecipere: hominum sane actionumque dissimilitudines et instabilis variaque humanarum rerum conditio faciunt, ut ars nulla possit simplex aliquid et universale de cunctis per omne tempus decernere. Concedimus ista? *So.* Plane. *Hosp.* Legem vero cernimus ad hoc ipsum niti, quasi hominem quendam pertinacem et imperitum, qui nihil agi praeter eius institutia permittat: neque interrogari etiam, si quid novi praeter illius ordinem potius meliusque alicui sit. *So.* Vera loqueris, ita enim, ut dicebas, lex homines cogit. *Hosp.* Fieri non potest, ut certus quidam et simplex ordo sit bonus circa illa, quae varia semper sunt et simplicia nunquam. *So.* Apparet. *Hosp.* Invenienda igitur causa est, ob quam conditio legum necessaria est, postquam lex non est ipsum quod optimum atque rectissimum. *So.* Cui dubium? *Hosp.* Nonne apud nos ut apud alios sunt quae-

ἄλλαις πόλεσιν, ἀθρόων ἀνθρώπων ἀσκήσεις, εἴτε πρὸς δρόμον εἴτε πρὸς ἄλλο τι, φιλονεικίας ἕνεκα;

ΝΕ. ΣΩ. Καὶ πάνυ γε πολλαί.

ΞΕ. Φέρε νῦν ἀναλάβωμεν πάλιν μνήμῃ τὰς τῶν τέχνῃ γυμναζόντων ἐπιτάξεις ἐν ταῖς τοιαύταις ἀρχαῖς.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι λεπτουργεῖν οὐκ ἐγχωρεῖν ἡγοῦνται καθ' ἕνα ἕκαστον, τῷ σώματι τὸ προσῆκον ἑκάστῳ προστάττοντες, ἀλλὰ παχύτερον οἴονται δεῖν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐπὶ πολλοὺς τὴν τοῦ λυσιτελοῦντος τοῖς σώμασι ποιεῖσθαι τάξιν.

ΝΕ. ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Διὸ δή γε καὶ ἴσους πόνους νῦν διδόντες ἀθρόοις ἅμα μὲν ἐξορμῶσιν, ἅμα δὲ καὶ καταπαύουσι δρόμου καὶ πάλης καὶ πάντων τῶν κατὰ σώματα πόνων.

ΝΕ. ΣΩ. Ἔστι ταῦτα.

ΞΕ. Καὶ τὸν νομοθέτην τοίνυν ἡγώμεθα, τὸν ταῖσιν ἀγέλαις ἐπιστατήσοντα τοῦ δικαίου πέρι καὶ τῶν
295 πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίων, μή ποθ' ἱκανὸν γενήσεσθαι πᾶσιν ἀθρόοις προστάττοντα ἀκριβῶς ἑνὶ ἑκάστῳ τὸ προσῆκον ἀποδιδόναι.

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ γοῦν εἰκός.

ΞΕ. Ἀλλὰ τὰ τοῖς πολλοῖς γε, οἶμαι, καὶ ὡς ἐπὶ

dam cunctorum simul hominum communes exercitationes, sive ad cursum seu ad quodvis aliud concertandi gratia? *So.* Permultae. *Hosp.* Referamus, si placet, praecepta illorum, qui arte quadam gymnasiis praesunt. *So.* Quaenam? *Hosp.* Arbitrantur illi quidem fieri non posse, ut sigillatim unicuique, quod ipsi seorsum ab aliis conveniens est, praecipiatur. verum communius instituendum censent, quod et plurimis et plurimum conducere videatur. *So.* Praeclare. *Hosp.* Quamobrem, dum aequos labores nunc cunctis una tribuunt, paribusque eos exercitationibus agitant, partim concitatius irritant, partim enervant, et inepta ad cursum palaestramque et alia certamina corpora reddunt. *So.* Sic accidit. *Hosp.* Legum quoque conditorem putemus suis gregibus praesidentem, deque iustis operibus mutuisve commerciis iura dantem, non posse, dum cunctis una consulit, ad singulorum commoditatem iusve prospicere. *So.* Consentaneum est. *Hosp.* Ceterum, ut arbitror, quod et

τὸ πολὺ καί πως οὑτωσὶ παχυτέρως ἑκάστοις τὸν νόμον θήσει, καὶ ἐν γράμμασιν ἀποδιδοὺς καὶ ἐν ἀγραμμάτοις, πατρίοις δὲ ἔθεσι νομοθετῶν.

ΝΕ. ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὀρθῶς μέντοι. πῶς γὰρ ἄν τις ἱκανὸς γένοιτ' ἄν ποτε, ὦ Σώκρατες, ὥστε διὰ βίου ἀεὶ παρακαθήμενος ἑκάστῳ δι' ἀκριβείας προστάττειν τὰ προσῆκον; ἐπεὶ τοῦτ' ἂν δυνατὸς ὤν, ὡς οἶμαι, τῶν τὴν βασιλικὴν ὁστισοῦν ὄντως ἐπιστήμην εἰληφότων, σχολῇ ποτ' ἂν ἑαυτῷ θεῖτ' ἐμποδίσματα γράφων τοὺς λεχθέντας τούτους νόμους.

ΝΕ. ΣΩ. Ἐκ τῶν νῦν γοῦν, ὦ ξένε, εἰρημένων.

ΞΕ. Μᾶλλον δέ γε, ὦ βέλτιστε, ἐκ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Τίνων δή;

ΞΕ. Τῶν τοιῶνδε. εἴπωμεν γὰρ δὴ πρός γε ἡμᾶς αὐτοὺς ἰατρὸν μέλλοντα ἢ καί τινα γυμναστικὸν ἀποδημεῖν καὶ ἀπέσεσθαι τῶν θεραπευομένων συχνόν, ὡς οἴοιτο, χρόνον, μὴ μνημονεύσειν οἰηθέντα τὰ προσταχθέντα τοὺς γυμναζομένους ἢ τοὺς κάμνοντας, ὑπομνήματα γράφειν ἂν ἐθέλειν αὐτοῖς; ἢ πῶς;

ΝΕ. ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Τί δαί; εἰ παρὰ δόξαν ἐλάττω χρόνον ἀπο-

plurimis et plurimum conducit, communiter instituet, et huiusmodi leges scriptas relinquet, et patrios etiam non scriptos similiter mores inducet. *So.* Recte. *Hosp.* Recte admodum. etenim quo pacto quis possit per omnem vitam ad singulos circumspicere, sedulusque assidere cuique, et cuiusque commoditati consulere? nam si quis disciplina regia praeditus hoc efficere posset, nunquam impedimenta ista, quae leges appellantur, sibi praescriberet. *So.* Ita ex his, quae sunt dicta, videtur. *Hosp.* Immo magis, o Socrates, ex his quae dicentur. *So.* Quibus? *Hosp.* Hisce inquam. Si medicus quidam aut gymnasticus, imminente longa peregrinatione, procul ab iis, quos curat, abfuturum diu se putet, diffidatque illorum memoriae, monimenta quaedam agendorum conscribere illis volet, necne? *So.* Volet utique. *Hosp.* Quid, si praeter opinionem ocius, quam

δημήσας ἔλθοι πάλιν, ἆρ' οὐκ ἂν παρ' ἐκεῖνα τὰ γράμματα τολμήσειεν ἄλλα ὑποθέσθαι, ξυμβαινόντων ἄλλων βελτιόνων τοῖς κάμνουσι διὰ πνεύματα ἤ τι καὶ ἄλλο παρὰ τὴν ἐλπίδα τῶν ἐκ Διὸς ἑτέρως πως τῶν εἰωθότων γενόμενα, καρτερῶν δ' ἂν ἡγοῖτο δεῖν μὴ ἐκβαίνειν τὰ ἀρχαῖά ποτε νομοθετηθέντα μήτε αὐτὸν προστάττοντα ἄλλα μήτε τὸν κάμνοντα ἕτερα τολμῶντα παρὰ τὰ γραφέντα δρᾶν, ὡς ταῦτα ὄντα ἰατρικὰ καὶ ὑγιεινά, τὰ δὲ ἑτέρως γιγνόμενα νοσώδη τε καὶ οὐκ ἔντεχνα; ἢ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἔν γε ἐπιστήμῃ ξυμβαῖνον καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ περὶ ἅπαντα παντάπασι γέλως ἂν ὁ μέγιστος γίγνοιτο τῶν τοιούτων νομοθετημάτων;

ΝΕ. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Τῷ δὲ δὴ τὰ δίκαια καὶ ἄδικα καὶ καλὰ καὶ αἰσχρὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ γράψαντι καὶ ἄγραφα νομοθετήσαντι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλαις, ὁπόσαι κατὰ πόλιν ἐν ἑκάσταις νομεύονται κατὰ τοὺς τῶν γραψάντων νόμους, ἂν ὁ μετὰ τέχνης γράψας ἤ τις ἕτερος
296 ὅμοιος ἀφίκηται, μὴ ἐξέστω δὴ παρὰ ταῦτα ἕτερα προστάττειν; ἢ καὶ τοῦτο τὸ ἀπόρρημα οὐδὲν ἧττον ἂν ἐκείνου τῇ ἀληθείᾳ γελοῖον φαίνοιτο;

putaverat, revertatur, verebiturne alia illis praecipere praeter ea, quae quondam scripserat: si qua potiora aegrotantibus adhiberi possint, ob temporum mutationes ventis aut alio quopiam praeter spem et consuetudinem contingentes? perseverabitne, inquam, in priori proposito, neque pristinas institutiones transgredi quenquam volet, nec ipse mandare alia, nec ab aegrotante alia praeter solita observari, quasi ea et medicinae artis propria sint et saluberrima: quae vero aliter fiant, praeter artem sint et noxia? an potius quicquid eiusmodi circa scientiam artemque veram accidit, secundum omnia in huiusmodi constitutionibus risum plurimum concitabit? *So.* Et maxime quidem. *Hosp.* Homini autem illi, qui iusta et iniusta, honesta et turpia, bona et mala, sive scriptis legibus sive non scriptis moribus, instituit hominum gregibus, quicunque in civitate ad legum scriptarum normam vivunt, non licebit alia quaedam praeter ea, quae scripta sunt, agere? neque si ipse idem, qui ante conscripsit, redeat, neque si quis alius eius similis veniat? an potius dubitatio talis non minus quam superior illa re vera ridicula videretur?

ΝΕ. ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οἶσθ' οὖν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ λόγον τὸν παρὰ τῶν πολλῶν λεγόμενον;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκ ἐννοῶ νῦν γ' οὕτως.

ΞΕ. Καὶ μὴν εὐπρεπής. φασὶ γὰρ δὴ δεῖν, εἴ τις γιγνώσκει παρὰ τοὺς τῶν ἔμπροσθεν βελτίους νόμους, νομοθετεῖν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἕκαστον πείσαντα, ἄλλως δὲ μή.

ΝΕ. ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ὀρθῶς;

ΞΕ. Ἴσως. ἂν δ' οὖν μὴ πείθων τις βιάζηται τὸ βέλτιον, ἀπόκριναι, τί τοὔνομα τῆς βίας ἔσται; Μὴ μέντοι πω, περὶ δὲ τῶν ἔμπροσθεν πρότερον.

ΝΕ. ΣΩ. Ποῖον δὴ λέγεις;

ΞΕ. Ἄν τις ἄρα μὴ πείθων τὸν ἰατρευόμενον, ἔχων δὲ ὀρθῶς τὴν τέχνην, παρὰ τὰ γεγραμμένα τὸ βέλτιον ἀναγκάζῃ δρᾶν παῖδα ἤ τιν' ἄνδρα ἢ καὶ γυναῖκα, τί τοὔνομα τῆς βίας ἔσται ταύτης; ἆρ' οὐ πᾶν μᾶλλον ἢ τὸ παρὰ τὴν τέχνην λεγόμενον ἁμάρτημα τὸ νοσῶδες; καὶ πάντα ὀρθῶς εἰπεῖν ἔστι πρότερον τῷ βιασθέντι περὶ τὸ τοιοῦτον πλὴν ὅτι νοσώδη καὶ ἄτεχνα πέπονθεν ὑπὸ τῶν βιασαμένων ἰατρῶν;

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Τί δὲ ἡμῖν δὴ τὸ παρὰ τὴν πολιτικὴν τέχνην

So. Nihil prohibet. *Hosp.* Nosti ergo, quod hac de re vulgo fertur? *So.* Non in praesentia. *Hosp.* Enimvero decens est, aiunt enim, si quis leges quasdam priscis meliores invenerit, nec non civibus persuaserit, oportere eum leges ferre: si non persuaserit, non decere. Nunquid recte? *So.* Forsitan. *Hosp.* Sin autem quispiam non persuasione, sed vi, quod rectius est, induxerit: quod potissimum huius violentiae nomen? responde, immo nondum ad ista, sed ad superiora prius. *So.* Quid ais? *Hosp.* Si quis arte medicinae pollens non persuadeat, sed cogat eum, quem curat puerum vel virum vel mulierem, praeter scripta quod est melius agere: quidnam huius violentiae nomen? nonne aliud quodvis potius quam artis transgressio, hoc est illatio morbi? et quidvis aliud potius coacto homini contigisse dicendum, quam transgressionem artis ac morbum? *So.* Vera loqueris. *Hosp.* Quid autem est contra civilem artem de-

ἁμάρτημα λεγόμενόν ἐστιν; ἄρ' οὐ τὸ αἰσχρὸν καὶ κακὸν καὶ ἄδικον;

ΝΕ. ΣΩ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τῶν δὴ βιασθέντων παρὰ τὰ γεγραμμένα καὶ πάτρια δρᾶν ἕτερα δικαιότερα καὶ ἀμείνω καὶ καλλίω τῶν ἔμπροσθεν, φέρε, τὸν τῶν τοιούτων αὖ ψόγον περὶ τῆς τοιαύτης βίας, ἄρ', εἰ μέλλει μὴ καταγελαστότατος εἶναι πάντων, πάντα αὐτῷ μᾶλλον λεκτέον ἑκάστοτε πλὴν ὡς αἰσχρὰ καὶ ἄδικα καὶ κακὰ πεπόνθασιν οἱ βιασθέντες ὑπὸ τῶν βιασαμένων;

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα ἐὰν μὲν πλούσιος ὁ βιασάμενος ᾖ, δίκαια, ἂν δ' ἄρα πένης, ἄδικα τὰ βιασθέντα ἐστίν; ἢ κἂν πείσας κἂν μὴ πείσας τις, πλούσιος ἢ πένης, ἢ κατὰ γράμματα ἢ παρὰ γράμματα, δρᾷ τὰ ξύμφορα, τοῦτον δεῖ καὶ περὶ ταῦτα τὸν ὅρον εἶναι τόν γε ἀληθινώτατον ὀρθῆς πόλεως διοικήσεως, ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει τὸ τῶν ἀρχομένων; ὥς περ ὁ
297 κυβερνήτης τὸ τῆς νεὼς καὶ ναυτῶν ἀεὶ ξυμφέρον παραφυλάττων, οὐ γράμματα τιθεὶς ἀλλὰ τὴν τέχνην νόμον παρεχόμενος, σώζει τοὺς συνναύτας, οὕτω καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον παρὰ τῶν οὕτως ἄρχειν δυναμένων ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία, τὴν τῆς τέχνης

lictum? nonne quod turpe dicitur, quod malum et quod iniustum? *So.* Istuc ipsum. *Hosp.* Age, cum aliqui coguntur praeter patrias leges moresque facere, quae iustiora, meliora honestioraque sunt, nonne ridiculosissimus omnium erit, quisquis vim eam vituperabit, dicetque illos a curatoribus, qui coëgerunt, turpia, mala, iniusta fuisse perpessos? *So.* Vera penitus loqueris. *Hosp.* Nunquid si dives sit, qui cogit, iustae coactiones sunt: si pauper autem, iniustae? An potius sive persuaserit sive non persuaserit, sive pauper sit seu dives, vel secundum scripta vel praeter scripta, modo quae utilia sunt inducat, dicendum est, hanc veram esse rectae gubernationis civilis definitionem? qua ratione vir sapiens bonusque gubernabit, ad subditorum salutem semper ita respiciens, ut ad nautarum navisque salutem respicit gubernator. Nam ut ille non scriptis sed arte, quasi lege quadam, nautas servat, ita et vir ille re vera civilis: et apud eos, qui ita dominari possunt, recta est rerum civilium administratio, vim artis po-

ώμην τῶν νόμων παρεχομένων κρείττω; καὶ πάντα ποιοῦσι τοῖς ἔμφροσιν ἄρχουσιν οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, μέχρι περ ἂν ἓν μέγα φυλάττωσι, τὸ μετὰ νοῦ καὶ τέχνης δικαιότατον ἀεὶ διανέμοντες τοῖς ἐν τῇ πόλει, σώζειν τε αὐτοὺς οἷοί τε ὦσι καὶ ἀμείνους ἐκ χειρόνων ἀποτελεῖν κατὰ τὸ δυνατόν;

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκ ἔστ' ἀντειπεῖν παρά γε ἃ νῦν εἴρηται.

ΞΕ. Καὶ μὴν πρὸς ἐκεῖνα οὐδὲ ἀντιῤῥητέον.

ΝΕ. ΣΩ. Τὰ ποῖα εἶπες;

ΞΕ. Ὡς οὐκ ἄν ποτε πλῆθος οὐδ' ὡντινωνοῦν τὴν τοιαύτην λαβὸν ἐπιστήμην οἷόν τ' ἂν γένοιτο μετὰ νοῦ διοικεῖν πόλιν, ἀλλὰ περὶ σμικρόν τι καὶ ὀλίγον καὶ τὸ ἕν ἐστι ζητητέον τὴν μίαν ἐκείνην πολιτείαν τὴν ὀρθήν, τὰς δ' ἄλλας μιμήματα θετέον, ὥς περ καὶ λίγοι πρότερον ἐῤῥήθη, τὰς μὲν ἐπὶ τὰ καλλίονα, ἃς δὲ ἐπὶ τὰ αἰσχίω μιμουμένας ταύτην.

ΝΕ. ΣΩ. Πῶς τί τοῦτ' εἴρηκας; οὐδὲ γὰρ ἄρτι ᾔθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμημάτων.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὐ φαῦλόν γε, ἂν κινήσας τις τοῦτον τὸν λόγον αὐτοῦ καταβάλῃ καὶ μὴ διελθὼν ἐνδείξηται τὸ νῦν γιγνόμενον ἁμάρτημα περὶ αὐτό.

ΝΕ. ΣΩ. Ποῖον δή;

orem legibus adhibens. Ac summatim quodcunque pruden-s principes agant, nunquam delinquunt, quamdiu unum hoc otissimum servant, ut mente et arte quod iustissimum est ci-bus distribuentes tueri eos valeant melioresque ex deteriori-us, quoad fieri potest, efficere. *So.* His, quae modo dicta unt, repugnare non licet. *Hosp.* Neque illis insuper. *So.* uibus dicebas? *Hosp.* Quod nulla unquam multitudo potest a disciplina praecellere, qua secundum mentem civitatem re-it: immo recta illa civitatis administratio apud unum vel pau-ssimos quaerenda est: aliae vero tanquam imitationes ponen-ae videntur, ut paulo supra dictum, partim secundum pul-iriora, partim secundum turpiora hanc imitantes. *So.* Quo-odo istud dicebas? neque enim, quod de imitando tradebas, tis tunc intellexi. *Hosp.* Haud parvi faciendum est, si quis hoc ato sermone desistet prius, quam delictum, quod circa ipsum unc est commissum, ostenderit. *So.* Quod delictum inquis?

ΞΕ. Τοιόνδε τι δεῖ γε ζητεῖν, οὐ πάνυ ξύνηθες οὐδὲ ῥᾴδιον ἰδεῖν· ὅμως μὴν πειρώμεθα λαβεῖν αὐτό. φέρε γάρ· ὀρθῆς ἡμῖν μόνης οὔσης ταύτης τῆς πολιτείας, ἣν εἰρήκαμεν, οἶσθ᾽ ὅτι τὰς ἄλλας δεῖ τοῖς ταύτης συγγράμμασι χρωμένας οὕτω σώζεσθαι, δρώσας τὸ νῦν ἐπαινούμενον, καί περ οὐκ ὀρθότατον ὄν;

ΝΕ. ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ παρὰ τοὺς νόμους μηδὲν μηδένα τολμᾷν ποιεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει, τὸν τολμῶντα δὲ θανάτῳ ζημιοῦσθαι καὶ πᾶσι τοῖς ἐσχάτοις. καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν ὀρθότατα καὶ κάλλιστ᾽ ἔχον, ὡς δεύτερον, ἐπειδὰν τὸ πρῶτόν τις μεταθῇ τὸ νῦν δὴ ῥηθέν. ᾧ δὲ τρόπῳ γεγονός ἐστι τοῦτο ὃ δὴ δεύτερον ἐφήσαμεν, διαπερανώμεθα. ἦ γάρ;

ΝΕ. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Εἰς δὴ τὰς εἰκόνας ἐπανίωμεν πάλιν, αἷς ἀναγκαῖον ἀπεικάζειν ἀεὶ τοὺς βασιλικοὺς ἄρχοντας.

ΝΕ. ΣΩ. Ποίας;

ΞΕ. Τὸν γενναῖον κυβερνήτην καὶ τὸν ἑτέρων πολλῶν ἀντάξιον ἰατρόν. κατίδωμεν γὰρ δή τι σχῆμα ἐν τούτοις αὐτοῖς πλασάμενοι.

298 *ΝΕ. ΣΩ.* Ποῖόν τι;

Hosp. Oportet tale aliquid quaerere, quod neque consuetum est neque facile cognitu, ipsum tamen comprehendere annitamur. Cum sola haec, quam memoravimus, recta civilis gubernatio sit, scis oportere alias huius institutis utentes servari, dum agunt quod modo laudatur, quamvis haudquaquam rectissimum id sit? *So.* Quid illud? *Hosp.* Quod nemo quicquam praeter leges committere audeat, et quisquis audet, morte mulctetur extremisque omnibus suppliciis affligatur. Id autem est secundo loco rectissimum atque honestissimum: primo namque in loco ponendum, quod nunc est dictum. Quo autem modo evenit, quod modo secundum esse diximus, declaremus. visne? *So.* Et maxime quidem. *Hosp.* Veniamus iterum ad imagines, quibus regios principes semper comparare necesse est. *So.* Quas imagines inquis? *Hosp.* Generosum inquam navis gubernatorem, multisque aliis aequivalentem medicum. consideremus iam, figuram aliquam in his fingentes. *So.* Qualem?

ΞΕ. Τοιόνδε, οἷον εἰ πάντες περὶ αὐτῶν διανοηθεῖμεν ὅτι δεινότατα ὑπ' αὐτῶν πάσχομεν. ὃν μὲν γὰρ ἂν ἐθελήσωσιν ἡμῶν τούτων ἑκάτεροι σώζειν, ὁμοίως δὴ σώζουσιν, ὃν δ' ἂν λωβᾶσθαι βουληθῶσι, λωβῶνται τέμνοντες καὶ κάοντες καὶ προστάττοντες ἀναλώματα φέρειν παρ' ἑαυτοὺς οἷον φόρους, ὧν σμικρὰ μὲν εἰς τὸν κάμνοντα καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοῖς δ' ἄλλοις αὐτοί τε καὶ οἱ οἰκέται χρῶνται· καὶ δὴ καὶ τελευτῶντες ἢ παρὰ ξυγγενῶν ἢ παρά τινων ἐχθρῶν τοῦ κάμνοντος χρήματα μισθὸν λαμβάνοντες ἀποκτιννύασιν. οἵ τ' αὖ κυβερνῆται μυρία ἕτερα τοιαῦτα ἐργάζονται, καταλείποντές τε ἔκ τινος ἐπιβουλῆς ἐν ταῖς ἐναγωγαῖς ἐρήμους, καὶ σφάλματα ποιοῦντες ἐν τοῖς πελάγεσιν ἐκβάλλουσιν εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ἕτερα κακουργοῦσιν. εἰ δὴ ταῦτα διανοηθέντες βουλευσαίμεθα περὶ αὐτῶν βουλήν τινα, τούτων τῶν τεχνῶν μηκέτι ἐπιτρέπειν ἄρχειν αὐτοκράτορι μηδετέρᾳ μήτ' οὖν δούλων μήτ' ἐλευθέρων, ξυλλέξαι δὲ ἐκκλησίαν ἡμῶν αὐτῶν, ἢ ξύμπαντα τὸν δῆμον ἢ τοὺς πλουσίους μόνον, ἐξεῖναι δὲ καὶ ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν περί τε πλοῦ καὶ περὶ νόσων γνώμην ξυμβαλέσθαι, καθ' ὅ

Hosp. Talem quandam, perinde ac si omnes existimaremus ab illis gravia quaedam pati, quasi quos nostrum servare utique volunt, servent: quos contra perdere, perdant, dum secant, urunt, et instituto quasi quodam tributo mercedem referunt: cumque multa cogant expendere, nihil aut parum admodum pro aegrotante erogant, reliquis autem ipsi familiaresque utuntur: demum acceptis pecuniis vel a cognatis vel ab inimicis aegrotantis ipsius mori eum cogunt. Gubernatores quoque alia quaedam huius generis permulta patrare dicuntur: quasi homines saepe ex insidiis in recessibus quibusdam solos destitutosque relinquant et offensionibus erroribusque in pelago factis, in mare illos eiiciant, in aliisque nonnullis laedant. fingamus itaque nos his causis lacessitos consulere, quo pacto auctoritatem his artibus auferamus, ne libere ulterius aut servis hominibus aut liberis dominentur: proptereaque coetu facto nos ipsos concurrere, et vel omnem populum convocare vel divites tantum: ubi etiam rudium hominum et artificum aliorum de navigio morbisque consilium audiatur, quo pacto

τι χρὴ τοῖς φαρμάκοις ἡμᾶς καὶ τοῖς ἰατρικοῖς ὀργάνοις πρὸς τοὺς κάμνοντας χρῆσθαι, καὶ δὴ καὶ τοῖς πλοίοις τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ναυτικοῖς ὀργάνοις εἰς τὴν τῶν πλοίων χρείαν καὶ περὶ τοὺς κινδύνους τούς τε πρὸς αὐτὸν τὸν πλοῦν ἀνέμων καὶ θαλάττης πέρι καὶ πρὸς τὰς τοῖς λῃσταῖς ἐντεύξεις, καὶ ἐὰν ναυμαχεῖν ἄρα δέῃ που μακροῖς πλοίοις πρὸς ἕτερα τοιαῦτα· τὰ δὲ τῷ πλήθει δόξαντα περὶ τούτων, εἴτε τινῶν ἰατρῶν καὶ κυβερνητῶν εἴτ᾽ ἄλλων ἰδιωτῶν ξυμβουλευόντων, γράψαντας ἐν κύρβεσί τισι καὶ στήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔθη, κατὰ ταῦτ᾽ ἤδη πάντα τὸν ἔπειτα χρόνον ναυτίλλεσθαι καὶ τὰς τῶν καμνόντων θεραπείας ποιεῖσθαι.

ΝΕ. ΣΩ. Κομιδῇ γε εἴρηκας ἄτοπα.

ΞΕ. Κατ᾽ ἐνιαυτὸν δέ γε ἄρχοντας καθίστασθαι τοῦ πλήθους, εἴτε ἐκ τῶν πλουσίων εἴτε ἐκ τοῦ δήμου παντός, ὃς ἂν κληρούμενος λαγχάνῃ· τοὺς δὲ καταστάντας ἄρχοντας ἄρχειν κατὰ τὰ γράμματα κυβερνῶντας τὰς ναῦς καὶ τοὺς κάμνοντας ἰωμένους.

ΝΕ. ΣΩ. Ταῦτ᾽ ἔτι χαλεπώτερα.

ΞΕ. Θεῶ δὴ καὶ τὸ μετὰ ταῦτα ἑπόμενον. ἐπειδὰν

medelis instrumentis medicorum ergà aegrotos uti oporteat: item navibus et earum instrumentis ad navigandum, periculaque procellarum et fluctuum devitanda, et piratarum insidias evadendo, ac etiam si mari longis navibus adversus similes sit pugnandum, qua ratione uti his deceat. fingamus item nos his de rebus sententias turbae vel medicorum quorundam gubernatorumque, vel rudium aliquorum de his consultantium, in publicis quibusdam tabulis columnisque inscribere, et mores quosdam ritusque non scriptos, tanquam patrios, constituere, adeo ut reliquum omne tempus ad horum normam navigandum sit atque medendum. *So.* Mira quaedam finxisti. *Hosp.* Praeterea quotannis populi principes constituere, sive ex divitibus sive ex omni populo sorte electos, qui secundum scriptas institutiones et naves gubernent et aegrotantibus medeantur. *So.* Haec superioribus quoque duriora videntur. *Hosp.* Videamus praeterea, quod hinc sequitur. Cum annui magistratus

γὰρ δὴ τῶν ἀρχόντων ἑκάστοις ὁ ἐνιαυτὸς ἐξέλθῃ, δεήσει δικαστήρια καθίσαντας ἀνδρῶν, ἢ τῶν πλουσίων 299
ἐκ προκρίσεως ἢ ξύμπαντος αὖ τοῦ δήμου τοὺς λαχόντας, εἰς τούτους εἰσάγειν τοὺς ἄρξαντας καὶ εὐθύνειν, κατηγορεῖν δὲ τὸν βουλόμενον ὡς οὐ κατὰ τὰ γράμματα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκυβέρνησε τὰς ναῦς οὐδὲ κατὰ τὰ παλαιὰ τῶν προγόνων ἔθη· τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν τοὺς κάμνοντας ἰωμένων. ὧν δ' ἂν καταψηφισθῇ, τιμᾶν ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινὰς ἢ ἀποτίνειν.

ΝΕ. ΣΩ. Οὐκοῦν ὅ γ' ἐθέλων καὶ ἑκὼν ἐν τοῖς τοιούτοις ἄρχειν δικαιότατ' ἂν ὁτιοῦν πάσχοι καὶ ἀποτίνοι;

ΞΕ. Καὶ τοίνυν ἔτι δεήσει θέσθαι νόμον ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ἄν τις κυβερνητικὴν καὶ τὸ ναυτικὸν ἢ τὸ ὑγιεινὸν καὶ ἰατρικῆς ἀλήθειαν περὶ πνεύματά τε καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ ζητῶν φαίνηται παρὰ τὰ γράμματα καὶ σοφιζόμενος ὁτιοῦν περὶ τὰ τοιαῦτα, πρῶτον μὲν μήτε ἰατρικὸν αὐτὸν μήτε κυβερνητικὸν ὀνομάζειν ἀλλὰ μετεωρολόγον ἀδολέσχην τινὰ σοφιστήν, εἶθ' ὡς διαφθείροντα ἄλλους νεωτέρους καὶ ἀναπείθοντα ἐπιτίθεσθαι κυβερνητικῇ καὶ ἰατρικῇ μὴ κατὰ νόμους,

cuiusque tempus exactum fuerit, necesse erit constituto iudicio aut ex electis divitibus, aut per sortem ex universo populo, in id arcessere viros magistratibus functos, eosque corrigere: adeo ut liceat volenti cuilibet actiones illorum praeteritas improbare, quasi aliter quam leges iubeant et patria consuetudo doceat, aut naves gubernaverint aut aegros curaverint; et qui aliter fecisse deprehendentur, lata sententia vel supplicio vel alio quodam detrimento a iudicibus damnabuntur. *So.* Nonne quicunque magistratus eiusmodi sponte suspiciet, merito quodvis supplicium damnumve patietur? *Hosp.* Ad haec insuper legem ferre oportebit: si quis praeter scriptas constitutiones navigandi rationem aliquam inferat, vel valitudinis naturam circa ventos et calores et frigora perscrutetur, et circa haec ingenio suo philosophetur et doceat, primo quidem hunc neque gubernatorem esse neque medicum nominandum, sed curiosum quendam delirumque Sophistam: deinde posse a quolibet in iudicium trahi, quasi iuniores alios corrumpat, suadeatque gubernatoriam et medicinam praeter legum in-

ἀλλ' αὐτοκράτορας ἄρχειν τῶν πλοίων καὶ τῶν νοσούντων, γραψάμενον εἰσάγειν τὸν βουλόμενον, οἷς ἔξεστιν, εἰς δή τι δικαστήριον· ἂν δὲ παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ γεγραμμένα δόξῃ πείθειν εἴτε νέους εἴτε πρεσβύτας, κολάζειν τοῖς ἐσχάτοις. οὐδὲν γὰρ δεῖν τῶν νόμων εἶναι σοφώτερον· οὐδένα γὰρ ἀγνοεῖν τό τε ἰατρικὸν καὶ τὸ ὑγιεινὸν οὐδὲ τὸ κυβερνητικὸν καὶ ναυτικόν· ἐξεῖναι γὰρ τῷ βουλομένῳ μανθάνειν γεγραμμένα καὶ πάτρια ἔθη κείμενα. ταῦτα δὴ περί τε ταύτας τὰς ἐπιστήμας εἰ γίγνοιτο οὕτως ὡς λέγομεν, ὦ Σώκρατες, καὶ στρατηγικῆς καὶ ξυμπάσης ἡστινοσοῦν θηρευτικῆς καὶ γραφικῆς ἢ ξυμπάσης μέρος ὁτιοῦν μιμητικῆς καὶ τεκτονικῆς καὶ ξυνόλης ὁποιασοῦν σκευουργίας ἢ καὶ γεωργίας καὶ τῆς περὶ τὰ φυτὰ ξυνόλης τέχνης, ἢ καί τινα ἱπποφορβίαν αὖ κατὰ συγγράμματα θεασαίμεθα γιγνομένην ἢ ξύμπασαν ἀγελαιοκομικὴν ἢ μαντικὴν ἢ πᾶν ὅ τι μέρος διακονικὴ περιείληφεν, ἢ πεττείαν ἢ ξύμπασαν ἀριθμητικήν, ψιλήν, εἴτε ἐπίπεδον εἴτε ἐν βάθεσιν εἴτε ἐν πάχεσιν οὖσάν που, — περὶ ἅπαντα ταῦτα οὕτω πραττόμενα τί ποτ' ἂν φανείη, κατὰ τὰ συγγράμματα γιγνόμενα καὶ μὴ κατὰ τέχνην;

stituta tractare, suoque arbitratu naves morbosque curare; ac si praeter leges iuvenibus aut senibus persuadere quicquam reperiatur, extremis suppliciis affici. neque enim oportere quicquam legibus sapientius esse. neque enim illum ignorare aut medicinae sanitatisque naturam, aut gubernandi navigandique optimam rationem, quippe cum volenti cuilibet liceat scripta moresque perdiscere. Si haec ita contingant circa scientias, quas narravimus, aliasque permultas, ut secundum praescripta potius quam secundum artem agatur, quid dicemus, o Socrates? utputa si idem constituatur circa rem militarem omnemque venationem, picturam quoque et universam imitationem, architecturam et omnem instrumentorum supellectiliumque effectionem, agriculturam atque omnem arborum curam, et equorum armentorumque omnium custodiam, vaticiniumque et varium ministrorum obsequium, talorum ludum, arithmeticam nudam, vel eam quae circa planum aut profundum aut velocitatem tarditatemque versatur.

ΝΕ. ΣΩ. Δῆλον ὅτι πᾶσαι αἱ τέχναι παντελῶς ἂν ἀπόλοινθ' ἡμῖν, καὶ οὐδὲ εἰςαῦθις γένοιντ' ἄν ποτε διὰ τὸν ἀποκωλύοντα τοῦτον ζητεῖν νόμον· ὥς τε ὁ βίος, ὢν καὶ νῦν χαλεπός, εἰς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀβίωτος γίγνοιτ' ἂν τὸ παράπαν.

ΞΕ. Τί δαὶ τόδε; εἰ κατὰ συγγράμματα μὲν ἀναγ- 300
κάζοιμεν ἕκαστον γίγνεσθαι τῶν εἰρημένων καὶ τοῖς συγγράμμασιν ἡμῶν ἐπιστατεῖν τὸν χειροτονηθέντα ἢ λαχόντα ἐκ τύχης, οὗτος δὲ μηδὲν φροντίζων τῶν γραμμάτων ἢ κέρδους ἕνεκά τινος ἢ χάριτος ἰδίας παρὰ ταῦτα ἐπιχειροῖ δρᾷν ἕτερα, μηδὲν γιγνώσκων, ἆρα οὐ τοῦ κακοῦ τοῦ πρόσθε μεῖζον ἂν ἔτι τοῦτο γίγνοιτο κακόν;

ΝΕ. ΣΩ. Ἀληθέστατα.

das conversi victum curarent. Hinc utique ex illo tempore mutuus hominibus innatus est amor, priscae naturae conciliator, annitens unum ex duobus efficere hominumque naturae mederi. Est igitur quisque nostrum dimidium hominis, utpote sectus, quemadmodum pisciculi, qui Psettae vocantur, scissi ex uno duo efficiuntur. quaerit autem sui quisque dimidium. Quamobrem quicunque ex viris promiscui generis portio sunt, quod olim Androgynum vocabatur, mulierosi sunt, adulteriaque ut plurimum ex his patrantur. ex hoc sane genere moechi ducunt originem. Rursus quaecunque mulieres virorum cupidae moechaeque sunt, hac stirpe nascuntur, quae vero mulieres mulieris pars exsistunt, haud multum viros desiderant, sed feminas magis affectant: atque hinc feminae, quae feminas cupiunt, nascuntur. At vero qui maris portio sunt, mares sequuntur, at dum pueri sunt, utpote qui maris particula sunt, viros diligunt virorumque familiaritate assidua congressuque gaudent. hique sunt puerorum adolescentulorumque omnium generosissimi, quippe qui natura prae ce-

ὄντες φύσει. φασὶ δὲ δή τινες αὐτοὺς ἀναισχύντους εἶναι, ψευδόμενοι· οὐ γὰρ ὑπ' ἀναισχυντίας τοῦτο δρῶσιν, ἀλλ' ὑπὸ θάῤῥους καὶ ἀνδρίας καὶ ἀῤῥενωπίας τὸ ὅμοιον αὐτοῖς ἀσπαζόμενοι. μέγα δὲ τεκμήριον· καὶ γὰρ τελεωθέντες μόνοι ἀποβαίνουσιν εἰς τὰ πολιτικὰ ἄνδρες οἱ τοιοῦτοι. ἐπειδὰν δὲ ἀνδρωθῶσι, παιδεραστοῦσι καὶ πρὸς γάμους καὶ παιδοποιίας οὐ προσέχουσι τὸν νοῦν φύσει, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ νόμου ἀναγκάζονται· ἀλλ' ἐξαρκεῖ αὐτοῖς μετ' ἀλλήλων καταζῆν ἀγάμοις. πάντως μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος παιδεραστής τε καὶ φιλεραστὴς γίγνεται, ἀεὶ τὸ ξυγγενὲς ἀσπαζόμενος. ὅταν μὲν οὖν καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ ἐντύχῃ τῷ αὑτοῦ ἡμίσει καὶ ὁ παιδεραστὴς καὶ ἄλλος πᾶς, τότε καὶ θαυμαστὰ ἐκπλήττονται φιλίᾳ τε καὶ οἰκειότητι καὶ ἔρωτι, οὐκ ἐθέλοντες ὡς ἔπος εἰπεῖν χωρίζεσθαι ἀλλήλων οὐδὲ σμικρὸν χρόνον. καὶ οἱ διατελοῦντες μετ' ἀλλήλων διὰ βίου οὗτοί εἰσιν, οἳ οὐδ' ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν ὅ τι βούλονται σφίσι παρ' ἀλλήλων γίγνεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἂν δόξειε τοῦτ' εἶναι ἡ τῶν ἀφροδισίων συνουσία, ὡς ἄρα τούτου ἕνεκα ἕτερος ἑτέρῳ χαίρει ξυνὼν οὕτως ἐπὶ μεγάλης σπουδῆς· ἀλλ' ἄλλο τι βουλομένη ἑκατέρου ἡ

teris omnibus sunt viriles. Hos quidam impudicos falso appellant. neque enim impudentia ulla, sed generositate et fortitudine quadam mascula virilique natura hoc agunt: nam simili suo congratulantur. Huius evidens argumentum est, quod, cum adoleverint, soli ad civilem administrationem conversi, viri praestantes evadunt, et in aetate virili constituti ipsos adolescentes diligunt; matrimonium vero filiorumque generationem natura spernunt, nisi lege cogantur. coelebs porro vita his placet. Omnino igitur vir talis mares diligit, amicorumque studiosus efficitur, cognato semper congratulatus. quotiens itaque dimidium suum alicui, cuiuscunque sexus avidus sit, occurrit, vehementissime concitantur et obstupescunt amicitiaque et familiaritate et amore ardent; neque momentum quidem, ut ita dixerim, seiungi a se invicem patiuntur. Atque hi sunt, qui per omnem vitam amare pergunt: neque, quid potissimum a se vicissim expetant, exprimere possunt. neque enim venereus coitus id esse videtur, cuius gratia alter alterius consuetudine tantopere delectatur. aliud quiddam est

ψυχὴ δήλη ἐστὶν, ὃ οὐ δύναται εἰπεῖν, ἀλλὰ μαντεύεται ὃ βούλεται, καὶ αἰνίττεται. καὶ εἰ αὐτοῖς ἐν τῷ αὐτῷ κατακειμένοις ἐπιστὰς ὁ Ἥφαιστος, ἔχων τὰ ὄργανα, ἔροιτο Τί ἔσθ' ὃ βούλεσθε, ὦ ἄνθρωποι, ὑμῖν παρ' ἀλλήλων γενέσθαι; καὶ εἰ ἀποροῦντας αὐτοὺς πάλιν ἔροιτο Ἆρά γε τοῦδε ἐπιθυμεῖτε, ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι ὅτι μάλιστ' ἀλλήλοις, ὥστε καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν μὴ ἀπολείπεσθαι ἀλλήλων; εἰ γὰρ τούτου ἐπιθυμεῖτε, ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτό, ὥστε δύ' ὄντας ἕνα γεγονέναι καὶ ἕως τ' ἂν ζῆτε, ὡς ἕνα ὄντα, κοινῇ ἀμφοτέρους ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνητε, ἐκεῖ αὖ ἐν Ἅιδου ἀντὶ δυεῖν ἕνα εἶναι κοινῇ τεθνεῶτε, ἀλλ' ὁρᾶτε εἰ τούτου ἐρᾶτε καὶ ἐξαρκεῖ ὑμῖν ἂν τούτου τύχητε. ταῦτα ἀκούσας ἴσμεν ὅτι οὐδ' ἂν εἷς ἐξαρνηθείη οὐδ' ἄλλο τι ἂν φανείη βουλόμενος, ἀλλ' ἀτεχνῶς οἴοιτ' ἂν ἀκηκοέναι τοῦτο ὃ πάλαι ἄρα ἐπεθύμει, συνελθὼν καὶ συντακεὶς τῷ ἐρωμένῳ ἐκ δυεῖν εἷς γενέσθαι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἴτιον, ὅτι ἡ ἀρχαία φύσις ἡμῶν ἦν αὕτη καὶ ἦμεν ὅλοι· τοῦ ὅλου οὖν τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ διώξει ἔρως ὄνομα. καὶ πρὸ τοῦ, ὥσπερ
193 λέγω, ἓν ἦμεν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν

profecto, quod animus utriusque cupit, nec exprimere valet, sed vaticinatur potius, et affectum insitum vestigiis signat obscuris. Atqui si una iacentibus illis superne Vulcanus suis instrumentis adstans interrogaret. Quid est, o homines, quod a vobis vicissim exigitis? et ambigentibus illis iterum percontaretur, Numquid hoc exoptatis, in unum idemque maxime congredi, adeo ut neque die neque nocte invicem separemini? Si hoc affectatis, colliquefaciam vos confundamque in idem, ut ex duobus unum efficiamini, et tam in hac vita quam apud inferos unum semper perseveretis. videte, an hoc sit, quod ardetis, satisque futurum sit vobis, si huius compotes efficiamini. Si ita, inquam, Vulcanus quaereret, constat, quod nemo renueret aut aliud quam hoc expetere videretur. re vera enim, quod olim cupierat, audisse se quisque putaret, congressu videlicet commixtioneque cum amato unum ex duobus confici. Huius causa est, quia prisca hominum natura haec erat integrique eramus. Totius itaque reficiendi cupido nixusque amoris nomen accepit. olim quidem, ut supra narrabam, unum quisque nostrum erat: deinde propter iniustitiam a Deo scissi fuimus,

ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθά περ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων. φόβος οὖν ἔστιν, ἐὰν μὴ κόσμιοι ὦμεν πρὸς τοὺς θεούς, ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησόμεθα, καὶ περίιμεν ἔχοντες ὥς περ οἱ ἐν ταῖς στήλαις κατὰ γραφὴν ἐκτετυπωμένοι, διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας, γεγονότες ὥς περ λίσπαι. ἀλλὰ τούτων ἕνεκα πάντ' ἄνδρα χρὴ ἅπαντα παρακελεύεσθαι εὐσεβεῖν περὶ θεούς, ἵνα τὰ μὲν ἐκφύγωμεν, τῶν δὲ τύχωμεν, ὧν ὁ Ἔρως ἡμῖν ἡγεμὼν καὶ στρατηγός. ᾧ μηδεὶς ἐναντία πραττέτω· πράττει δ' ἐναντία, ὅς τις θεοῖς ἀπεχθάνεται. φίλοι γὰρ γενόμενοι καὶ διαλλαγέντες τῷ θεῷ ἐξευρήσομέν τε καὶ ἐντευξόμεθα τοῖς παιδικοῖς τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν, ἃ τῶν νῦν ὀλίγοι ποιοῦσι. καὶ μή μοι ὑπολάβῃ Ἐρυξίμαχος κωμῳδῶν τὸν λόγον, ὡς Παυσανίαν καὶ Ἀγάθωνα λέγω· ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτοι τούτων τυγχάνουσιν ὄντες καὶ εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρρενες, λέγω δὲ οὖν ἔγωγε καθ' ἁπάντων καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ὅτι οὕτως ἂν ἡμῶν τὸ γένος εὔδαιμον γένοιτο, εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα καὶ τῶν παιδικῶν τῶν αὑτοῦ ἕκαστος τύχοι εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀπελθὼν φύσιν. εἰ δὲ τοῦτο ἄριστον, ἀναγκαῖον καὶ τῶν νῦν παρόντων τὸ

quemadmodum a Lacedaemoniis Arcades. verendum est praeterea, ne, si minus modesti quam deceat in Deos simus, iterum dividamur talesque efficiamur, quales qui in columnis figurantur, nares secti, evadamus similes tenuissimorum quorundam animalium, quae lipsae vocantur. Sed horum gratia unumquemque decet summa pietate Deos colere, et alios ad hoc exhortari: ut haec vitemus, adipiscamur illa: ut quemadmodum nos dux noster Amor et imperator admonet, cui nullus repugnare audeat. repugnat autem huic, qui adversatur Diis. nam si Deo reconciliati, eum propitium habuerimus, singuli dimidium suum exoptatum reperiemus et consequemur. quod quidem pauci his temporibus agunt. Neque sermonem hunc meum Eryximachus iste corripiat, quasi Pausaniam Agathonemque dicam. forte enim et isti ex his sunt, et natura ambo mares exsistunt. Assero equidem de omnibus viris ac feminis, ita demum genus nostrum fore beatum, si quando amoris impetum expleamus, et suis quisque deliciis potiatur, in antiquam naturam penitus restitutus. Si hoc felicissimum quiddam est, sequitur, ut ex iis, quae nunc nobis

τούτου ἐγγυτάτω ἄριστον εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶ παιδικῶν τυχεῖν κατὰ νοῦν αὐτῷ πεφυκότων. οὗ δὴ τὸν αἴτιον θεὸν ὑμνοῦντες δικαίως ἂν ὑμνοῖμεν Ἔρωτα, ὃς ἔν τε τῷ παρόντι ἡμᾶς πλεῖστα ὀνίνησιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἄγων, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἐλπίδας μεγίστας παρέχεται, ἡμῶν παρεχομένων πρὸς θεοὺς εὐσέβειαν, καταστήσας ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχαίαν φύσιν καὶ ἰασάμενος μακαρίους καὶ εὐδαίμονας ποιῆσαι.

Οὗτος, ἔφη, ὦ Ἐρυξίμαχε, ὁ ἐμὸς λόγος ἐστὶ περὶ Ἔρωτος, ἀλλαῖος ἢ ὁ σός. ὥς περ οὖν ἐδεήθην σου, μὴ κωμῳδήσῃς αὐτόν, ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν ἀκούσωμεν τί ἕκαστος ἐρεῖ, μᾶλλον δὲ τί ἑκάτερος· Ἀγάθων γὰρ καὶ Σωκράτης λοιποί.

Ἀλλὰ πείσομαί σοι, ἔφη φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· καὶ γάρ μοι ὁ λόγος ἡδέως ἐῤῥήθη. καὶ εἰ μὴ ξυνῄδειν Σωκράτει τε καὶ Ἀγάθωνι δεινοῖς οὖσι περὶ τὰ ἐρωτικά, πάνυ ἂν ἐφοβούμην μὴ ἀπορήσωσι λόγων διὰ τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ εἰρῆσθαι· νῦν δὲ ὅμως
194 θαῤῥῶ. Τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν Καλῶς γὰρ αὐτὸς ἠγώνισαι, ὦ Ἐρυξίμαχε. εἰ δὲ γένοιο οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγάθων εἴπῃ,

tributa sunt, quod huic proximum est, id sit et optimum: hoc est, ut quilibet eos, qui natura ipsi cordi sunt, nanciscatur Cuius utique causam Deum laudantes, Amorem iure laudar debemus, qui in praesenti tempore nos summopere iuvat, du in suum igniculum quemque conducit, et in posterum spe summam porrigit nobis Deos pie colentibus, in veterem figu ram restituendo medendoque se nos beatissimos effecturu Hic meus est, Eryximache, de Amore sermo, a tuo divers quem, ut supra oravi, ne carpas, ut audiamus, quid quisc reliquorum afferat, immo quid uterque. nam Agathon dun xat et Socrates restant. *Ery.* Morem tibi geram. nam n oratio tua placet, et nisi cognovissem Socratem et Agathon in amatoriis esse facundos, dubitassem, ne verba illis def rent, eo quod multa variaque sunt dicta. verum adhuc confido. *So.* Strenue et ipse certasti, o Eryximache. veru in eo gradu constitutus esses, in quo nunc ego sum, i in quo ero, cum Agathon quoque scite dixerit, perinc

σὺ καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο καὶ ἐν παντὶ εἴης, ὥς περ ἐγὼ νῦν. Φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ἵνα θορυβηθῶ διὰ τὸ οἴεσθαι τὸ θέατρον προςδοκίαν μεγάλην ἔχειν ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ. Ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην, ὦ Ἀγάθων, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρίαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ, μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους, καὶ οὐδ' ὁπωςτιοῦν ἐκπλαγέντος, νῦν οἰηθείην σε θορυβηθήσεσθαι ἕνεκα ἡμῶν ὀλίγων ἀνθρώπων. Τί δαί, ὦ Σώκρατες; τὸν Ἀγάθωνα φάναι, οὐ δή πού με οὕτω θεάτρου μεστὸν ἡγεῖ, ὥςτε καὶ ἀγνοεῖν ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων φοβερώτεροι. Οὐ μέντ' ἂν καλῶς ποιοίην, φάναι τὸν Σωκράτη, ὦ Ἀγάθων, περὶ σοῦ τι ἐγὼ ἄγροικον δοξάζων. ἀλλ' εὖ οἶδα ὅτι εἴ τισιν ἐντύχοις οὓς ἡγοῖο σοφούς, μᾶλλον ἂν αὐτῶν φροντίζοις ἢ τῶν πολλῶν. ἀλλὰ μὴ οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὦμεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἦμεν τῶν πολλῶν· εἰ δὲ ἄλλοις ἐντύχοις σοφοῖς, τάχ' ἂν αἰσχύνοιο αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. ἢ πῶς λέγεις;

ego nunc maxime formidares et angustiis undique premereris. *Aga.* Incantationibus circumvenire me vis, o Socrates, ut in conspectu vestro pavescam, quod magna apud vos tanquam in theatro de me exspectatio sit, quasi elegantissime sim dicturus. *So.* Nimis, o Agathon, obliviosus essem, si te nunc coram paucis trepidaturum putarem, quem heri tam fortiter tamque generose ascendisse pulpitum tragicum una cum histrionibus viderim, et sine ullo terroris motu coram tanta spectantium multitudine carminum periculum effecisse. *Aga.* Ne me adeo theatri studiosum eiusque favori deditum putes, ut ignorem prudenti viro paucorum sapientum magis quam multorum insipientium iudicium esse verendum. *So.* Inique iudicarem, Agathon, si quid in te rusticum existimarem. novi equidem, quod si in quos offenderes tuo iudicio sapientes, magis eos quam vulgus curares. Sed vide, ne ipsi tales minime simus. interfuimus ibi et ipsi, vulgarium numero computati. Sin autem aliis occurreres sapientibus, ne quid in eorum conspectu inepte faceres, formidares. nunquid aliter dicis?

Ἀληθῆ λέγεις, φάναι. Τοὺς δὲ πολλοὺς οὐκ ἂν αἰσχύνοιο, εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν; Καὶ τὸν Φαῖδρον ἔφη ὑπολαβόντα εἰπεῖν Ὦ φίλε Ἀγάθων, ἐὰν ἀποκρίνῃ Σωκράτει, οὐδὲν ἔτι διοίσει αὐτῷ ὁπῃοῦν τῶν ἐνθάδε ὁτιοῦν γίγνεσθαι, ἐὰν μόνον ἔχῃ ὅτῳ διαλέγηται, ἄλλως τε καὶ καλῷ. ἐγὼ δὲ ἡδέως μὲν ἀκούω Σωκράτους διαλεγομένου, ἀναγκαῖον δέ μοι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἐγκωμίου τῷ Ἔρωτι καὶ ἀποδέξασθαι παρ' ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν τὸν λόγον. ἀποδοὺς οὖν ἑκάτερος τῷ θεῷ οὕτως ἤδη διαλεγέσθω. Ἀλλὰ καλῶς λέγεις, ὦ Φαῖδρε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ οὐδέν με κωλύει λέγειν· Σωκράτει γὰρ καὶ αὖθις ἔσται πολλάκις διαλέγεσθαι.

Ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν ᾗ χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. δοκοῦσι γάρ μοι πάντες οἱ πρόσθεν εἰρηκότες οὐ τὸν θεὸν ἐγκωμιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζειν τῶν ἀγαθῶν ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς αἴτιος· ὁποῖος δέ τις αὐτὸς ὢν ταῦτα ἐδωρήσατο,
193 οὐδεὶς εἴρηκεν. εἷς δὲ τρόπος ὀρθὸς παντὸς ἐπαίνου περὶ παντός, λόγῳ διελθεῖν οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ. οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ

Aga. Non: vera enim refers. *So.* Vulgus autem non metueres si quid ineptum committere te putares? *Phae.* O amice Agathon, si Socrati respondere pergis, nihil curabit, quomodo cunque cetera hic agantur, modo habeat, quicum dispute pulchro praesertim. equidem libenter Socratem audio dispu tantem: veruntamen curandum mihi est, ut Amor a singul ordine certo laudetur. Laudate igitur et vos Deum prim postea arbitratu vestro invicem disputabitis. *Aga.* Praecl loqueris, Phaedre, neque me quicquam dicere prohibet. c Socrate quidem saepe alias disputare licebit. Ego vero m primum a me dicendum esse monstrabo: postea dicam. dentur mihi, qui hactenus locuti sunt, non ipsum De laudasse, sed beneficia, quae feliciter ab illo conferuntur minibus, narravisse. qualis vero ipse sit, qui horum bo rum causa est, nullus adhuc expressit. Recta autem dandi ratio sola in omnibus illa est, qua illius, de quo tur, natura prius ostenditur; postea, quorum causa est, claratur. Sic et in praesentia, qualis ipse sit Amor, pri

ἡμᾶς δίκαιον ἐπαινέσαι πρῶτον αὐτὸν οἷός ἐστιν, ἔπειτα τὰς δόσεις. Φημὶ οὖν ἐγὼ πάντων θεῶν εὐδαιμόνων ὄντων Ἔρωτα, εἰ θέμις καὶ ἀνεμέσητον εἰπεῖν, εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν, κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον. ἔστι δὲ κάλλιστος ὢν τοιόσδε. πρῶτον μὲν νεώτατος θεῶν, ὦ Φαῖδρε. μέγα δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ αὐτὸς παρέχεται, φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας, ταχὺ ὂν δῆλον ὅτι· θᾶττον γοῦν τοῦ δέοντος ἡμῖν προσέρχεται. ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν καὶ οὐδ᾽ ἐντὸς πολλοῦ πλησιάζειν. μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν, ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ ἀεὶ νέον, τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν, ἀνάγκῃ καὶ οὐκ ἔρωτι γεγονέναι, εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ ἔλεγον· οὐ γὰρ ἂν ἐκτομαὶ οὐδὲ δεσμοὶ ἀλλήλων ἐγίγνοντο καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια, εἰ Ἔρως ἐν αὐτοῖς ἦν, ἀλλὰ φιλία καὶ εἰρήνη, ὥς περ νῦν, ἐξ οὗ Ἔρως τῶν θεῶν βασιλεύει. Νέος μὲν οὖν ἐστί, πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός·

ostendere decet, deinde munera illius exponere. Assero equidem, cum Dii omnes beati sint, Amorem, si modo fas est et tolerabile dictu, esse omnium beatissimum, quippe cum pulcherrimus omnium optimusque exsistat. Quod vero pulcherrimus sit, ex eo primum patet, quod Deorum omnium maxime iuvenis est. cuius ipse evidens argumentum praebet, cum senectutem fugiat, velocem videlicet, quae citius quam oportet adventat: eamque Amor natura odit fugitque, iuvenibus vero se miscet. Scite quidem veteri proverbio fertur, simile simili semper haerere. et cum multa Phaedro concedo, in hoc uno minime assentior, quod Amor Saturno et Iapeto sit antiquior: immo prae ceteris Diis iuvenem esse aio semperque iuvenem. prisca vero Deorum gesta, quae Hesiodus Parmenidesque describunt, Necessitati potius quam Amori attribuenda, si modo illi vera narrarunt. neque enim castrari invicem et vinciri, aliaque violenta permulta Diis olim contigissent, si Amor illis tunc affuissent: sed benevolentia et pax summa regnasset, quemadmodum nunc, ex quo imperare Diis Amor incepit. Ergo iuvenis est, et tener praeterea mollisque.

ποιητοῦ δ' ἔστιν ἐνδεὴς οἷος ἦν Ὅμηρος, πρὸς τὸ ἐπι-
δεῖξαι θεοῦ ἁπαλότητα. Ὅμηρος γὰρ Ἄτην θεόν τέ
φησιν εἶναι καὶ ἁπαλήν· τοὺς γοῦν πόδας αὐτῆς ἁπα-
λοὺς εἶναι, λέγων

τῆς μένθ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδεος
πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥ γε κατ' ἀνδρῶν κράατα
βαίνει.

καλῷ οὖν δοκεῖ μοι τεκμηρίῳ τὴν ἁπαλότητα ἀποφαί-
νειν, ὅτι οὐκ ἐπὶ σκληροῦ βαίνει ἀλλ' ἐπὶ μαλθακοῦ.
τῷ αὐτῷ δὴ καὶ ἡμεῖς χρησώμεθα τεκμηρίῳ περὶ Ἔρωτα
ὅτι ἁπαλός. οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς βαίνει οὐδ' ἐπὶ κρανίων,
ἅ ἐστιν οὐ πάνυ μαλακά, ἀλλ' ἐν τοῖς μαλακωτάτοις
τῶν ὄντων καὶ βαίνει καὶ οἰκεῖ. ἐν γὰρ ἤθεσι καὶ ψυ-
χαῖς θεῶν καὶ ἀνθρώπων τὴν οἴκησιν ἵδρυται, καὶ οὐκ
αὖ ἑξῆς ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς, ἀλλ' ᾗ τινι ἂν σκλη-
ρὸν ἦθος ἐχούσῃ ἐντύχῃ, ἀπέρχεται, ᾗ δ' ἂν μαλα-
κόν, οἰκίζεται. ἁπτόμενον οὖν ἀεὶ καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ
ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, ἁπαλώτατον ἀνάγ-
196 κη εἶναι. Νεώτατος μὲν δή ἐστι καὶ ἁπαλώτατος,
πρὸς δὲ τούτοις ὑγρὸς τὸ εἶδος. οὐ γὰρ ἂν οἷός τ' ἦν
πάντῃ περιπτύσσεσθαι οὐδὲ διὰ πάσης ψυχῆς καὶ εἰσιὼν

Opus autem est tali quodam poeta, qualis Homerus exstitit, ad teneram Amoris mollitiem demonstrandam. Homerus quidem Aten, id est Calamitatem, Deam inquit esse et mollem utque illius pedes teneros esse ostenderet, ait nunquam pa vimenta calcare, sed per capita hominum incedere. perspi cua sane coniectura, quod tenera sit, usus fuisse videtu quia per dura non graditur, sed mollia tangit. Eodem nob utendum est argumento, quod tener sit Amor ostendere c pientibus. neque enim per terram et saxa vadit, quae asp sunt, sed mollissimis omnium rebus se infigit atque perm net. in animis quippe Deorum et hominum sedem suam lo neque tamen in quibuslibet animis: nam si durum animi fenderit habitum, aufugit; sin autem mitem mollemque, h tat. Cum itaque mollissimarum rerum mollissimas sen partes pedibus totoque tangat, tenerrimum esse Amo necesse est. Quapropter et iuvenis est et tener prae c Amor. Quin etiam aquae instar liquidus est et lubricus. enim undique per omnem animam circumfluere posset et

τὸ πρῶτον λανθάνειν καὶ ἐξιών, εἰ σκληρὸς ἦν. συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη, ὃ δὴ διαφερόντως ἐκ πάντων ὁμολογουμένως Ἔρως ἔχει· ἀσχημοσύνη γὰρ καὶ Ἔρωτι πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ πόλεμος. χρόας δὲ κάλλος ἡ κατ' ἄνθη δίαιτα τοῦ θεοῦ σημαίνει· ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν οὐκ ἐνίζει Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθής τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει. Περὶ μὲν οὖν κάλλους τοῦ θεοῦ καὶ ταῦθ' ἱκανὰ καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται, περὶ δὲ ἀρετῆς Ἔρωτος μετὰ ταῦτα λεκτέον, τὸ μὲν μέγιστον ὅτι Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται οὔθ' ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεόν, οὔθ' ὑπ' ἀνθρώπου οὔτε ἄνθρωπον. οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· βία γὰρ Ἔρωτος οὐχ ἅπτεται· οὔτε ποιῶν ποιεῖ· πᾶς γὰρ ἑκὼν Ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ, ἃ δ' ἄν τις ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλῆς νόμοι δίκαια εἶναι. πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ σωφροσύνης πλείστης μετέχει. εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, Ἔρωτος δὲ μηδεμίαν ἡδονὴν κρείττω εἶναι. εἰ δὲ ἡτ-

influere et effluere clam, si durus ac rigidus esset. Aptae vero, compositae flexibilisque formae argumento esse formositas potest, hoc est figurae concinnitas, qua Amor omnium maxime procul dubio decoratus est. inter deformitatem porro et amorem est pugna perpetua. Coloris quoque decorem assidua inter flores habitatio huius Dei significat. in eo siquidem, quod floribus caret aut defloruit, sive corpus sive animus seu quodvis aliud sit, Amor ipse non insidet: ubicunque vero floridus et odorifer est locus, gratissime conquiescit. De huius Dei pulchritudine permulta insuper afferri possent: sed ista sufficiunt. Deinceps de virtute Amoris est dicendum. Quod in primis maximi faciendum est, Amor nec iniuriam infert Deo vel homini; nec a Deo vel homine iniuriam patitur. non enim ipse vi patitur, si quid patitur; nam violentia non tangit Amorem: neque vi facit, si quid faciat. quisque enim sponte Amori in singulis paret. quaecunque vero volens quispiam cum volente ultro contrahit, iusta habentur, ut regiae civitatis leges statuunt. Nec iustitiae solum, verum etiam summae est temperantiae particeps. siquidem inter omnes convenit, temperantiam esse libidinibus et voluptatibus dominari; nullamque voluptatem esse amore potentiorem. quod

τοὺς, κρατοῖντ' ἂν ὑπὸ Ἔρωτος, ὁ δὲ κρατοῖ. κρατῶν δὲ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὁ Ἔρως διαφερόντως ἂν σωφρονοῖ. καὶ μὴν εἴς γε ἀνδρίαν Ἔρωτι οὐδὲ Ἄρης ἀνθίσταται. οὐ γὰρ ἔχει Ἔρωτα Ἄρης, ἀλλ' Ἔρως Ἄρη, Ἀφροδίτης, ὡς λόγος. κρείττων δὲ ὁ ἔχων τοῦ ἐχομένου. τοῦ δ' ἀνδρειοτάτου τῶν ἄλλων κρατῶν πάντων ἂν ἀνδρειότατος εἴη. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας τοῦ θεοῦ εἴρηται, περὶ δὲ σοφίας λείπεται· ὅσον οὖν δυνατὸν, πειρατέον μὴ ἐλλείπειν. καὶ πρῶτον μὲν, ἵν' αὖ καὶ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέ- 11
χνην τιμήσω ὥς περ Ἐρυξίμαχος τὴν ἑαυτοῦ, ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς οὕτως ὥςτε καὶ ἄλλον ποιῆσαι· πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται. ᾧ δὴ πρέπει ἡμᾶς μαρτυρίῳ χρῆσθαι, ὅτι ποιητὴς ὁ Ἔρως ἀγαθὸς ἐν κεφαλαίῳ πᾶσαν ποίησιν τὴν κατὰ μουσικήν· ἃ γάρ τις ἢ μὴ ἔχει ἢ μὴ οἶδεν,
197 οὔτ' ἂν ἑτέρῳ δοίη οὔτ' ἂν ἄλλον διδάξειε. καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων ποίησιν πάντων τίς ἐναντιώσεται μὴ οὐχὶ Ἔρωτος εἶναι σοφίαν, ᾗ γίγνεταί τε καὶ φύεται πάντα τὰ ζῷα; ἀλλὰ τὴν τῶν τεχνῶν δημιουργίαν;

si voluptates omnes amore imbecilliores sunt, ab illo utique superantur, ille vero dominatur. Amor itaque, quoniam libidinibus et voluptatibus dominatur, mirum in modum est temperans. Quoad fortitudinem praeterea, neque Mars quidem Amori resistit. neque enim Mars Amorem, sed Amo Veneris, ut fertur, Martem detinet. potentius autem est, quo detinet quam quod detinetur. qui vero ceterorum fortiss mo dominatur, omnium absque dubio fortissimus est iudicar dus. De iustitia igitur temperantiaque et fortitudine huius D satis est dictum. De sapientia deinceps dicendum restat: qu quidem pro viribus est exsequendum. Principio, ut et i artem meam, perinde ac suam Eryximachus, honorem, Deus poëta est adeo sapiens, ut alios quoque poëtas possit ficere. quilibet enim, licet antea rudis, poëta evadit, primum Amor afflaverit. ex quo perspicue coniectare l Amorem peritum esse poëtam, omnesque summatim mu poësis numeros continere. nam quae nec habet aliquis que noscit, alteri dare vel monstrare non potest. Quod u per Amoris sapientiam animalia cuncta gignantur atque scantur, quis dubitet? Artium praeterea facultatem nom

οὐκ ἴσμεν, ὅτι οὗ μὲν ἂν ὁ θεὸς οὗτος διδάσκαλος γένηται, ἐλλόγιμος καὶ φανὸς ἀπέβη, οὗ δ' ἂν Ἔρως μὴ ἐφάψηται, σκοτεινός; τοξικήν γε μὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν Ἀπόλλων ἀνεῦρεν ἐπιθυμίας καὶ ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος, ὥστε καὶ οὗτος Ἔρωτος ἂν εἴη μαθητής, καὶ Μοῦσαι μουσικῆς καὶ Ἥφαιστος χαλκείας καὶ Ἀθηνᾶ ἱστουργίας καὶ Ζεὺς κυβερνήσεως θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. ὅθεν δὴ καὶ κατεσκευάσθη τῶν θεῶν τὰ πράγματα Ἔρωτος ἐγγενομένου, δῆλον ὅτι κάλλους· αἴσχει γὰρ οὐκ ἔπεστιν Ἔρως. πρὸ τοῦ δέ, ὥς περ ἐν ἀρχῇ εἶπον, πολλὰ καὶ δεινὰ θεοῖς ἐγίγνετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν τῆς ἀνάγκης βασιλείαν· ἐπειδὴ δ' ὁ θεὸς οὗτος ἔφυ ἐκ τοῦ ἐρᾷν τῶν καλῶν, πάντ' ἀγαθὰ γέγονε καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις. Οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, Ἔρως πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος καὶ ἄριστος μετὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιούτων αἴτιος εἶναι. ἐπέρχεται δέ μοί τι καὶ ἔμμετρον εἰπεῖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν

εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην,
νηνεμίαν ἀνέμων, κοίτην ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει.

οὗτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν κενοῖ, οἰκειότητος

hoc Deo tradi videmus? eumque hominem, cuius hic est praeceptor, quavis in arte praecellere clarumque evadere? contra vero eum, qui ab Amore non tangitur, in obscuro iacere? Sagittandi namque, medendi et divinandi peritiam appetitu atque amore duce invenit Apollo, qui est Amoris discipulus: musicam similiter Musae: fabricam Vulcanus aerariam: texendi artificium Minerva: Iuppiter Deorum hominumque gubernationem. Quocirca res Deorum Amore interveniente dispositae sunt, Amore, inquam, pulchritudinis. deformitatem quippe non sequitur Amor. Antea vero, ut supra dicebam, permulta atque atrocia inter Deos propter Necessitatis regnum, ut dicitur, contigerunt. postquam vero Deus hic ex pulchrorum desiderio natus est, bona omnia tam ad Deos quam ad homines provenere. Ita mihi videtur, o Phaedre, Amor ipse primum pulcherrimus optimusque esse, deinde talia quaedam ceteris quoque largiri. Succurrit mihi in praesentia metricum quiddam atque concinnum: Hic Deus est, qui *pacem* largitur *hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem, cubile viventibus omniumque securum.* Hic rusticitatem a nobis amovet,

δὲ πληροῖ, τὰς τοιάςδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων πάσα τιθεὶς ξυνιέναι, ἐν ἑορταῖς, ἐν χοροῖς, ἐν θυσίαις γι γνόμενος ἡγεμών· πρᾳότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητ δ' ἐξορίζων· φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυςμενείας ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ζηλωτὸ ἀμοίροις, κτητὸς εὐμοίροις· τρυφῆς, ἁβρότητος, χλι δῆς, χαρίτων, ἱμέρου, πόθου πατήρ· ἐπιμελὴς ἀγα θῶν, ἀμελὴς κακῶν· ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε κα σωτὴρ ἄριστος, ξυμπάντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κό σμος, ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ χρὴ ἕπεσθα πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ᾠδῆς μετέχον τα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπω νόημα.

Οὗτος, ἔφη, ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, ὦ Φαῖδρε, τῷ θεῷ ἀνακείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον ἐγὼ δύναμαι, μετέχων.

198 Εἰπόντος δὲ τοῦ Ἀγάθωνος πάντας ἔφη ὁ Ἀριστόδημος ἀναθορυβῆσαι τοὺς παρόντας, ὡς πρεπόντω τοῦ νεανίσκου εἰρηκότος καὶ αὐτῷ καὶ τῷ θεῷ. τὸ οὖν Σωκράτη εἰπεῖν βλέψαντα εἰς τὸ Ἐρυξίμαχο

hic nos familiaritate conciliat, coetus huiusmodi omnes c gregans; in solemnibus festisque diebus, in choris, in sacr ciis, dux nobis et praesidens: mansuetudinem quidem po gens, exterminans feritatem, benevolentiae largitor, mal lentiae omnis expulsor: propitius, beneficus, spectandus pientibus, Diis placidus, exoptandus expertibus, participan possidendus atque tenendus: deliciarum, mollium illecebra gratiarum, dulcis perfusionis et desiderii pater: bonorum diosus, malorum spretor: in labore, in timore, in desideri sermone gubernator, perfectus adiutor servatorque praec cunctorum Deorum atque hominum decus et dux pulche atque optimus, quem profecto sectari debet praeclarisq mnis venerari vir quisque cantilenae illius particeps, quan ipse concinit, mentem Deorum hominumque permulcens igitur oratio mea, Phaedre, Deo devoveatur, partim partim seriis rebus pro ingenii mei facultate referta. C Agathon dixisset, quemadmodum retulit Aristodemus. vae omnes summo quodam applausu orationem ipsam baverunt, utpote quae, sicut et Agathone et Deo dign habita videretur. Quapropter Socrates, ad Eryximach

Ἆρά σοι δοκῶ, φάναι, ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ, ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι, ἀλλ᾽ οὐ μαντικῶς, ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰπεῖν, ὅτι Ἀγάθων θαυμαστῶς ἐροῖ, ἐγὼ δ᾽ ἀπορήσοιμι; Τὸ μὲν ἕτερον, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, μαντικῶς μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὅτι Ἀγάθων εὖ ἐρεῖ· τὸ δὲ σὲ ἀπορήσειν, οὐκ οἶμαι. Καὶ πῶς, ὦ μακάριε, εἰπεῖν τὸν Σωκράτην, οὐ μέλλω ἀπορεῖν καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλος ὁστισοῦν, μέλλων λέξειν μετὰ καλὸν οὕτω καὶ παντοδαπὸν λόγον ῥηθέντα; καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως θαυμαστά· τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος ὅτι αὐτὸς οὐχ οἷός τ᾽ ἔσομαι οὐδ᾽ ἐγγὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν, ὑπ᾽ αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην, εἴ πῃ εἶχον. καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν, ὥστε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειε. καὶ ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὤν, ἡνίκα ὑμῖν ὡμολόγουν ἐν τῷ μέρει μεθ᾽ ὑμῶν ἐγκωμιάσεσθαι τὸν Ἔρωτα καὶ ἔφην εἶναι δεινὸς τὰ ἐρω-

versus, inquit, An non merito, o Acumeni fili, supra timuisse nunc videor, quod revera contigit, vaticinatus, quod Agathon elegantissime loqueretur, ex quo mihi verba deficerent? *Ery.* Unum quidem recte vaticinatum te puto, scite locuturum Agathonem: tibi vero defuturam facundiam, minime. *So.* Cur non et ipse, o beate, et alius quivis a dicendo absterreatur, cui post tam luculentam copiosamque orationem sit loquendum? et cetera quidem, quamvis apte composita, non adeo miranda videntur: elegantiam vero nominum atque verborum, qua in orationis calce est usus, si quis animadverterit, protinus obstupescet. quandoquidem et ipse cum intelligerem, non posse me eloquentia prope accedere, parum abfuit, quin verecundia motus hinc alio, si quo licuisset, abirem. Etenim Gorgiae me sermo admonuit, quod illud mihi Homericum contigisset. extimui nempe, ne finem verbis imponens Agathon, Gorgiae facundi caput e sermone suo in meum transmittens, mutum me factum, lapidem pro homine redderet. Tunc demum temere promisisse me agnovi, Amorem vobiscum pro vice mea collaudaturum, et inepte amatoria professum fuisse, cum omnino

τικά, οὐδὲν εἰδὼς ἄρα τοῦ πράγματος, ὡς ἔδει ἐγκωμιάζειν ὁτιοῦν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπ' ἀβελτερίας ᾤμην δεῖν τἀληθῆ λέγειν περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου, καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τὰ κάλλιστα ἐκλεγομένους ὡς εὐπρεπέστατα τιθέναι. καὶ πάνυ δὴ μέγα ἐφρόνουν ὡς εὖ ἐρῶν, ὡς εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν τοῦ ἐπαινεῖν ὁτιοῦν. τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα ἐάν τε μή· εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα. προὐῤῥήθη γάρ, ὡς ἔοικεν, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τὸν Ἔρωτα ἐγκωμιάζειν δόξει, οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. διὰ ταῦτα δή, οἶμαι, πάντα λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ Ἔρωτι, καὶ φατὲ αὐτὸν τοιοῦτόν τε εἶναι καὶ τοσούτων αἴτιον, ὅπως ἂν φαί-
199 νηται ὡς κάλλιστος καὶ ἄριστος, δῆλον ὅτι τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν· οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι. καὶ καλῶς γ' ἔχει καὶ σεμνῶς ὁ ἔπαινος. ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ οὐκ ᾔδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου, οὐδ' εἰδὼς ὑμῖν ὡμολόγησα καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει ἐπαινέσεσθαι. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. χαιρέτω δή. οὐ γὰρ ἔτι

nescirem, qua quidque sit ratione laudandum. putabam equidem ob ruditatem meam, de quocunque, quod laudatur a nobis, vera oportere referri, et hoc quidem adesse atque licere: ex his autem pulcherrima seligentes, quam decentissime adscribere nos debere. Quocirca ingenti quadam spe elatus sum, quasi recte dicturus, quandoquidem veram laudandi rationem, ut videbatur, haberem. tandem vero haud congruus laudationis hic modus apparuit: oportere namque videtur, maxima quaeque et praeclarissima rei, quam laudamus, adscribere, sive revera illi adsint, sive non adsint. nihil enim referre, falsane an vera sint, cum propositum sit, non quomodo Amor ipse laudetur, immo ut quisque Amorem laudare quam maxime videatur. Quapropter universa Amori tribuitis, talemque eum esse et talium tantorumque causam affirmatis, ut quam pulcherrimus optimusque appareat, ignorantibus videlicet. nunquam enim intelligentibus laus huiusmodi recta et pura iudicaretur. Equidem laudationis huius modum penitus ignorabam. nesciens itaque, vobiscum conveni, me quoque inter alios collaudaturum. Lingua ergo pollicita est, mens vero nequaquam. Absit igitur a me ista laudatio. neque enim sic

ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἂν δυναίμην. οὐ μέντοι ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν, οὐ πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους, ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. ὅρα οὖν, ὦ Φαῖδρε, εἴ τι καὶ τοιούτου λόγου δέει, περὶ Ἔρωτος τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν, ὀνόμασι δὲ καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ ὁποία ἄν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα. Τὸν οὖν Φαῖδρον ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους κελεύειν λέγειν, ὅπῃ αὐτὸς οἴοιτο δεῖν εἰπεῖν, ταύτῃ. Ἔτι τοίνυν, φάναι, ὦ Φαῖδρε, πάρες μοι Ἀγάθωνα σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι, ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω. Ἀλλὰ παρίημι, φάναι τὸν Φαῖδρον, ἀλλ' ἐρώτα. Μετὰ ταῦτα δὴ τὸν Σωκράτη ἔφη ἐνθένδε ποθὲν ἄρξασθαι.

Καὶ μήν, ὦ φίλε Ἀγάθων, καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου, λέγων ὅτι πρῶτον μὲν δέοι αὐτὸν ἐπιδεῖξαι ὁποῖός τίς ἐστιν ὁ Ἔρως, ὕστερον δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ταύτην τὴν ἀρχὴν πάνυ ἄγαμαι. ἴθι οὖν μοι περὶ Ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ τἆλλα καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς διῆλθες οἷός ἐστι, καὶ τόδε εἰπέ· πότερόν ἐστι τοιοῦτος οἷος εἶναί τινος ὁ Ἔρως ἔρως, ἢ οὐδενός; ἐρωτῶ δ' οὐκ εἰ μητρός τινος ἢ πατρός

illum extollere possem. Veruntamen, si vultis, ritu meo vera loqui cupio, et ad me ipsum respicere potius quam cum orationibus vestris stilum meum conferre, ne risum moveam. Vide itaque, Phaedre, utrum vobis placeat orationem huiusmodi nunc audire, quae de Amore vera duntaxat enarret, verborum nominumque utcunque accidit compositione procedens. *Phae.* Mihi sane et aliis placet, ut tuo arbitratu loquaris. *So.* Concede mihi, o Phaedre, ut pauca quaedam Agathonem interrogem, ut confirmatus ab illo loquar. *Phae.* Concedo equidem: interroga modo. *So.* Optima, o amice Agathon, orationis tuae fundamenta iecisse videris, cum diceres, primo quid Amor sit ostendendum, postea illius opera numeranda. hoc equidem principium valde probo. Age itaque, postquam de Amore cetera ornate atque magnifice es elocutus, hoc insuper circa illius naturam mihi declara, utrum talis sit Amor, ut alicuius amor sit, an nullius. haud peto, utrum matris alicuius patrisve

ἐστι — γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐρώτημα, εἰ Ἔρως ἐστὶν ἔρως μητρὸς ἢ πατρός —, ἀλλ' ὥς περ ἂν εἰ αὐτὸ τοῦτο πατέρα ἠρώτων, ἆρα ὁ πατήρ ἐστι πατὴρ τινὸς ἢ οὔ; εἶπες ἂν δή πού μοι, εἰ ἐβούλου καλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἔστιν υἱέος γε ἢ θυγατρὸς ὁ πατὴρ πατήρ· ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡσαύτως; Ὁμολογῆσαι καὶ τοῦτο. Ἔτι τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀπόκριναι ὀλίγῳ πλείω, ἵνα μᾶλλον καταμάθῃς ὃ βούλομαι. εἰ γὰρ ἐροίμην, τί δαί; ἀδελφός, αὐτὸ τοῦθ' ὅ περ ἐστιν, ἔστι τινὸς ἀδελφὸς ἢ οὔ; Φάναι εἶναι. Οὐκοῦν ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς; Ὁμολογεῖν. Πειρῶ δή, φάναι, καὶ τὸν ἔρωτα εἰπεῖν. ὁ ἔρως ἔρως ἐστὶν οὐδενὸς ἢ τινός; Πάνυ μὲν
200 οὖν ἐστιν. Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος ὅτου· τοσόνδε δὲ εἰπέ, πότερον ὁ ἔρως ἐκείνου οὗ ἔστιν ἔρως, ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ ἢ οὔ; Πάνυγε, φάναι. Πότερον ἔχων αὐτὸ οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ἢ οὐκ ἔχων; Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἰκός γε, φάναι. Σκόπει δή, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀντὶ τοῦ εἰκότος εἰ ἀνάγκη οὕτω, τὸ ἐπιθυμοῦν ἐπιθυμεῖν οὗ ἐνδεές ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐὰν

sit. ridicula namque interrogatio esset, utrum amor patris matrisve sit amor. verum si interrogassem, nunquid pater alicuius pater esset an non, respondisses utique, si modo congrue loqui voluisses, Patrem filii aut filiae patrem esse. an non? *Aga.* Prorsus. *So.* Nonne et matrem alicuius esse matrem? *Aga.* Et istud. *So.* Responde praeterea pauca quaedam, ut, quod sentio, magis intelligas. Frater nunquid ipsum quod est, alicuius est frater? *Aga.* Est certe. *So.* Nonne fratris, aut sororis? *Aga.* Horum profecto. *So.* Conare similiter de amore nobis ostendere, num amor alicuius sit amor. *Aga.* Alicuius certe. *So.* Hoc itaque memoriter serva, cuius sit recordatus: atque ad hoc responde, utrum amor illud ipsum, cuius est amor, appetat necne. *Aga.* Et maxime quidem. *So.* Nunquid hoc ipsum apud se habet, et tamen, quod habet, appetit atque amat? an potius non habet, quod et amat et appetit? *Aga.* Verisimile est non habere. *So.* Adverte praeterea, utrum pro eo, quod verisimile est, necessarium sit ita, quicquid appetit, id quo eget appetere: et, si non eget, nec cupere. mihi qui-

μὴ ἐνδεὴς ᾖ. ἐμοὶ μὲν γὰρ θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, ὡς ἀνάγκη εἶναι. σοὶ δὲ πῶς; Κἀμοί, φάναι, δοκεῖ. Καλῶς λέγεις. ἆρ' οὖν βούλοιτ' ἄν τις μέγας ὢν μέγας εἶναι, ἢ ἰσχυρὸς ὢν ἰσχυρός; Ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων. Οὐ γάρ που ἐνδεὴς ἂν εἴη τούτων ὅ γε ὤν. Ἀληθῆ λέγεις. Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν βούλοιτο ἰσχυρὸς εἶναι, φάναι τὸν Σωκράτη, καὶ ταχὺς ὢν ταχύς, καὶ ὑγιὴς ὢν ὑγιής, — ἴσως γὰρ ἄν τις ταῦτα οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ ἔχοντας ταῦτα τούτων ἅ περ ἔχουσι καὶ ἐπιθυμεῖν. ἵν' οὖν μὴ ἐξαπατηθῶμεν, τούτου ἕνεκα λέγω. τούτοις γάρ, ὦ Ἀγάθων, εἰ ἐννοεῖς, ἔχειν μὲν ἕκαστα τούτων ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκη ἃ ἔχουσιν, ἐάν τε βούλωνται ἐάν τε μή, καὶ τούτου γε δή που τίς ἂν ἐπιθυμήσειεν; ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ ὅτι Ἐγὼ ὑγιαίνων βούλομαι ὑγιαίνειν καὶ πλουτῶν βούλομαι πλουτεῖν, καὶ ἐπιθυμῶ αὐτῶν τούτων ἃ ἔχω, εἴποιμεν ἂν αὐτῷ ὅτι Σύ, ὦ ἄνθρωπε, πλοῦτον κεκτημένος καὶ ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν βούλει καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα κεκτῆσθαι, ἐπεὶ ἐν τῷ γε νῦν παρόντι, εἴτε βούλει εἴτε μή, ἔχεις. σκόπει οὖν, ὅταν τοῦτο λέγῃς

dem mirum in modum hoc placet, ut necessarium sit. tibi vero quid videtur, Agathon? *Aga.* Quod et tibi. *So.* Bene loqueris. an vellet magnus quispiam magnus esse, et robustus aliquis esse robustus? *Aga.* Ex his, quae supra concessimus, fieri non posse mihi videtur. *So.* Neque enim indigus esset eorum, quae in se ipso iam contineret. *Aga.* Vera dicis. *So.* Etenim si ille, qui robustus est, vult esse robustus, et qui velox, esse velox, et sanus denique sanus, forte quispiam crederet et hos et alios quoslibet ea quae habent appetere. ne igitur hic decipiamur, haec inquam. Si diligenter animadvertas, Agathon, necessarium esse videbis, quaecunque praesenti in tempore isti habent, eadem in tempore eodem habere, seu velint sive nolint. hoc ipsum vero quisnam cuperet? Cum vero quis addit, At ego, sanus dum sum, volo equidem sanus esse: et dives dum sum, esse dives: atque iccirco, quae habeo, cupio: huic protinus respondemus, O bone vir, ipse divitias, sanitatem roburque adeptus vis haec et in futuro tempore possidere, quoniam in praesenti, velis nolisve, habes. Vide ergo,

ὅτι Ἐπιθυμῶ τῶν παρόντων, εἰ ἄλλο τι λέγεις ἢ τόδε, ὅτι Βούλομαι τὰ νῦν παρόντα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον παρεῖναι. ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν; Συμφάναι ἔφη τὸν Ἀγάθωνα. Εἰπεῖν δὴ τὸν Σωκράτη, Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστὶν ἐκείνου ἐρᾶν ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστὶν οὐδὲ ἔχει, τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα εἶναι αὐτῷ σωζόμενα τὰ νῦν παρόντα; Πάνυ γε, φάναι. Καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦ μὴ παρόντος, καὶ ὃ μὴ ἔχει καὶ ὃ μὴ ἔστιν αὐτὸς καὶ οὗ ἐνδεής ἐστι, τοιαῦτ' ἄττα ἐστὶν ὧν ἡ ἐπιθυμία τε καὶ ὁ ἔρως ἐστίν. Πάνυ γ', εἰπεῖν. Ἴθι δή, φάναι τὸν Σωκράτη, ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα. ἄλλο τι ἔστιν ὁ ἔρως πρῶτον μὲν τινῶν, ἔπειτα τούτων ὧν ἂν ἔνδεια παρῇ αὐτῷ; Ναί, φάναι.
201 Ἐπὶ δὴ τούτοις ἀναμνήσθητι, τίνων ἔφησθα ἐν τῷ λόγῳ εἶναι τὸν Ἔρωτα. εἰ δὲ βούλει, ἐγώ σε ἀναμνήσω. οἶμαι γάρ σε οὑτωσί πως εἰπεῖν, ὅτι τοῖς θεοῖς κατεσκευάσθη τὰ πράγματα δι' ἔρωτα καλῶν· αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως. οὐχ οὑτωσί πως ἔλεγες; Εἶπον γάρ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Καὶ ἐπιεικῶς γε λέγεις, ὦ ἑταῖρε, φάναι τὸν Σωκράτη. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄλλο τι

cum dicis, Quae mihi adsunt cupio, nunquid aliud quam l inferas, Quae mihi nunc adsunt, et in futuro adesse exop Censes hunc hominem, Agathon, istud an aliud responsuru *Aga.* Nihil aliud. *So.* Amor profecto huiusmodi illud resp quod nondum in promptu est nec habetur, adesse videlic servari illa in tempore, quod sequatur. *Aga.* Sic est omr *So.* Et iste igitur et alius quicunque appetit, quod nondum positum et paratum est, appetit, quodve non adest nec h et quod ipse non est, quove indiget. talia quaedam sunt quorum est appetitus et amor. *Aga.* Talia procul dubio Age, quae supra dicta sunt repetamus. Primo quidem aliquorum dictus est amor: deinde illorum potissimum, indiget. *Aga.* Certe. *So.* Recordare praeterea, quoru amorem asseruisti. ego tibi in memoriam, si vis, reducam dem ita dixisse te arbitror, A Diis omnia propter pulc amorem fuisse disposita: turpium quippe amorem omni lum esse. an non ita dicebas? *Aga.* Ita profecto. *So.* biliter quidem loqueris, o amice. et, si ita est, amor c

ὁ ἔρως κάλλους ἂν εἴη ἔρως, αἴσχους δ' οὔ; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὡμολόγηται, οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ μὴ ἔχει, τούτου ἐρᾶν; Ναί, εἰπεῖν. Ἐνδεὴς ἄρ' ἐστὶ καὶ οὐκ ἔχει ὁ Ἔρως κάλλος. Ἀνάγκη, φάναι. Τί δέ; τὸ ἐνδεὲς κάλλους καὶ μηδαμῇ κεκτημένον κάλλος ἆρα λέγεις σὺ καλὸν εἶναι; Οὐ δῆτα. Ἔτι οὖν ὁμολογεῖς Ἔρωτα καλὸν εἶναι, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει; Καὶ τὸν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Κινδυνεύω, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν εἰδέναι ὧν τότε εἶπον. Καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες, φάναι, ὦ Ἀγάθων. ἀλλὰ σμικρὸν ἔτι εἰπέ· τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ δοκεῖ σοι εἶναι; Ἔμοιγε. Εἰ ἄρα ὁ Ἔρως τῶν καλῶν ἐνδεής ἐστι, τὰ δὲ ἀγαθὰ καλά, κἂν τῶν ἀγαθῶν ἐνδεὴς εἴη. Ἐγώ, φάναι, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὕτως ἐχέτω ὡς σὺ λέγεις. Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ, φάναι, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν, ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν.

Καὶ σὲ μέν γε ἤδη ἐάσω· τὸν δὲ λόγον τὸν περὶ τοῦ Ἔρωτος ὅν ποτ' ἤκουσα γυναικὸς Μαντινικῆς Διοτίμας, ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ ἄλλα πολλά, καὶ Ἀθη-

chritudinis amor est, turpitudinis vero minime. *Aga.* Consentio. *So.* Nonne concessum est, id, quo eget nec habet, amare? *Aga.* Concessum plane. *So.* Ergo pulchritudine indiget amor, eamque non habet. *Aga.* Necessarium. *So.* Quid vero? num pulchrum vocas, quod pulchritudinis indigum est nec eam habet? *Aga.* Nequaquam. *So.* Nunquid ulterius, si haec ita se habent, Amorem pulchrum asseris? *Aga.* Nihil eorum, quae supra dixi, intellexisse videor. *So.* Recte dixisti. sed responde parumper ulterius, Nunquid ipsa bona pulchra esse videntur? *Aga.* Mihi vero. *So.* Si igitur Amor pulchris caret, bona vero pulchra sunt, bonis quoque caret. *Aga.* Repugnare tibi, o Socrates, nullo modo possem. esto igitur, ut tu ais. *So.* Veritati quidem nunquam, o dilecte Agathon, adversari posses, Socrati vero facillime. Verum Agathonem iam dimittam, vobisque, o convivae, referam sermonem de Amore, quem olim accepi a fatidica muliere Diotima, quae et harum rerum perita erat, et alia multa sapienter intelligebat, et Atheniensibus olim, sacris decennio

αίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου, ἣ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν, — ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον, πειράσομαι ὑμῖν διελθεῖν ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐμοὶ καὶ Ἀγάθωνι, αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὅπως ἂν δύνωμαι. δεῖ δή, ὦ Ἀγάθων, ὡς περ σὺ διηγήσω, διελθεῖν αὐτὸν πρῶτον, τίς ἐστιν ὁ Ἔρως καὶ ποῖός τις, ἔπειτα τὰ ἔργα αὐτοῦ. δοκεῖ οὖν μοι ῥᾷστον εἶναι οὕτω διελθεῖν, ὥς ποτ' ἐμὲ ἡ ξένη ἀνακρίνουσα διῄει. σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷά περ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων, ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεός, εἴη δὲ τῶν καλῶν. ἤλεγχε δή με τούτοις τοῖς λόγοις οἷς περ ἐγὼ τοῦτον, ὡς οὔτε καλὸς εἴη κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον οὔτε ἀγαθός. καὶ ἐγώ, Πῶς λέγεις, ἔφην, ὦ Διοτίμα; αἰσχρὸς ἄρα ὁ Ἔρως ἐστὶ καὶ κακός; Καὶ ἥ, Οὐκ εὐφημήσεις; ἔφη· ἢ οἴει, ὅ τι ἂν μὴ καλὸν ᾖ, ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι αἰσχρόν; Μάλιστά γε. Ἦ καὶ ἂν
201 μὴ σοφόν, ἀμαθές; ἢ οὐκ ᾔσθησαι ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; Τί τοῦτο; Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν· ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν

ante pestem peractis, morbi dilationem dedit. illa me in amatoria facultate instruxit. quae igitur illa dixit, conabor vobi ex me ipso, secundum ea quae inter me et Agathonem conve nerunt, exprimere. Oportet autem primo, o Agathon, ut tu exposuisti, quid et quale sit Amor, ostendere, deinde ope illius enumerare. Praestat, ut mihi videtur, eodem ordi vobis nunc referre, quo hospes illa me examinans pertract vit. ferme enim eadem ego illi, quae mihi Agathon, praedi ram, Magnum esse Deum Amorem et ad pulchra respice eisdemque rationibus me redarguit, quibus hunc ipse, quod que pulcher esset Amor, ut dicebam, neque bonus. Ad q ego tunc, Quid ais, o Diotima? inquam. turpisne igitur malus est Amor? *Dio.* Dic meliora, quaeso. an putas cessarium esse, ut, quicquid pulchrum non est, sit tu *So.* Maxime. *Dio.* Et quod non sapiens, ignorans? an advertisti, esse quoddam sapientiae et ignorantiae med *So.* Quid istud? *Dio.* Recte opinari, hoc est veri absqu ta ratione participem esse: hoc siquidem neque scienti

εἴη ἐπιστήμη; οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δή που τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε, ὃ μὴ καλόν ἐστιν, αἰσχρὸν εἶναι, μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθόν, κακόν. οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπειδὴ αὐτὸς ὁμολογεῖς μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ καλόν, μηδέν τι μᾶλλον οἴου δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξύ, ἔφη, τούτοιν. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι. Τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, πάντων λέγεις ἢ καὶ τῶν εἰδότων; Ξυμπάντων μὲν οὖν. Καὶ ἣ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, οἵ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι; Τίνες οὗτοι; ἦν δ' ἐγώ. Εἷς μέν, ἔφη, σύ, μία δ' ἐγώ. Κἀγὼ εἶπον, Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Καὶ ἥ, Ῥᾳδίως, ἔφη. λέγε γάρ μοι, οὐ πάντας θεοὺς φῂς εὐδαίμονας εἶναι καὶ καλούς; ἢ τολμήσαις ἄν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφην. Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κεκτημένους; Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν Ἔρωτά γε ὡμο-

nam sine ratione scientia nunquam; neque ignorantia rursus. quod enim veri compos est, ignorantia non vocatur. huiusmodi quiddam est opinio recta, inter sapientiam et ignorantiam medium. *So.* Vera narras. *Dio.* Ne cogas igitur, quod pulchrum non est, esse turpe; quodve non bonum, esse malum. Eadem ratione quamvis Amorem neque pulchrum neque bonum esse concedas, non tamen putare debes turpem necessario esse vel malum, sed inter ista medium. *So.* At vero in hoc omnes consentiunt, magnum esse Deum Amorem. *Dio.* Ignorantesne dicis omnes? an scientes? *So.* Cunctos inquam. *Dio.* Quonam pacto, ridicule, magnum esse Deum hi confiterentur, qui nec Deum quidem esse volunt? *So.* Quinam isti? *Dio.* Unus quidem tu es, ego altera. *So.* Quonam pacto dixisse me hoc asseris? *Dio.* Facile tibi ostendam. dic age, Nonne Deos omnes pulchros ac beatos affirmas? nunquid auderes Deorum quempiam non pulchrum beatumve dicere? *So.* Non per Iovem. *Dio.* Beatos autem nonne illos vocas, qui bona pulchraque possident? *So.* Illos duntaxat. *Dio.* Atqui Amorem in su-

λόγηκας δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐπιθυμεῖν αὐτῶν τούτων ὧν ἐνδεής ἐστιν. Ὡμολόγηκα γάρ. Πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος; Οὐδαμῶς, ὥς γ' ἔοικεν. Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις; Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διοτίμα; Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Τίνα, ἦν δ' ἐγώ, δύναμιν ἔχον; Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥς τε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν
203 μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαι

perioribus admisisti propter pulchrorum bonorumque inopia
haec ipsa, quorum indigus est, appetere. *So.* Admisi equide
Dio. Quonam igitur modo Deus est, qui pulchrorum bonorur
que est expers? *So.* Nullo pacto, ut videtur. *Dio.* Videsı
quod et ipse Amorem Deum esse non putas? *So.* Quid er
14 τα αὐτὸν πλέον ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωροῦντα. τοῦτον ἐμπλησάμενον πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκπιεῖν, ἔπειτα τῷ Σωκράτει κελεύειν ἐγχεῖν καὶ ἅμα εἰπεῖν Πρὸς μὲν Σωκράτη, ὦ ἄνδρες, τὸ σόφισμά μοι οὐδέν· ὁπόσον γὰρ ἂν κελεύῃ τις, τοσοῦτον ἐκπιὼν οὐδὲν μᾶλλον μή ποτε μεθυσθῇ. Τὸν μὲν οὖν Σωκράτη ἐγχέαντος τοῦ 11
παιδὸς πίνειν· τὸν δ' Ἐρυξίμαχον Πῶς οὖν, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν; οὕτως οὔ τέ τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι οὔτ' ἐπᾴδομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥς περ οἱ διψῶντες πιόμεθα; Τὸν οὖν Ἀλκιβιάδην εἰπεῖν Ὦ Ἐρυξίμαχε, βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου, χαῖρε. Καὶ γὰρ σύ, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· ἀλλὰ τί ποιῶμεν; Ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς. δεῖ γάρ σοι πείθεσθαι·

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

ἐπίταττε οὖν ὅ τι βούλει. Ἄκουσον δή, εἰπεῖν τὸν Ἐρυξίμαχον. ἡμῖν πρὶν σὲ εἰσελθεῖν ἔδοξε χρῆναι ἐπὶ δεξιὰ ἕκαστον ἐν μέρει λόγον περὶ Ἔρωτος εἰπεῖν ὡς

convenit. Ergo bibendi principem, donec satis biberitis, m vobis propono. Ferri iube, Agathon, si quod adest amplur poculum. sed nil opus est: immo feras huc, puer, vas illuc quod plures quam octo pateras capere videtur. Cum vas im plevisset, prior ipse bibit: Socrati deinde infundi iussit, inquit, Adversus Socratem, o convivae, dolus iste mihi nil confert. quantumcunque quis iusserit, ebibet, nec ebrium u quam videbitis. Socrates infundente puero bibit. Tum Er ximachus, Quid agimus, Alcibiades? ita nec loquimur qu quam super calicem neque canimus, sed quasi sitientes ing gitamus? Ad quem Alcibiades: Salve, optime Eryximac optimo et frugi admodum patre nate. Et tu salve, Eryxii chus ipse subiunxit. verum quid nobis agendum? *Alc.* Quo praeceperis. tibi quidem parendum est.. *Vir medicus m aliis aequabitur unus.* Impera ergo, quodcunque lubet. Audi iam. Antequam ingredereris, visum fuit ab unoqu praesentium, ad dexteram deinceps Amorem pro ingenii f

δύναιτο κάλλιστον, καὶ ἐγκωμιάσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἡμεῖς εἰρήκαμεν· σὺ δ' ἐπειδὴ οὐκ εἴρηκας καὶ ἐκπέπωκας, δίκαιος εἶ εἰπεῖν, εἰπὼν δ' ἐπιτάξαι Σωκράτει ὅ τι ἂν βούλῃ, καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιὰ καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους. Ἀλλά, φάναι, ὦ Ἐρυξίμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηφόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἐξ ἴσου ᾖ. καὶ ἅμα, ὦ μακάριε, πείθει τί σε Σωκράτης ὧν ἄρτι εἶπεν; ἢ οἶσθα ὅτι τοὐναντίον. ἐστὶ πᾶν ἢ ὃ ἔλεγεν; οὗτος γάρ, ἐάν τινα ἐγὼ ἐπαινέσω τούτου παρόντος ἢ θεὸν ἢ ἄνθρωπον ἄλλον ἢ τοῦτον, οὐκ ἀφέξεταί μου τὼ χεῖρε. Οὐκ εὐφημήσεις; φάναι τὸν Σωκράτη. Μὰ τὸν Ποσειδῶ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, μηδὲν λέγε πρὸς ταῦτα, ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον ἐπαινέσαιμι σοῦ παρόντος. Ἀλλ' οὕτω ποίει, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, εἰ βούλει· Σωκράτη ἐπαίνεσον. Πῶς λέγεις; εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· δοκεῖ χρῆναι, ὦ Ἐρυξίμαχε; ἐπιθῶμαι τῷ ἀνδρὶ καὶ τιμωρήσωμαι ὑμῶν ἐναντίον; Οὗτος, φάναι τὸν Σωκράτη, τί ἐν νῷ ἔχεις; ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσει; ἢ τί ποιήσεις; Τἀληθῆ ἐρῶ. ἀλλ' ὅρα εἰ παρίης. Ἀλλὰ μέντοι, φάναι, τά γε ἀληθῆ παρίημι καὶ κελεύω λέγειν. Οὐκ ἂν φθάνοιμι, εἰπεῖν

tate laudandum. Nos quidem singuli diximus: tu quoque, cum non dixeris, biberis autem, iure dicere debes: et, cum dixeris, tum demum Socrati, quicquid volueris, imperabis: Socrates quoque illi, qui ad dexteram succedit, similiter, ceterique deinceps. *Alc.* Praeclare loqueris, Eryximache. sed non aequa ratio videri debet, ut ebrius cum sobriorum oratione verba sua conferat. sed, o beate vir, persuasitne tibi Socrates quicquam ex his, quae paulo ante narravit? vel scis contra esse omnino? Hic enim, si eo praesente quenquam laudavero, vel Deum vel hominem alium quam hunc ipsum, manus non continebit. *So.* Bona verba quaeso. *Alc.* Nihil ad haec dicas: per Neptunum neminem alium, te praesente, laudarim. *Ery.* Sic agendum videtur, et si vis, Socratem lauda. *Alc.* Quid ais? oportere videtur, Eryximache, hunc virum aggrediar, et coram vobis ulciscar? *So.* Quid cogitas? de ridiculis quibusdam me laudabis? an quid ages? *Alc.* Vera loquar. permittisne? *So.* Vera quidem loqui permitto, ac etiam iubeo. *Alc.* Parebo quam libentis-

τὸν Ἀλκιβιάδην. καὶ μέντοι οὑτωσὶ ποίησον. ἐάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ, ἂν βούλῃ, καὶ εἰ-
215 πὲ ὅτι τοῦτο ψεύδομαι· ἑκὼν γὰρ εἶναι οὐδὲν ψεύσομαι. ἐὰν μέντοι ἀναμιμνησκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς· οὐ γάρ τι ῥᾴδιον τὴν σὴν ἀτοπίαν ὧδ' ἔχοντι εὐπόρως καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι.

Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰκόνων. οὗτος μὲν οὖν ἴσως οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα, ἔσται δ' ἡ εἰκὼν τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα, οὐ τοῦ γελοίου. φημὶ γὰρ δὴ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὕς τινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας, οἳ διχάδε διοιχθέντες φαίνονται ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. καὶ φημὶ αὖ ἐοικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ. ὅτι μὲν οὖν τό γε εἶδος ὅμοιος εἶ τούτοις, ὦ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς δή που ἀμφισβητήσεις· ὡς δὲ καὶ τἆλλα ἔοικας, μετὰ τοῦτο ἄκουε. ὑβριστὴς εἶ· ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολογῇς, μάρτυρας παρέξομαι. ἀλλ' οὐκ αὐλητής; πολύ γε θαυμασιώτερος ἐκείνου· ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δυνάμει, καὶ

sime, modo id assequi possim, verum tu observa, et, si quid minus verum refero, interpella, ut lubet, mendaciumque redargue. nunquam enim sponte mentiar. Neque mireris, si aliud aliunde, utcunque redit in memoriam, colligo. nam haud facile est homini sic affecto, miros tuos mores facunde certoque ordine numerare. Socratem, o viri convivae, per imagines laudare conabor. Iste igitur forte suspicabitur, ne ad ridicula sermonem convertam. sumetur autem imago, veri, non ridiculi gratia. Socratem assero persimilem Silenis istis, qui sedentes inter alias imagines a sculptoribus figurantur, ita ut fistulas tibiasve teneant: qui si bifariam dividantur, reperiuntur intus imaginem habere Deorum. Satyro quoque Marsyae similem esse dico. Et quod aspectu quidem his es persimilis, ne tu quidem, o Socrates, negabis. quod vero in aliis quoque similitudinem eorum habes, deinceps iam audi. Procax et contumeliosus es. an non? si non fateris, equidem testes adducam. An non tibicen? et tibicen quidem Marsya longe praestantior? ille enim instrumentis quibusdam homines demulcebat oris potentia: et nunc etiam, si quis mo-

ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ ἐκείνου αὐλῇ· ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω τούτου διδάξαντος. τὰ οὖν ἐκείνου ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ ἐάν τε φαύλη αὐλητρίς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι. σὺ δ' ἐκείνου τοσοῦτον μόνον διαφέρεις, ὅτι ἄνευ ὀργάνων ψιλοῖς λόγοις ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖς. ἡμεῖς γοῦν ὅταν μέν του ἄλλου ἀκούωμεν λέγοντος καὶ πάνυ ἀγαθοῦ ῥήτορος ἄλλους λόγους, οὐδὲν μέλει ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδενί· ἐπειδὰν δὲ σοῦ τις ἀκούῃ ἢ τῶν σῶν λόγων, ἄλλου λέγοντος, κἂν πάνυ φαῦλος ᾖ ὁ λέγων, ἐάν τε γυνὴ ἀκούῃ ἐάν τε ἀνὴρ ἐάν τε μειράκιον, ἐκπεπληγμένοι ἐσμὲν καὶ κατεχόμεθα. ἔγωγ' οὖν, ὦ ἄνδρες, εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δόξειν μεθύειν, εἶπον ὀμόσας ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τούτου λόγων καὶ πάσχω ἔτι καὶ νυνί. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου. ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους παμπόλλους τὰ αὐτὰ πάσχοντας. Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν, τοιοῦτον δ' οὐδὲν ἔπασχον, οὐδὲ τεθορύ-

dulatione illius utitur. nam illa, quae Olympus modulatus est, Marsyam, qui docuit, modulatum dico. Eius igitur harmonia seu vir quidam bene seu femina male utatur, sola animos attrahit, et, quia divina est, ostendit, quinam Diis mysteriisque indigeant. Tu autem in hoc duntaxat differs ab illo, quod sine ullo instrumento nudis quidem verbis hoc idem efficias. Nos certe, quotiens alium audimus alterius verba referentem, etsi nimium boni oratoris, tamen nullius, ut ita dixerim, illa facimus. at cum te quis audit, aut tua verba quovis alio referente, quamvis ineptus ille sit, qui refert, et sive vir seu femina sive adolescentulus audiat, obstupescimus quidem ac mente corripimur. Equidem, nisi suspicarer, ne forte nimis ebrius videar, iureiurando interposito affirmarem, qualia mihi alias ab huius verbis contigerint contingantque etiam nunc, quotiens hunc audio. multo magis, quam hi, qui Corybantum more deferuntur, cor in me concitatur ob huius verba, lacrimasque effundo: videoque multis aliis hoc idem contingere. Et cum Periclem audiebam ceterosque oratores bonos, videbantur illi quidem mihi praeclare dicere: sed nihil tale mihi contingebat, neque concitabatur animus, neque

βεῖτό μου ἡ ψυχὴ. οὐδ' ἠγανάκτει ὡς ἀνδραποδωδῶς διακειμένου. ἀλλ' ὑπὸ τουτουῒ τοῦ Μαρσύου πολλάκις
6 δὴ οὕτω διετέθην, ὥς τέ μοι δόξαι μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω. καὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐρεῖς ὡς οὐκ ἀληθῆ. καὶ ἔτι γε νῦν ξύνοιδ' ἐμαυτῷ ὅτι εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι, ἀλλὰ ταὐτὰ ἂν πάσχοιμι. ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω. βίᾳ οὖν ὥς περ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων, ἵνα μὴ 10
αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. πέπονθα δὲ πρὸς τοῦτον μόνον ἀνθρώπων, ὃ οὐκ ἄν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, τὸ αἰσχύνεσθαι ὁντινοῦν. ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι. ξύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ ἀντιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος κελεύει, ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθω, ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω, καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὡμολογημένα. καὶ πολλάκις μὲν ἡδέως ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ ὄντα ἐν ἀνθρώποις· εἰ δ' αὖ τοῦτο γένοιτο, εὖ οἶδα ὅτι πολὺ μεῖζον ἂν ἀχθοίμην, ὥστε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσωμαι τούτῳ τῷ ἀν-

se ipsum quasi serviliter viventem condemnabat. Sed ab hoc Marsya nostro saepe ita inflector, ut existimem, nullo mod in hoc statu vitae mihi esse vivendum. Haec, o Socrates, n negaveris. quin etiam certo scio, si in praesentia aures il praestare velim, minime tolerarem, sed eadem illa mihi eve nirent. cogit enim me fateri, quod, cum ipse ego in multis d ficiam, tamen me ipsum negligo remque populi Atheniensiu curo. Vi ergo, quasi adversus Sirenas, obturans aures hu fugio ac vit., ne apud eum sedens consenescam. Patior aut erga hunc solum, quod nemo existimaret, ut cuiusquam pud ac verecundia detinerer. Atqui hunc solum vereor. cons enim mihi sum, defendere me non posse, quin sint ager quae iubet: sed cum ab eo discedo, populari ambitione superari. Fugio igitur hunc atque vito: et quotiens ip intueor, verecundia me, quia promissa non servave capit, ut saepe cupiam hunc e vita decedere: rursus si hoc acciderit, scio me longe id iniquius toleratu itaque, quo me vertam aut quemadmodum hoc utar, n

θρώπῳ. Καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοιαῦτα πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου· ἄλλα δ' ἐμοῦ ἀκούσατε ὡς ὅμοιός τ' ἐστὶν οἷς ἐγὼ εἴκασα αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν ἔχει. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει· ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπεί περ ἠρξάμην. ὁρᾶτε γὰρ ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται, καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ. τοῦτο οὐ σειληνῶδες; σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὗτος ἔξωθεν περιβέβληται, ὥς περ ὁ ἐγλυμμένος Σειληνός· ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης οἴεσθε γέμει, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύνης; ἴστε ὅτι οὔτ' εἴ τις καλός ἐστι μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσοῦτον ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη, οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων. ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι, εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ. σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καὶ ἐμοὶ

Et a modulationibus quidem Satyri huius talia mihique et multis aliis contigerunt. cetera vero audite, ut similis sit his, quibus ego similem esse dicebam, et vim quam mirabilem habeat, intueamini. Scitote neminem vestrum Socratem cognoscere. sed ego vobis ostendam, quandoquidem dicere iam incepi. Cernitis, quam vehementer Socrates erga pulchros afficitur, semperque inter eos versatur et obstupescit? ignorat omnia, nihil novit. figura profecto haec Silenis est persimilis. Scitote igitur, eum hac habitus forma exterius amiciri, tanquam sculptum quendam Silenum. intus vero si aperiatur, mira, o viri convivae, castimonia et integritas inest. Neque enim pulchritudinem corporis cuiusquam quicquam aestimat, neque divitias neque honores neque cetera, quae vulgus admiratur, sed ea cuncta supra quam existimari queat, longe spernit ac pro nihilo ducit. quocirca nullius nos esse apud eum vobis assero: fingit tamen ironicus aliter, ac iocari palam de his rebus nunquam cessat. serio autem agentis atque intus aperti nescio utrum quisquam vestrum divinas, quae intus latent, imagines unquam inspexerit. ego certe quandoque eas conspexi, atque

217 ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά, ὥστε ποιητέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ τι κελεύοι Σωκράτης. ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν, ὡς ὑπάρχον μοι χαρισαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι ὅσα περ οὗτος ᾔδει· ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. ταῦτα οὖν διανοηθείς, πρὸ τοῦ οὐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γίγνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον μόνος συνεγιγνόμην. δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα τἀληθῆ εἰπεῖν· ἀλλὰ προςέχετε τὸν νοῦν, καὶ εἰ ψεύδομαι, Σώκρατες, ἐξέλεγχε. ξυνεγιγνόμην γάρ, ὦ ἄνδρες, μόνος μόνῳ, καὶ ᾤμην αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅ περ ἂν ἐραστὴς παιδικοῖς ἐν ἐρημίᾳ διαλεχθείη, καὶ ἔχαιρον. τούτων δ' οὐ μάλα ἐγίγνετο οὐδέν, ἀλλ' ὥς περ εἰώθει διαλεχθεὶς ἄν μοι καὶ συνημερεύσας ᾤχετο ἀπιών. μετὰ ταῦτα ξυγγυμνάζεσθαι προὐκαλούμην αὐτὸν καὶ συνεγυμναζόμην, ὥς τι ἐνταῦθα περανῶν. συνεγυμνάζετο οὖν μοι καὶ προςεπάλαιε πολλάκις οὐδενὸς παρόντος. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν. ἐπειδὴ δὲ οὐδαμῇ ταύτῃ ἤνυτον, ἔδοξέ μοι

mihi visae sunt usque adeo divinae et aureae et formosae et mirabiles, ut nullo modo fas existimem aliter, quam Socrates praecipit, agere. Ego iam aliquando, o viri convivae, Socratem arbitratus mea specie revera admodum delectari, occasionem hanc mirificam felicemque ad id, quod affectabam, me nactum esse putavi. gratificari quippe Socrati constitui, ut, quaecunque ille noverat, mecum communicaret. nam magnum aliquid et mirificum formositatem meam existimabam, eaque plurimum fidebam. Cumque antea nunquam sine comite cum eo loqui consuevissem, quandoque dimisso comite, solus cum eo restiti. Vera vobis omnia aperienda sunt. attendite, obsecro. si mentior, Socrates, ipse redargue. Restiti equidem, o viri convivae, solus cum solo, sperans eadem hunc mihi dicturum, quae amatores amatis, cum soli sunt, loqui solent: qua spe valde laetabar. horum vero nihil actum est, sed, ut solitus erat, cum ad vesperam usque disseruisset, abiit. Post haec ad palaestram hunc citavi exercuique, quasi in hac aliquid perfecturus. soli itaque saepe nos simul gymnastica exercuimus. Quid multis opus est verbis? nihil mihi successit. Postquam vero hac nequaquam successerat, durioribus

ἐπιθετέον εἶναι τἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ οὐκ ἀνετέον, ἐπειδή περ ἐγκεχειρήκη, ἀλλὰ ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. προκαλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥς περ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. καί μοι οὐδὲ τοῦτο ταχὺ ὑπήκουσεν, ὅμως δ' οὖν χρόνῳ ἐπείσθη. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο τὸ πρῶτον, δειπνήσας ἀπιέναι ἠβούλετο. καὶ τότε μὲν αἰσχυνόμενος ἀφῆκα αὐτόν· αὖθις δὲ ἐπιβουλεύσας, ἐπειδὴ ἐδεδειπνήκει, διελεγόμην πόῤῥω τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἐβούλετο ἀπιέναι, σκηπτόμενος ὅτι ὀψὲ εἴη προσηνάγκασα αὐτὸν μένειν. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ, ἐν ᾗ περ ἐδείπνει, καὶ οὐδεὶς ἐν τῷ οἰκήματι ἄλλος καθηῦδεν ἢ ἡμεῖς. μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὁντινοῦν λέγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μέν, τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής, ἔπειτα ἀφανίσαι Σωκράτους ἔργον ὑπερήφανον εἰς ἔπαινον ἐλθόντα ἄδικόν μοι φαίνεται. ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος κἀμ' ἔχει. φασὶ γάρ πού τινα τοῦτο παθόντα οὐκ ἐθέλειν λέγειν οἷον ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, ὡς μόνοις γνωσομένοις τε

machinamentis virum hunc aggredi statui, nec ab inceptis desistere. Audite, quam vehementer huic insidiatus sum. Coenatum accersivi, tanquam amator amatis insidiatus. Is non facile nec primo paruit: tandem vero obsecutus est. venit ergo: sed sumpto cibo confestim abiturus surrexit. Tunc ego pudore detentus abire permisi. sed alias vehementiores insidias tendens post coenam ad multam noctem sermonem protraxi: cumque vellet discedere, obiiciens intempestam noctem manere coëgi. quievit igitur in proximo lecto, super quem sedens coenaverat, nec alius praeter nos ullus ibi ea nocte dormivit. Quae hactenus dicta sunt, sine rubore ubique proferri possunt: quae vero sequuntur, non prius audietis, quam proverbium illud recensuerim, Vinum et cum pueritia et sine pueritia est veridicum. Quin etiam iniustum videtur, ut is, qui Socratem laudat, superbum et invictum facinus illius silentio praetereat. Praeterea non aliter affectus sum quam ille, quem vipera mordet. illum quippe ferunt, qualis sit eius passio, aperire nolle nisi his, qui similiter aegrotant: quasi hi soli, utpote mali non

218 καὶ συγγνωσομένοις εἰ πᾶν ἐτόλμα δρᾶν τε καὶ λέγειν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου καὶ τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη, — τὴν καρδίαν γὰρ ἢ ψυχὴν ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁτιοῦν, καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀριστοφάνας· Σωκράτη δὲ αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι; πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε b
τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε· συγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τε τότε πραχθεῖσι καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις. οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε. ἐπειδὴ γὰρ οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅ τε λύχνος ἀπεσβήκει καὶ οἱ παῖδες ἔξω ἦσαν, ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτὸν ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἅ μοι ἐδόκει. καὶ εἶπον κινήσας αὐτόν, Σώκρατες, καθεύδεις; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. Οἶσθα οὖν ἅ μοι

ignari, ignoscant, si quis cruciatu compulsus et loqui et agere cuncta non dubitet. Ego igitur prae ceteris astrictus vehementiori philosophiae morsu, qui omnium est acerrimus, et sive cor sive animum sive quomodocunque id appellandum sit sau eius cupiditate in philosophia sermonum, qui acrius, quai vipera, mordent et occupant, si quando attigerint iuvenile animum, qui non penitus ignavus sit, compelluntque ad qui quid tandem sit, faciendum atque dicendum, nihil intentatu relinquere statui, quo Socratem ad explendam hanc sitim r hique coniunctissimum facerem. Non dicerem ea quae dic rus sum, nisi apud eos convivas loquerer, quos semper q vesano quodam philosophiae furore correptos bacchante perspexi, Phaedros, Agathones, Eryximachos, Pausanias, stodemos, Aristophanes, Socratem denique ipsum, et cet haec enim mihi nisi sauciis eodemque modo affectis narr non essent: quare vos audientes mihi veniam dabitis pr quae tunc a me facta et nunc dicta fuerint. famuli aute si quis alius adsit profanus et agrestis, aures obstruant stincto lychno famulisque absentibus visum mihi, o vir vivae, haud amplius dissimulandum differendumque, s genue, quod sentirem, aperiendum. Tetigi itaque illu cens, Socrates, dormis? *So.* Nondum. *Alc.* Scisn

δέδοκται; Τί μάλιστα; ἔφη. Σύ ἐμοὶ δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγονέναι μόνος, καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με. ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναι σοὶ μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι καὶ εἴ τι ἄλλο ἢ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς δέοιο ἢ τῶν φίλων τῶν ἐμῶν. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι, τούτου δὲ οἶμαί μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. ἐγὼ δὴ τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην τοὺς φρονίμους, ἢ χαριζόμενος τούς τε πολλοὺς καὶ ἄφρονας. Καὶ οὗτος ἀκούσας μάλα εἰρωνικῶς καὶ σφόδρα ἑαυτῷ εἰωθότως ἔλεξεν Ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων· ἀμήχανόν τι κάλλος ὁρῴης ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοεῖ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀλήθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι

hactenus mihi visum fuerit? *So.* Qua de re, et quid rogas? *Alc.* Tu mihi solus amator me dignus exstitisse videris, verecundior tamen in amore fuisse. Equidem, cum ita se res habeat egoque talis sim, stultum esse ducerem, nisi in hoc quoque tibi gratificarer et in ceteris omnibus, sive meis rebus, sive amicis indigeas. Mihi quidem nihil est antiquius, quam ut optimus vir evadam. Ad hoc nemo me magis quam tu iuvare potest. ego autem tanto viro non obsecutus vehementius sapientum increpationes vererer, quam obsecutus insipientum verba. Quae cum audisset, solita ironia dissimulans ita respondit: O amice Alcibiades, videris revera non ignavus vilisque esse, si vera sunt, quae de me refers, et inest mihi vis quaedam, per quam ipse melior effici possis, et miram in me pulchritudinem conspicis, tua forma longe praestantiorem. Si ista cognoscens, communicare mecum exoptas et pulchritudinem pulchritudine commutare, tanquam foenerator multo plus quam ego reportare contendis. nam pro opinione veritatem pulchrorum lucrari conaris et aurum pro auri-

219 νοεῖς. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄμεινον σκόπει, μή σε λανθάνω οὐδὲν ὤν. ἥ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ· σὺ δὲ τούτων ἔτι πόῤῥω. Κἀγὼ ἀκούσας, Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, ἔφην, ταῦτ' ἐστίν, ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴρηται ἢ ὡς διανοοῦμαι· σὺ δὲ αὐτὸς οὕτω βουλεύου ὅ τι σοί τε ἄριστον καὶ ἐμοὶ ἡγεῖ. Ἀλλ', ἔφη, τοῦτό γε εὖ λέγεις· ἐν γὰρ τῷ ἐπιόντι χρόνῳ βουλευόμενοι πράξομεν ὃ ἂν φαίνηται νῷν περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἄριστον. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπών, καὶ ἀφεὶς ὥς περ βέλη, τετρῶσθαι αὐτὸν ᾤμην. καὶ ἀναστάς γε, οὐδὲ ἐπιτρέψας τούτῳ εἰπεῖν οὐδὲν ἔτι, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτον — καὶ γὰρ ἦν χειμών —, ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τούτου, περιβαλὼν τὼ χεῖρε τούτῳ τῷ δαιμονίῳ ὡς ἀληθῶς καὶ θαυμαστῷ, κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην. καὶ οὐδὲ ταῦτα αὖ, ὦ Σώκρατες, ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι. ποιήσαντος δὲ δὴ ταῦτα ἐμοῦ οὗτος τοσοῦτον περιεγένετό τε καὶ κατεφρόνησε καὶ κατεγέλασε τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὕβρισε· καί περ ἐκεῖνό γε ᾤμην τι εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί· δικασταὶ γάρ ἐστε τῆς Σωκράτους ὑπερηφανίας. εὖ γὰρ ἴστε, μὰ θεούς, μὰ θεάς,

chalco recipere. Sed, o beate, diligentius animadverte, ne te mea conditio lateat, cum nullius sim pretii. Tunc sane mentis oculus acute incipit cernere, cum primum corporis oculus deflorescit: tu vero ab hac aetate es procul. *Alc.* Mea quidem talia sunt, qualia dixi. neque enim in ore unum, in corde aliud habeo. tu autem ita delibera, ut et tibi et mihi melius fore censes. *So.* Probe loqueris. ergo posthac invicem consultantes agemus, quod utrisque tam in his quam in ceteris omnibus maxime conducturum putabimus. Cum haec audissem et obiecissem, quasi iaculo quodam saucium existimavi, surgensque ne verbum quidem ulterius loqui permisi: et hunc amictum, quem videtis, circumdans, (erat enim hiems) substrato huius pallio veteri recubui: et hisce brachiis felicem hunc sapientemque virum penitusque mirandum amplexus, noctem sic totam quievi. Haec, scio, non negabis, o Socrates. Iste tamen formam, qua ego maxime fidebam, sprevit omnino ridiculam superbeque contempsit. Deos omnes Deasque testor, o iudices, (estis enim Socraticae superbiae iudices) me non ali-

οὐδὲν περιττότερον καταδεδαρθηκὼς ἀνέστην μετὰ Σωκράτους ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καθηῦδον ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο τίνα οἴεσθέ με διάνοιαν ἔχειν, ἡγούμενον μὲν ἠτιμάσθαι, ἀγάμενον δὲ τὴν τούτου φύσιν τε καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρίαν, ἐντετυχηκότα ἀνθρώπῳ τοιούτῳ οἵῳ ἐγὼ οὐκ ἂν ᾤμην ποτὲ ἐντυχεῖν εἰς φρόνησιν καὶ εἰς καρτερίαν; ὥστε οὔθ' ὅπως οὖν ὀργιζοίμην εἶχον καὶ ἀποστερηθείην τῆς τούτου συνουσίας, οὔθ' ὅπῃ προσαγαγοίμην αὐτὸν εὐπόρουν. εὖ γὰρ ᾔδη ὅτι χρήμασί τε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας, ᾧ τε ᾤμην αὐτὸν μόνῳ ἁλώσεσθαι, διαπεφεύγει με. ἠπόρουν δή, καταδεδουλωμένος τε ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὡς οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου περιῄα. Ταῦτά τε γάρ μοι ἅπαντα προὐγεγόνει, καὶ μετὰ ταῦτα στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτίδαιαν ἐγένετο κοινὴ καὶ συνεσιτοῦμεν ἐκεῖ. πρῶτον μὲν οὖν τοῖς πόνοις οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· ὁπόταν γοῦν ἀναγκασθείημεν ἀποληφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν 220
ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. ἔν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἷός τ' ἦν, τά τ' ἄλλα καὶ πί-

ter surrexisse, ac si cum patre vel fratre natu maiore iacuissem. Quam mihi mentem post haec fuisse putatis, cum me quidem contemptum existimarem, eius autem ingenium, temperantiam et fortitudinem admirarer, virum talem nactus, qualem me prudentia et tolerantia reperturum esse nullum credideram? Quapropter qua ratione illi succenserem ab eoque discederem, haud inveniebam; neque rursus, quibus illecebris ipsum mihi conciliarem. noveram equidem difficilius hunc pecuniis quam Aiacem ferro domari posse: et id, quo facilius irretiri illum speraveram, me fefellit. ambiguus itaque, et huic viro magis quam alius quisquam alteri mancipatus, circumvagabar. Haec omnia tunc a me facta sunt. Procedente post haec tempore militia illi simul mihique obvenit adversus Potidaeam, fuimusque Socrates et ego in eo exercitu contubernales. Primum quidem laborum patientia non me solum, sed alios omnes longe superabat: et si quo in loco, ut accidere solet in bello, commeatus deficeret, nulli pares huic reperiebantur ad famem sitimque perferendam. Rursus vero in abundantia rerum et comessatione mensaque militari solus iste frui posse

νειν οὐκ ἐθέλων, ὁπότε ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει, καὶ ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑωράκει ἀνθρώπων. τούτου μὲν οὖν μοι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι· πρὸς δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις — δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες — θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καί ποτε ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας, οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον οἷόν περ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. οἱ δὲ στρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα·

οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ

ἐκεῖ ποτε ἐπὶ στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι. ξυννοήσας γὰρ αὐτόθι ἕωθέν τι εἱστήκει σκοπῶν, καὶ ἐπειδὴ οὐ προὐχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει ἀλλὰ εἱστήκει ζητῶν. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία, καὶ ἄνθρωποι ᾐσθάνοντο, καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ

videbatur: et quamvis bibere nollet, tamen, si cogebatur, omnes protinus bibendo longe vincebat: et, quod mirabile est, ebrium quisquam eum nunquam conspexit. Sed hoc mihi adhuc in posterum redargui posse videtur. Adversus autem hiemes et frigora, quae illis in locis asperrima sunt, mirabilia faciebat. quandoque enim gelu maximo intolerabilique facto, ita ut nulli exire de tabernaculis auderent, et, si qui exibant, non nisi suffarcinati admodum, pedesque et crura pellibus pannisque laneis diligenter circumvoluti, Socrates per hoc ipsum tempus ita exibat cum ceteris militibus, ut nihil ad eam vestem adiungeret, quam primo ferre solitus erat: nudis vero pedibus per glaciem facilius incedebat quam cum calceis alii. milites vero haec intuentes se contemni ab eo suspicabantur. Et in his quidem talis erat Socrates. Quid autem fecerit tolerantissimus vir in eodem exercitu, operae pretium est audire. nam cum aliquando cogitatio quaedam incidisset, stetit cogitans eodem vestigio a matutino tempore: cumque explicare id, quod cogitabat, non daretur, perstabat cogitans nec dimittebat: et iam meridies erat, militesque id senserant ac mirabantur, alterque narrabat alteri Socratem ab aurora stetisse cogi-

φροντίζων τι ἕστηκε. τελευτῶντες δέ τινες τῶν Ἰώνων,
ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες, καὶ γὰρ θέρος τότε
γ' ἦν, χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει
καθηῦδον, ἅμα δὲ ἐφύλαττον αὐτὸν εἰ καὶ τὴν νύκτα
ἑστήξοι. ὁ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέ-
σχεν· ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ. Εἰ
δὲ βούλεσθε ἐν ταῖς μάχαις· τοῦτο γὰρ δὴ δίκαιόν γε
αὐτῷ ἀποδοῦναι. ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ
τἀριστεῖα ἔδοσαν οἱ στρατηγοί, οὐδεὶς ἄλλος ἐμὲ ἔσω-
σεν ἀνθρώπων ἢ οὗτος, τετρωμένον οὐκ ἐθέλων ἀπο-
λιπεῖν, ἀλλὰ συνδιέσωσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ.
καὶ ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, καὶ τότε ἐκέλευον σοὶ δι-
δόναι τἀριστεῖα τοὺς στρατηγούς, καὶ τοῦτό γέ μοι
οὔτε μέμψει οὔτε ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι· ἀλλὰ γὰρ τῶν
στρατηγῶν πρὸς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα ἀποβλεπόντων καὶ
βουλομένων ἐμοὶ διδόναι τἀριστεῖα, αὐτὸς προθυμό-
τερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν.
Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ἦν θεάσασθαι Σωκράτη,
ὅτε ἀπὸ Δηλίου φυγῇ ἀνεχώρει τὸ στρατόπεδον· ἔτυ- 221
χον γὰρ παραγενόμενος ἵππον ἔχων, οὗτος δὲ ὅπλα.

tantem. Demum vero ab Ionia quidam milites, cum nox iam immineret, coenati prius, (erat enim tunc aestas) circa eum strata posuerunt iacueruntque sub divo, illum observantes, an per noctem quoque perseveraret. Socrates vero stetit usque ad auroram sequentem ac solis exortum: postea vero abiit, cum iam solem nascentem salutavisset. In proeliis quoque qualis fuerit, non est silentio praetereundum. nam cum ea pugna fuit, ex qua me quasi optimum pugnatorem duces exercitus donaverunt, nemo alius me servavit quam Socrates. videns enim me graviter vulneratum, nequaquam deseruit, sed ante me prosiliens me ipsum atque arma mea protexit ab hostibusque servavit. Atque ego tunc ista praedicans conatus sum, ut non mihi, sed Socrati huic, a quo servatus eram, dona illa traderentur. neque ista confutaveris, neque veluti falsa negaveris, Socrates. Tunc sane duces, ad meam respicientes dignitatem, donare me maluerunt, te in primis, o Socrates, obsecrante, ut mihi, non tibi, honor exhiberetur. Illud quoque dignum est memoratu, quemadmodum fuga nostrorum apud Delium facta se Socrates gessit. nam interfui quoque huic proelio, et quidem ex equo pugnans, cum Socrates ipse pedes esset.

νεχώρει οὖν ἐσκεδασμένων ἤδη τῶν ἀνθρώπων οὗτ
ε ἅμα καὶ Λάχης· καὶ ἐγὼ περιτυγχάνω, καὶ ἰδὼν ε
θὺς παρακελεύομαί τε αὐτοῖν θαῤῥεῖν καὶ ἔλεγον ὅ
οὐκ ἀπολείψω αὐτώ. ἐνταῦθα δὴ καὶ κάλλιον ἐθεασ
μην Σωκράτη ἢ ἐν Ποτιδαίᾳ· αὐτὸς γὰρ ἧττον
φόβῳ ἦ διὰ τὸ ἐφ' ἵππου εἶναι· πρῶτον μὲν ὅσον π
ριῆν Λάχητος τῷ ἔμφρων εἶναι· ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκ
ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύ
σθαι ὥς περ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος καὶ τὠφθα
μὼ παραβάλλων, ἠρέμα περισκοπῶν καὶ τοὺς φιλίο
καὶ τοὺς πολεμίους, δῆλος ὢν παντὶ καὶ πάνυ πόῤῥ
θεν ὅτι εἴ τις ἅψεται τούτου τοῦ ἀνδρός, μάλα ἐῤῥ
μένως ἀμυνεῖται. διὸ καὶ ἀσφαλῶς ἀπῄει καὶ οὗτ
καὶ ὁ ἕτερος· σχεδὸν γάρ τι τῶν οὕτω διακειμένων
τῷ πολέμῳ οὐδὲ ἅπτονται, ἀλλὰ τοὺς προτροπάδ
φεύγοντας διώκουσι. Πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλ
ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι καὶ θαυμάσια· ἀλλὰ τῶν μ
ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τάχ' ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τι
αὐτα εἴποι, τὸ δὲ μηδενὶ ἀνθρώπων ὅμοιον εἶν
μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν ὄντων, τοῦτο ἄξ
παντὸς θαύματος. οἷος γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐγένετο, ἀπ

Profligatis igitur nostris ac fuga iam omnium facta, So
una et Laches pedem referebant. atque ego, cum in hos
incidissem, bono animo esse iussi, meque nunquam de
rum eos dixi. Hic igitur eo melius aspicere potui So
quam apud Potidaeam. quo ipse confisus equo minus
dabam. Primum igitur intueri licebat, quanta cauti
praesenti animo Lachem superaret: deinde mihi visus
Aristophanes, quod et ipse ais, ibi non aliter quam hi
dere superbus, et oculis quiete omnia circumlustrans, c
examinans singula. hostes siquidem civesque vicissim
bat, oculis et aspectu praeferens ostendensque vel re
bus, si quis eum invadat, non esse id impune facturu
que tute abibat et ipse et alter. ferme enim qui ita
nemo eos invadit, sed eos, qui effusa fuga deferu
multis quidem aliis mirifice laudari Socrates potest
sunt, ut ceteri quoque forsan nonnulli eandem la
reantur: verum illa praecipua in isto, per quae n
rum hominum, neque antiquorum neque novorum
milis reperitur. nam qualis Achilles fuit, talem coni

κάσειεν ἄν τις καὶ Βρασίδαν καὶ ἄλλους, καὶ οἷος αὖ Περικλῆς, καὶ Νέστορα καὶ Ἀντήνορα, εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι· καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταὔτ' ἄν τις ἀπεικάζοι· οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, οὐδ' ἐγγὺς ἂν εὕροι τις ζητῶν, οὔτε τῶν νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν, εἰ μὴ ἄρα εἰ οἷς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτόν, ἀνθρώπων μὲν μηδενί, τοῖς δὲ Σειληνοῖς καὶ Σατύροις, αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρώτοις παρέλιπον, ὅτι καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ὁμοιότατοί εἰσι τοῖς Σειληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ γὰρ ἐθέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἂν πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον· τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται, Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν. ὄνους γὰρ κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν ταὐτὰ φαίνεται λέγειν, ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε. διοιγομένους δὲ ἰδὼν αὖ τις καὶ 223
ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους καὶ πλεῖστ' ἀγάλματ' ἀρετῆς ἐν αὑτοῖς ἔχοντας καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν ὅσον

aliquis fuisse Brasidam et alios quosdam: et qualis Pericles, tales Antenorem atque Nestorem. sunt alii quoque, qui hoc modo conferri invicem possunt. sed qualis Socrates est qualisque eius mira dicendi ratio, nemo prope ad eius similitudinem accedit, neque veterum neque eorum, qui nunc sunt: nisi ut ego nunc dixi atque assimilavi. quippe nulli hominum, sed Silenis et Satyris similis ipse est eiusque sermones. Nam et hoc a me praetermissum erat prius, sermones eius persimiles esse imaginibus Silenorum ab artificibus factis, deinde apertis. Si quis enim huius sermones audiat, videntur prima, ut fertur, facie nimium esse absurdi. nomina quippe et verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum prae se ferunt. asinos enim fabrosque aerarios et sutores calceorum coriariosque semper habet in ore, eademque semper dicere de eisdem videtur, ut omnes fere, qui minus experti peritive sint, verba illius irrideant. Verum si intus aspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium, et insuper divinissimos esse, ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, atque ad plurima sese extendere, immo omnia praecepta comprehen-

προςήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ κἀγαθῷ ἔσεσθαι.

Ταῦτ' ἐστίν, ὦ ἄνδρες, ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ· καὶ αὖ ἃ μέμφομαι, συμμίξας ὑμῖν εἶπον ἅ με ὕβρισε. καὶ μέντοι οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος καὶ Εὐθύδημον τὸν Διοκλέους καὶ ἄλλους πάνυ πολλούς, οὓς οὗτος ἐξαπατῶν ὡς ἐραστὴς παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς καθίσταται ἀντ' ἐραστοῦ. ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, ὥς περ νήπιον, παθόντα γνῶναι.

Εἰπόντος δὴ ταῦτα τοῦ Ἀλκιβιάδου γέλωτα γενέσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ αὐτοῦ, ὅτι ἐδόκει ἔτι ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Σωκράτους. τὸν οὖν Σωκράτη, Νήφειν μοι δοκεῖς, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη. οὐ γὰρ ἄν ποθ' οὕτω κομψῶς κύκλῳ περιβαλλόμενος ἀφανίσαι ἐνεχείρεις οὗ ἕνεκα ταῦτα πάντα εἴρηκας, καὶ ὡς ἐν παρέργῳ δὴ λέγων, ἐπὶ τελευτῆς αὐτὸ ἔθηκας, ὡς οὐ πάντα τούτου ἕνεκα εἰρηκώς, τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβάλλειν, οἰόμενος δεῖν ἐμὲ μὲν σοῦ ἐρᾶν καὶ μηδενὸς ἄλλου,

dere, quibus instrui debet is, qui sit honeste beneque victurus. Haec sunt, o viri convivae, in quibus Socratem laudo: ac etiam, de quibus conqueror. audistis enim interim, quas mihi iniurias intulit. Nec adversus me solum ita se gessit: verum etiam adversus Charmidem, filium Glauconis, et adversus Euthydemum Diocle natum, aliosque permultos eadem fecit, quos ipse sub specie amatoris fefellit. nam pro amatore amatus evasit. Quamobrem te quoque, Agathon, admoneo, ut huius simulationes dissimulationesque caveas, et ex his, quae ego sum passus, hunc cognoscens rem tuam cures; neque secundum proverbium post poenam, infantium instar, delicta tandem agnoscas. Hactenus Alcibiades, cuius audacia et loquendi libertas risum omnibus concitavit, quoniam visus est amore Socratis esse captus. *So.* Sobrius mihi videris, o Alcibiades: alioquin nunquam ita artificiose, longo verborum circuitu facto, occulere id studuisses, cuius gratia cetera omnia dixeras: quod in orationis calce, ut praeter propositum proferre videreris, tandem apposuisti, quasi non omnia iccirco dixeris, ut me ab Agathone disiungeres. arbitraris, me neminem

Ἀγάθωνα δὲ ὑπὸ σοῦ ἐρᾶσθαι καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου. ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, ἀλλὰ τὸ Σατυρικόν σου δρᾶμα τοῦτο καὶ Σειληνικὸν κατάδηλον ἐγένετο. ἀλλ', ὦ φίλε Ἀγάθων, μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται, ἀλλὰ παρασκευάζου ὅπως ἐμὲ καὶ σὲ μηδεὶς διαβάλῃ. Τὸν οὖν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν· τεκμαίρομαι δὲ καὶ ὡς κατεκλίνη ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ. οὐδὲν οὖν πλέον αὐτῷ ἔσται, ἀλλ' ἐγὼ παρὰ σὲ ἐλθὼν κατακλινήσομαι. Πάνυ γε, φάναι τὸν Σωκράτη, δεῦρο ὑποκάτω ἐμοῦ κατακλίνου. Ὦ Ζεῦ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, οἷα αὖ πάσχω ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου. οἴεταί μου δεῖν πανταχῇ περιεῖναι. ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ὦ θαυμάσιε, ἐν μέσῳ ἡμῶν ἔα Ἀγάθωνα κατακεῖσθαι. Ἀλλ' ἀδύνατον, φάναι τὸν Σωκράτη. σὺ μὲν γάρ ἐμὲ ἐπῄνεσας, δεῖ δ' ἐμὲ αὖ τὸν ἐπὶ δεξί' ἐπαινεῖν. ἐὰν οὖν ὑπὸ σοὶ κατακλινῇ Ἀγάθων, οὐ δή που ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται, πρὶν ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι.
ἀλλ' ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειρακίῳ 223
ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι· καὶ γὰρ πάνυ ἐπιθυμῶ αὐτὸν ἐγκωμιάσαι. Ἰοὺ ἰού, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, Ἀλκιβιάδη, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἂν ἐνθάδε μείναιμι, ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον μεταναστήσομαι, ἵνα ὑπὸ Σωκράτους ἐπαινεθῶ.

praeter te unum amare debere; Agathonem vero a nullo alio quam abs te amari. verum non latuit nos, quid sibi vellet tuum illud Satyricum Silenicumque figmentum. Sed, o amice Agathon, danda opera est, ut nec isti sua machinamenta proficiant, nec ullius calumniae inter me ac te iactae dissidium faciant. *Aga.* Vera, o Socrates, loqui videris. nam ut nos seiungeret, inter te ac me se medium interposuit, sed nihil hoc illi proderit: hinc enim surgens, prope te sedebo. *So.* Sic agendum profecto; hic infra me sede. *Alc.* Proh Iuppiter, qualia perpeti me vir iste cogit! in omnibus superare me vult, medium saltem hic Agathonem sedere permitte. *So.* Nequaquam decet. tu enim me laudasti: oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedentem laudare. si ergo post te maneat Agathon, haud me rursus laudabit, priusquam a me laudetur. sed dimitte, vir felix, neque huic meas laudes invideas. equidem laudare illum vehementer desidero. *Aga.* Hui hui, Alcibiades. quid hic moror? hinc iam discedo, ut me Socrates laudet.

Ταῦτα ἐκεῖνα, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, τὰ εἰωθότα· Σωκράτους παρόντος τῶν καλῶν μεταλαβεῖν ἀδύνατον ἄλλῳ. καὶ νῦν ὡς εὐπόρως καὶ πιθανὸν λόγον εὗρεν, ὥστε παρ' ἑαυτῷ τουτονὶ κατακεῖσθαι.

Τὸν μὲν οὖν Ἀγάθωνα ὡς κατακεισόμενον παρὰ τῷ Σωκράτει ἀνίστασθαι· ἐξαίφνης δὲ κωμαστὰς ἥκειν παμπόλλους ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ ἐπιτυχόντας ἀνεῳγμέναις ἐξιόντος τινὸς εἰς τὸ ἄντικρυς πορεύεσθαι παρὰ σφᾶς καὶ κατακλίνεσθαι, καὶ θορύβου μεστὰ πάντα εἶναι, καὶ οὐκέτι ἐν κόσμῳ οὐδενὶ ἀναγκάζεσθαι πίνειν πάμπολυν οἶνον. τὸν μὲν οὖν Ἐρυξίμαχον καὶ τὸν Φαῖδρον καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη ὁ Ἀριστόδημος οἴχεσθαι ἀπιόντας, ἓ δὲ ὕπνον λαβεῖν, καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολὺ ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν, ἐξέγρεσθαι δὲ πρὸς ἡμέραν ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων, ἐξεγρόμενος δὲ ἰδεῖν τοὺς μὲν ἄλλους καθεύδοντας καὶ οἰχομένους, Ἀγάθωνα δὲ καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Σωκράτη ἔτι μόνους ἐγρηγορέναι καὶ πίνειν ἐκ φιάλης μεγάλης ἐπὶ δεξιά. τὸν οὖν Σωκράτη αὐτοῖς διαλέγεσθαι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὁ Ἀριστόδημος οὐκ ἔφη μεμνῆσθαι τῶν λόγων· οὔτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς παραγενέσθαι ὑπονυστάζειν τε· τὸ μέντοι κεφάλαιον ἔφη, προσαναγκάζειν τὸν Σωκράτη

Alc. Mos iste Socratis est, ut eo praesente nemini liceat alteri formosos sibi conciliare. vide nunc, obsecro, quam facile et quam probabili ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agathon, ut apud Socratem requiesceret. Tunc subito debacchantes multi, patentes fores nacti, (nam paulo ante quis contra exierat) ingressi sunt et circa illos consederunt: quorum strepitu turbata sunt omnia, nec ullus post haec modus in bibendo servatus. Eryximachum ac Phaedrum aliosque nonnullos abiisse Aristodemus recensuit, seque diu dormisse (nam longae tunc noctes erant) et circa auroram, gallis iam cantantibus, surrexisse. Somno excitum invenisse, quod alii quidem partim dormiebant, partim discesserant. Agathon vero et Aristophanes atque Socrates soli adhuc vigilabant, bibebantque ampla quadam phiala, ad dexteram sibi invicem succedentes. Socrates autem assidue disserebat. Neque aliorum se recordari Aristodemus inquit: neque enim ab initio affuisse et somno fuisse gravatum, summam vero disputationis illius exstitisse,

ὁμολογεῖν αὐτοὺς τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνῃ τραγῳδοποιὸν ὄντα κωμῳδοποιὸν εἶναι. ταῦτα δὴ ἀναγκαζομένους αὐτοὺς καὶ οὐ σφόδρα ἑπομένους νυστάζειν, καὶ πρωτον μὲν καταδαρθεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἤδη δὲ ἡμέρας γιγνομένης τὸν Ἀγάθωνα. τὸν οὖν Σωκράτη κατακοιμήσαντ' ἐκείνους, ἀναστάντα ἀπιέναι, καὶ αὐτὸς ὥς περ εἰώθει ἕπεσθαι, καὶ ἐλθόντα ἐς Λύκειον, ἀπονιψάμενον, ὥς περ ἄλλοτε τὴν ἄλλην ἡμέραν διατρίβειν, καὶ οὕτω διατρίψαντα εἰς ἑσπέραν οἴκοι ἀναπαύεσθαι.

quod Socrates illos fateri cogebat, eiusdem viri officium esse, tragoediam comoediamque componere, eumque, qui arte tragicus est, esse quoque comicum. Cum haec illi, coacti potius quam persuasi, concessissent, se somno dedisse Aristophanem primo, Agathonem deinde, exorta iam luce: Socratem vero dormientibus illis in Lyceum, ipso ut consueverat comitante, fuisse profectum, et lotum solito se more diem totum exercuisse, ac demum ad vesperam domi requievisse.

